

0067339XXXX



VILLANOVA COLLEGE LIBRARY
Villanova, Pennsylvania




This book was donated

3-4-49

by

Rev. E. Sullivan, O.S.A.



A C T A
S A N C T O R U M

PARISIIS. — EX TYPIS V^e GOUPIY ET SOCIIS, VIA GARANCIÈRE, 3.



PARISIIS & ROMÆ, APVD VICTOREM PALME. M. DCCC. LXV.

Digitized by the Internet Archive
in 2002 with funding from
Lyrasis Members and Sloan Foundation

ACTA SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

QUÆ EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS
COLLIGERE CŒPIT

JOANNES BOLLANDUS, SOCIETATIS JESU,

ET

GODEFRIDUS HENSCHENIUS ET DANIEL PAPEBROCHIUS,

SOCIETATIS JESU THEOLOGI

AUERUNT, DIGESSERUNT ET ILLUSTRARUNT

EDITIO NOVISSIMA CUM ANIMADVERSIONIBUS EX TEMPORALIBUS D. PAPEBROCHII NUNC PRIMUM EX MSS EDITIS
CUBANTE JOANNE CAUNDET

MARTII TOMUS TERTIUS

COMPLECTENS DIES XIII POSTERIORES A XIX AD FINEM

CUI PRÆMITTUNTUR OBSERVATIONES PERQUAM UTILES AD S. THEOPHANIS CHRONOGRAPHIAM ET GENEALOGICUM STEMMA FRANCORUM REGUM,
PER TRES DAGOBERTOS DEDUCTUM. SUBJUNGUNTUR GRÆCA HUJUS MENSIS ACTA A DIE XIX AD FINEM.



PARISIIS ET ROMÆ
APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM.

1865

BX
655
A2
n.9

8X
+655
+2

11

EMINENTISSIMO PRINCIPI
ANTONIO BICHIO
TITULI S. AUGUSTINI
S. R. E. CARDINALI
EPISCOPO AUXIMANO
AD URBINATES LEGATO APOSTOLICO

Cum FABIO CHISIO, Neritonensi Episcopo, AVUNCULO TUO, dum ad partes Rheni Nuntius Apostolicus Coloniae, et pacis inter Christianos Principes sancienda arbiter Monasterii Westphaliae resideret, contraxisse amicitiam, contraetamque mutuo litterarum et officiorum commercio diligenter excoluisse, fuit tanto major Bollando felicitas; quanto ille, ad altiorem postea evectus Apicem et vero nomine ALEXANDER dietus, majorem habuit facultatem adjuvandi operis, quod de Sanetorum omnium Actis, ab Heriberto Besweydo cogitatum, ipse faciendum in se susceperebat, et nos collatis cum eo studiis jussi promovere, postquam ille ad suos, ut conlidimus, Sanetos abiit, debilibus nimium humeris cogimur totum sustinere. Ergo vel pari vel majori laborantes sub onere, tam idoneum Patroninum ei possemus invidere, nisi Dei cuncta suaviter disponentis providentia voluisse, simili TECUM nos vinculo, PRINCEPS EMINENTISSIME, colligari ex eo tempore, quo nostro in Belgio pro Sede Apostolica Intermuntius, non tantum cœpisti nobis cognitus esse per litteras, sed etiam familiariori usu et alloquio experiendam fruendamque dedisti munificentissimi pectoris Tuæ humanitatem: quam eamdem perrexisti quoque erga nos demonstrare, postquam a prænominate Sanetissimæ memoriae AVUNCULO TUO S. R. E. Cardinalibus aggregatus, tantum supra parvitatem nostram eminuisti.

Quantum lenta solent inter viburna eupressi. Ex tali EMINENTIÆ TUÆ erga nos affectu, haud leviora nobis accesserunt commoda, ad prosequendes Bollandi conatus; quam hic ab illo suo ter Optimo Maximoque Patrono sese perceperisse merito potuit gloriari. Quod autem sanetæ illius quam supra memoravimus amicitiae fructus præcipuos, ipsi Patri Bollando paratos, si quidem Romanæ accedere per ætatem et vires exhaustas valuerisset, nos messuerimus; numquid non ferre debemus acceptum gratiae et commendationi TUÆ? Certe

Martii T. III.

I non

100 339

non contentus officiis iis, quibus Auximo transeuntes, Tuoque dignatos hospitio recreasti pariter et honorasti, IPSE ad omnia Ecclesiæ et Urbis TUÆ sanctuaria dux factus nobis, IPSE ad vicinam Virginis Lauretanæ domum viae eomes monstratorque futurus, nisi eadem, quæ rhedis impermeabiles vias efficerant pluviae, fuissent remoratæ pio accinetum itineri : his inquam amoris ac benevolentiae testimoniis, in tanta dignitate TUÆ nequaquam vulgaribus, non contentus, proseeuntis nos es commendatitiis litteris ad Eminentissimum COGNATUM TUUM, Sanctissimo Patruo suo in Urbis orbisque universalis regimine proxime assistentem, datis; rogans ut Tui respectu nos consilio auxilioque opportuno juvaret, atque induceret ad sacros Patris Apostolici pedes, ubi et fatigationem diurni poneremus itineris, et ad diurniores in Urbe labores, vires animosque ex illius mutu benigno sumeremus. Proinde quidquid anno isto, qui nobis sane felicissimus et fructuosissimus fuit, vel à Pontifice Maximo AVUNCLO TUO, vel ab ejusdem magno Nepote COGNATO TUO, retulimus commodi, aut istic commorantes aut inde hac revertentes, beneficiis etiam Tuis adnumeremus oportet. Id vero ne verbis dumtaxat profiteamur, afferimus ecce ad EMINENTIAM TUAM, Martii ex illo tempore per nos elaborati Tomum tertium, in quo et nostrum Tibi devotissimum affectum legas, et eorum insuper Sanctorum Acta, pro quibus, nisi Tu succurrisses, panicas intra lineas noster arctatus fuisset conatus : Sanctorum scilicet Benvenuti, Auximani Episcopi Decessoris Tui, et Thomassi Camaldulensis, prope Collem-stacciarium Eremitæ; quorum hic ad xxv Martii, iste ad diem xxii annua veneratione celebris, nostro in opere veniebat commemorandus. Cum enim intellexisses B. Thomassi antiqua miracula, Latine conscripta olim, a nobis desiderari ex ipso loco, intra Legationis TUÆ limites constituto; ipsam nobis æternum memorabilem esse fecisti, iisdem a Costaciarensi Magistratu impetratis. Sancti autem Benvenuti nouitiam ut omnem eam haberemus, que poterat ex Auximanae Ecclesiæ archivio et alijs quibuscumque vestigiis colligi; rerum gñaros et industrios viros constituisti, quorum diligentia nihil prætermitteret, quod in rem nostram facere videretur. Itaque quando Tomum hunc TUÆ offerimus EMINENTE, non arbitramur nos aliquid nostrum exhibere, sed redhibere Tum Tibi, idque nos facere debere eo submissius, quo magis infra dignitatem Te dimittere videbaris, istiusmodi curando et curam officiosissimis litteris testando, si aliqua tanta esse dignitas possit, que Sanctorum augendæ glorie nou recte totam se impenderet. Ergo qua Santos veneraris religiosissima mente, excipe hæc Acta; ut quidem ipsorum atque de ipsis sunt, omni acceptione dignissima; ut autem studiis nostris laboribusque uteunque illustrata nitescunt,

exile

exile pro meritis Tuis nostrisque obligationibus munus, nisi TUA dignatio illud supra conditionem suam evehat suscipiendo, et cum reliquis quibus nominis TUI eminentiam impertiris rebus, supra vulgi aestimationem facias eminere probando. Utrumque porro, dum ab experta toties benevolentia minime dubitanter speramus, et ad cœpta prosequenda novos per Te animos aspirandos confidimus, finem hic faciemus præfandi; Deum Sanetosque rite precati, ut vitam longam felicemque Tibi et Tuis ad publicum Rei Christianæ commodum largiantur, quo possis etiam plures operi huic Sanetos dare, non tantum veteres faciendo nobis cognitos esse, sed novos etiam adscribendo veteribus, auctoritate ea, qua AVUNCULUS TUUS infra Divinam maxima, non una vice auxit catalogum legitime inter Sanetos numerandorum: ut in hoc quoque felicitas nostra, cum ea cuius in principio meminimus Bollandi felicitate, maneat comparabilis. Ita vovebamus Antuerpiæ vi Idus Novembris, anno Dominicæ Incarnationis M DCLXVII.

EMINENTIÆ TUÆ

Devotissimi clientes

GODEFRIDUS **HENSCHENIUS**,
DANIEL **PAPEBROCHIUS**.

FACULTAS SUPERIORUM
ET SUMMA PRIVILEGI CÆSAREI.

Cum Acta Sanctorum mensis Martii, a Joanne Bollando S. J. colligi feliciter copta; aneta porro, digesta et illustrata a Godefrido Henschenio et Daniele Papelbroehio, eisdem Societatis IESU, tres dicta Societatis Theologi legerint, opusque laboriosum et eruditum ac luce publica dignum judicarint. Ego infrascriptus Societatis praefatus per Flandro-Belgięam Praepositus Provincialis, potestate ad id mihi facta ab Admodum Reverendo Patre Nostro Joanne Paulo Oliva Praeposito Generali, eoneedo Jacobo Menesio, Typographo Antuerpiensi, facultatem eadem Acta excudendi.

Cumque saecula Cæsareæ Majestatis decretu cantum sit, ne qui libri a Societate IESU conscripti, in provinciis Romano Imperio subjectis, excudantur aut venales proponantur absque ejusdem Societatis consensu; hisce declaro eundem Typographum isto privilegio legitime frui. In quorum fidem hisce officii mei sigillo munitis manu mea subscripsi. Bruxellis xxviii Octobris mdcxlvii.

Egidius vander Beke.

APPROBATIO CENSORIS.

Infrascriptus fidem facio me legisse Acta Sanctorum mensis Martii, a R. P. Joanne Bollando S. J. colligi feliciter copta, et a RR. PP. Godefrido Henschenio et Daniele Papelbroehio Societatis ejusdem aneta, digesta et illustrata, opus tribus tomis comprehensum, olim per Summos Pontifices a primis Ecclesiae incunabulis desideratum, atque Apostolicis Notariis demandatum, et tractu temporis variis haereticorum nebulis seu tempestatibus obscuratum, ALEXANDRI VII P. M. felicis recordationis insigni encomio approbatum, Eminentissimorum Cardinalium, Illustrissimorum ac Reverendissimorum Archiepiscoporum, Episcoporum, omniumque fere Ordinum Generalium, ac doctissimorum Virorum applausu commendatum; in quo prudens eruditio antiqua reduceit, et simplex veritas obscura revelat; typis dignissimum censeo: quia nihil quod fidei orthodoxæ aduersetur, sed multa scitu necessaria deducit et revelat. In quorum fidem hisce subscripsi. Antuerpiae vii Septembri. Anno Domini mdcxlvii.

*Aubertus Vanden Eede I. V. L. Protomot. Apostolicus,
Canon. et Archidiacon. Antwerp. Librarum Censor.*

SUMMA PRIVILEGI REGII.

CHAROLUS Dei gratia Hispaniarum, Iodiuarumque, etc. Rex Catholiens, Archidux Austriae, Dux Burgundie, Brabantie, etc. Serenissimus Belgarum Princeps, diplomatico suo sanxit, ne quis Acta Sanctorum mensis Martii, anetoribus Joanne Bollando, Godefrido Henschenio, et Daniele Papelbroehio Societatis IESU Sacerdotibus edita, praeter voluntatem Jacobi Meursii proximis novem annis ullo modo imprimat, aut alibi tercarum impressa in has nostræ Germanie Inferioris ditiones importet, venaliave habeat: qui secus faxit, confiscazione librorum et alia gravi pena multabitur, uti latius patet in litteris datis Bruxellæ v Octobris anni mdcxlvii.

Signat

Loyens.

IN TOMUM TERTIUM
DE ACTIS SANCTORUM
MENSIS MARTII
PREFATIO
AD AMPLISSIMUM ET ADMODUM REVERENDUM DOMINUM AC PATREM
MACARIUM SIMEOMO
CELEBERRIMÆ ECCLESÆ
S. MICHAELIS
CANON. ORD. PRÆMONSTRAT. ANTUERPIÆ
ABBATEM
EJUSQUE RELIGIOSISSIMUM CONVENTUM.

Si Sanetissimi Norberti sanetus socius discipulusque B. Evermodus, Racelburgensis Episcopus, in tomo tertio Februarii prium occupans diem, satis idonea caussa fuit ad patrocinium sperandum obtinendumque eidem volumini, in operi toti, a Tuo laudatissimæ memorie decessore Norberto van Couwerven, ac per eum ab Ordine Præmonstratensi universo in comitiis Generalibus adunato (ut probant lucento testimonio litteræ ipsius Capituli sigillo munitæ expeditæque anno MDLX die vii Maii) multo majori jure expectat hic tomus, ut cum aliis ejusdem Martii mensis tomis duobus simili excipiatur favore, commendatus a tribus pariter Candidi Ordinis vestri Beatis Heroibus, postremam Martii decadem exornantibus, Beato videlicet Eelkone Liakama, Lidlo-mensi Abbatem; Beato Ludolpho Racelburgensi Episcopo, centum quinquaginta octo annis post Evermodum; et B. Dodone de Hascha, illustrissime sanctimonie Solitario: quorum priores duo ad xxii et xxix Martii Præmonstratensibus fastis adscripti, internrum eandem virtutum, externo spectabilem habitu, gloriosi Martyrii purpura exornarunt; postremos xxx diem occupans mensis prædicti, ne non etiam ipse censeretur inter eos, qui dealbaverunt stolam suam in sanguine Agni, quinque ejusdem vulnera in manibus pedibusque ac latere expressa conservavit post obitum, non prorsus incurvata sublatu[m] morte, quando collabentis tecti ruinam exceptit. His tribus (nam quartum Fridericum Horti-B. Mariae in Frisia Abbatem prætermittimus memorare, propterea quod, licet ad hunc mensem, ad alium tamen pertineat tomum, die in Martii solemnis solitus celebrari) His, inquam, tribus Conciliatorem majorem confidimus huic oblationi accessuram gratiam, quam eæea gentilitas sperare solebat a fabulosa nexarum inter se Charitum triade, quarum Thalia florem numquam inarcescens decoris perpetuum, Aglaia splendidae semper honestatis lucem suavissimam, liberalem hilaris exorrectaque frontis serenitatem pollicebatur Euphrosyne. Sed et hæc et illæ pollicebantur tantum nomine suo, cum rebus vacua essent nomina: ast B. Eelko, protendens manicas ver-

mantibus

nantibus rosis impletas divinitos, num quid non promittit floritram semper, quam ipse operi nostro contulerit gratiam? Aut obseorari patietur Ludolphus oblivious temporis involutam caligine, cui insula sue lauraeque splendorem communicaverit, ut non semper per amæna in luce niteat? Jucundius denique quid esse possit, quam ex Dodone, Dominieis plagiis convulnato, velut ex salutifero fonte, haurire eum gaudio virtutum exempla eaque Ordini Candido propinare; hoc etiam avidus recipienda, quod hic tuo AMPLISSIME ATQUE ADMODUM REVEREDE DOMINE præsignentur nomine: quippe qui hisdem virtutibus omnibus, unde tres illi hic laudati legentur, noscaris exhibuisse et exhibere Te amabilem monasterio Tuo, Antuerpiensi civitati venerabilem, admirabilem Brabantie nostra Ordinibus. Eternum paternum facilemque erga subditos animum, qualis B. Eelkoni fuit, et ad exigendam cœnobiticæ discipline observantiam unanuetudine magis quam severitate, exemplo quam imperio efficacem, cum perspectissimum haberent celeberrimi hujus monasterij Canonici; nullus eorum dissentiente suffragio, concordibus omnium votis postulatus in Abbatem es; et Superis bene faventibus impetratus, sic regere eos pergis, ut quantum in hac amplissima dignitate tibi procedit temporis, tantum Tua erga singulos caritas sese explicet magis. Sensus affectuosæ erga tres divinas domi sorisque tractandas pietatis, que fuit B. Dodonis Iaus præcipua, in religiosissimo Tuo conventu sic probat et veneratur Antuerpia, ut illum a capite in membra fluere ac Tuo spiritu vegetari non dubitet. Quoties vero, convenientibus in unum patriæ nostræ Ordinibus, ipse ad sententiam ferendam accedit; agnoscit in te Belgium B. Ludolfi generosum animum, prudenti circumspectione et eximia consiliorum maturitate ornatum, ad tuendam Ecclesiasticam libertatem, ad Regis et Provinciarum Regiarum publica commoda defendenda, ad asserenda monasterii Tui jura; itaque agnoscit et admiratur, ut intra se non contineat nascentem exinde nominis tui celeberrimam famam, sed ad remotissimas quoque diffundat regiones. Atque haec caussa fuit, cur arbitrum Te, componendis in Austria Bohemiaque monasteriorum vetustissimorum amplissimorumque controversiis, designari in Capitulo Generali, postulari ab Abbatibus pertensis litium, a pacifice Cesare cum multa promptissimi auxilio atque favoris pollicitatione ad suas dictiones invitari contigerit. Tot ergo titulis gratiosam futuram Premonstratensi Ordini Martii hujus nostri partem, quoniam ejus in ea Beati recensentur; Tibi eorumdem Beatorum initatori sollicito pariter ac felici, AMPLISSIME AC REVEREDE ADMODUM DOMINE, offerri oportuit; ut per Te totus Martius commendatus, accessum ad cetera Ordinis florentissimi monasteria faciorem habeat. Id porro a Te nomine et speramus et postulamus fidentius, quod, ut hunc mensem maturius emitteremus in lucem, vehementer nos animatos incitatosque fateamur adhortationibus Tuis; cum vasto huic insudantes labori, quocunque possibili modo soveres ac revereas, benignus pariter atque munificus; quin et exempla subditos omnes in magnam estimationem expectationemque moveres corum tomorum, quos tantopere Te velle perfectos videre tam exaggeratis verbis protestabaris identidein. Ut autem eruditarum novitatum studiosi hunc quoque tomum inspiciant legantque libentius, priuittimus eidem tractationes duas sane curiosas, occasione accepta a duobus Sanctis, quorum mense Martio illustravimus res gestas; Theophanis, inquam, Magni-agri in Sigriana Hegomemi Confessorisque, et Gunthramni Francorum Regis: quorum Acta quia non videbantur prolixiori digressione augenda, ipsam de industria ad hunc locum reservaveramus. Etenim de S. Thophilane et pulcherrimo illius agentes opere, quod Chronopraphiam inscripsit, non potuimus non observare rationes, secundum quas ipsum esse communibus chronologorum aptandum calculis; et manifestæ suppositionis reas esse convicimus tabulas, quas imperiti alienjus librarii audacia, velut lacrimas ineptissimæ aureæ vesti, attexuit. Praeterea Parisiensi, pulcherrimæ quamvis, editioni inesse menda chronologica non paucæ observavimus, qua ipsi imputata auctori, summam ejus in scribendis annalibus accurationem suspectam facere quadamtempus possent lectori minus talia discernenti; adeoque opere pretium fore putavimus ipsa loca et eorum correctiones sub uno pariter aspectum ponere, ut cuivis Theophanem legere volenti ad manum sint: appareatque evidenter non ipsius ista sed librarium esse errata. Ad S. Guntramnum quod affinet, quamvis ejus mortem ad annum Christi xcvi pertinere demonstraverimus

monstraverimus manifestissime, tum ad i Februarii diem in Commentario ad Acta S. Si-
geberti praevio, tum in Diatriba de tribus Dagobertis Francorum Regibus; fuerunt ta-
men adhuc postea nonnulli, qui cum cetera nostra circa Reges Dagobertos inventa recte
caperent vehementerque probarent, non tamen satis videntur intelligere potuisse, quo-
modo ex illo quem obitui Gontranii assignavimus anno, tota Francorum Regum per
tres Dagobertos dueta procedat historia. Alii vero, licet hoc quoque intelligerent proba-
rentque, prioribus tamen ea de re tractatibus deesse existimarent regiae illius stirpis
genealogicum schema, quo per unius filii planitiem expanso, tota successionum ac tem-
porum series a primo Dagoberto usque ad Carolum Magnum sub unum simili pomeretur
aspectum. Utrisque igitur hie fecimus satis, et hanc exegesim, una cum priori, ipso in
limine hujus tomni legendam exhibemus viris in Tuo monasterio rerum historiarum
scientissimis pariter ac cupidissimis, tum quia gratissimum hoc eis confidimus fore, tum
quia praecipuam exinde capient utilitatem. Habent quippe historie Byzantinae auctores
(ut vocantur) omnes, magnificentia plane regia exensos Parisiis, et in his Theophanem
prie ceteris dignissimum utilissimumque, Tuo coemptos nutu, eosque et magni faciunt
et legunt diligenter. De Regia autem Francorum historia, occasione Sanctorum eodem
spectantium, egregie examinata, correcta, illustrataque ita sentiunt, erebris tuis ea de
re sermonibus ad hoc inducti, ut inter pulcherrima hujus cultissimi seculi inventa so-
leant numerare Regem unum, ingrata mille annorum obliuione sepultum, velut ab
inferis restitutum regno, cui per annos fere septendecim praefuisse, multaque illustria
bello ac pace gessisse tam indubitata manet demonstratum auctoritate, quam aliquid
inquam fuit in re historica definitum. Lege igitur Tuisque commenda et haec et illa que
sequuntur Sanctorum Acta: et, quod facis, amare atque favore perse, et nos et studia
nostra: nos quidem, ut filios Societatis Jesu Tibi Tuisque addictissimae; Candido autem
Ordini privatim devotissimos: studia vero nostra, ut augenda Dei Sanctorumque glorie,
enjus zelantissimus es, unice addieta; interim dom ad Aprilem meusem transimus, et
omnes pariter Sanctos precamur, ut Te Tomique religiosissimum Conventum colestium
bonorum emolument abundantia, verosque suarum virtutum imitatores per ipsorum inter-
cessionem effectos, faciant etiam gloriae sue in omnem aeternitatem consortes.

EXEGESIS PRÆLIMINARIS I

Chronographia S. Theophanis illustrata.

CAPUT PRIMUM

Repudiantur tabulæ chronicæ, sultem quoad annos et seriem quinque Patriarchatum.

*ut prioribus
tomis tracta-
tus idoneus*

Postquam prioribus tomis duobus per totidem tractatus prælusionis, quorum alter ad operis hujus vasti cognitionem clariorum dampnum lectoribus facere poterat plurimum, expositis cum vita auctoris primi, occasione, consilio, mediis et successu tantæ molitionis, nec non iis omnibus, quæ progressum illius promoverunt haec tamen vel retardarunt, tum virorum eruditorum et in omni ordine præcipitorno judicis, alter vero totam Martyrologiorum, quibus utimur plurimum, omnianam exhibuit oculis, et quod unice in publicam lucem postulari poterat. Bede quasculum genuinum atque ab aliorum additamentis secretum procul: non dum deliberandum nobis fuit quid huic tandem

*sic hunc
chronologicus
annus premi-
tatur 2*

B tomo præmitteremus, ne quid a ceteris minus haberet. Etemen libros nostros legentibus apparet, præcipuum tere operi huic presidium a chronologicis calculis peti, quibus rite subductis, solidissime ad Acta Sanctorum examinanda illustrandaque proceditur; et fides singulis atque auctoritas crescit, dum apparet quam apte ex historiæ reliqua, seculari atque ac ecclesiastica, pendeant omnia quæ sunt a coevis auctoribus scripta; et quomodo ad eam debeat revo- cari, si quid in aliis erratum est, eorum vel incuria vel imperitia, qui ipsis Sanctis posteriores, eorum res gestas vel antea descriptas suo deinde stilo or- narent auxerint; vel majorum neglectas memoria ex trajecta ad posteros fama aliquis monumentis conquiraverunt. Si quid igitur deprehendissemus ejusmodi quod semel recte consilutum, per totam chronologiam aut magnam illius partem plurimum habere posset utilitatis; id enivero communicandum Lectori quantocuyus indicavimus. Talia autem imprimis visa sunt duo illa esse, quæ jam designauimus circa Theophanem, Regesque Francorum: quando horum sere annis pleraque Acta reperiuntur signata eorum Sanctorum, qui multi in Italia, Gallia, Germaniaque floruerunt: ille autem nunc unicus chronographus est, qui res Ecclesie atque Imperii Orientalis a Diocletiano ad sua usque deduxit tempora, ea complexus secula per que plerique omnes Orientis Sancti, quorun est in huic opere mentio, suis virtutibus Divorum honores pro- meruerunt.

*in quo
primum
illustratur
Chronogra-
phia S. Theo-
phanis:*

*opus vita
denta 12
Mortu.*

2 Ille igitur faciem geminam tomus hic præferit Orientium atque Occidentium rerum studiosis. Utque ab eo ordinatur, enjus hoc latum se extendit utilitas, quo plura complectuntur et regiones ampliores; a Theophane, inquam; ante omnia diemnas dubitari non posse, quin is, qui in operis sui exordio aliud titulum non sumpsit, quam Θεοφάνειον τοῦ ἔργων (ut fitetur egregius illustrator ejus atque interpres Jacobus Goar Ord. Prædictorum Congregationis reformatæ S. Ludovici Vicarius Gene- ralis in suis ad pag. i notis) idem certo sit quem Magni-agri in Sigmaria Hegumenum egreginque sub Leone Armeno Confessorem festive quotannis colunt Graeci die xii Martii. Hujus enim veritatis habenuis testem omni exceptione minorem, ipsum Theophanis antiquissimum interpretem ac pene coeum, Anastasium Bibliothecarium. Interpretem, inquam: quia ex Chronographia primi Georgii, deinde Theophanis decerpturnum se proficit, et vero plerumque decerpserit verbotenus, quidquid ad

Martii T. III

historiam ecclesiasticam Latine condendam Joannes Diaconus videbatur posse desiderare ex Gracis auctoribus, quos nominavimus: postquam autem Georgii laudes brevibus attigit, de altero, inquit, scilicet Theophane, quid dicam? cum et ejus conscripta Vita, qualiter valebat amplis patrimonio venditis cravem suam tulera; qualiterve sanctus Christus, Abbatis in monasterio Agri sanctus officio, virtutibus fulserit, miraculus coruscaverit, et Confessor obierit, satis superque per Byzantium et circuus quasque regiones, his quo prope et his qui longe sunt, clamet.

3 Quo porrors in statu inchoatum a Georgio opus Theophanes invenerit, qua ratione prosecutus ipse sit, juvat ex ipso proximo cognoscere, quod est hu- ju[m] modi: *Sanctissimi Constantinopoleos Patriarchæ Tu- rasia olim Syncellus, Georgius Abbas, vir eximius et eruditissimus, multis chronographorum et historicorum libris eruditus, compendiarium ab Adamo ad Diocletianum tempora chronologum scriptis, dissipatisque studiis tem- porum rationibus ad invicem comparavit, emendavit, ac soleruisse, at ante eipsi ætatem nullus, composuit; priusorum insuper Regum ac natum universarum statu et regimine annotato, singularumque quantum licuit observatis at titulis, supremarum et universorum Sedum, Romæ dico, Alexandria et Hierosolymarum Pontificis enumeravit, eorumque annos ac tempora exegi digessit ordine. Sed quoniam præ- merito ipsius morte, opus, quod ad Diocletianum usque tempora scribendo, ut sumus prestat, perdixerunt; non poterat ad propositum sibi finem prosequi, nobis velut sinecriteris amici illud reliquit, multa exiustantes pluribus hortatus, ut ne imperfectum relinqueremus la- borum suum, atque ad eundem suscipendum coegerit. Quo trea monitus ejus movere gerere compulsi, molem robore nostro hunc gravarem sucipimus. Multis siquidem vulnibus diligenter expensis et quantum fa- cultas et ingenium dedit examinatis, præsentem chrono- graphium a Diocletianum temporibus ad Michaelis et Theophylacti ejus filii Imperium compilamus; Reges*

continuant :

F

insuper et Patriarchas, nec non eorum gesta et actus, qua pars est sedulitate, describimus, nihil ex proprio invenientes; sed potius ex antiquis historiis et oratoriis colligentes omnia, propriis queque locis digestimus; secundum temporum rationem res gestas ordinantes, ut quod anno quid factum sit in bello vel eccllesia, in promptu habeant legere volentes.

4 Hec ibi, in quibus aoristos συνεγράψατε et *hunc aptata
tabulae
chronologicae* malnominis per verbum præsentis quam præteriti temporis explicare: quia præminim illud operi non facto sed loquendo præmissi a Theophane, iis persuademus argumentis, quibus credere cogi- mur non nimis quæ præconceperat animo sui: se ab eo effectui noncapere; quorum defectum cum sciolus aliquis præsumpsisset supplere præclarissimo aucto- ratus hanc medicinerter injurius fuit. Etemen chronographia Theophanis, qualem non habemus, ex collatione quinque Codicem MSS. Regii scilicet, Peyreziæ, Barberini, Vaticani et Palatini, duabus constat partibus: quarum que potior est et vere aurea omnique acceptio dignissima, historiam exhibit per annos digestam, altera vix plumbœ dici meretur, consistitque in tabulis chronologicis (*Canona* vocat Goar) quibus per loculos divisis, primum annus Mundi, tum Christi Incarnati, dein Imperato-

II 118

A ris Romani, proxime Regis Persarum aut Dicis Arabum, rerum post Persas in Palastina potentium, denique ex ordine quinque Episcoporum praecipuorum seu Patriarcharum, Romani, Constantino-politani, Hierosolymitani, Alexandrini et Antiocheni ordo et anni continentur. Tabulas autem istas magna cum diversitate non tantum praefixa annis non suis, sed etiam mendosissime conscriptas esse, et plurimi hiare loculis, ac portentosis prorsus annorum, praecepsim Patriarchalium, supputationibus scatere, cum ipsem Goar agnoscat fateaturque; mirum est aut ipsum, aut qui defuneti Goaris laborem eduxit in lucem Combebisimum, potuisse sibi persuadere, ab auctore Theophane esse; qui rurorum auctorum sententias et numeros secundus sit varius, ipsisque proprium uigente persecutions necessitate non recensuerit, prouindeque exigere a lectore suo possit, ut qui dormit outem Homerum patitur, Theophanem quoque lapsum erigit corrugatque; cum numerum successores et ad invicem cohaerentes numerus in sequentes transponit annos, seu etiam conjunctos annos in diserta canonica desultorie transfert, aut eadem ratio rurc paniores, mox plures diversi canones assignat annos: vel cum eisdem viri paniores anni plura occupant canonia; aut cum summa quaeplurum etatis æquales loculos sive canonia quibusdam omissis non accepit; vel denique cum numero eisdem anni repetito confuso infertur non mediocris.

plurimi portentosique erroribus scatent

maxime circa Romanos Pontifices,

ipsique historiæ subiuncta adversantur.

B Verum si haec tam multa tam gravia volumus Theophani imputare, verendum est, ne plura ac graviora occurrant quam quibus lectoris, quantumvis benigni, lenitas possit ignorare. Nam ut omittam que circa S. Cyrilii Hierosolymitani decessorumque ejus ac successorum chronotaxis fœdissime errata demonstravimus; remendationem superat omuem, inquit ipse Goar, Romanorum Episcoporum nonum frequentius omissum, et utram a pag. 208 auctori penitus ignota: quod uti ex in dubitatim Pontificum annis manifeste nobis constat, ita fortassis in aliis Patriarchib; deprehenderemus, si de eorum successionibus atque ætatis pari nobis ratione constaret. Neque dixeris vitiosos catalogos præ oculis habentem Theophanem atque ex iis annos supputantem in istorum errorum partem non minimam prolabi potuisse: ubi enimque enim in ipsa historia Pontificis Romani occurrat mentio, non alium quam par erat nominavit uspiam: quomodo igitur ignotam potuit eorum seriem ætatemque habere? aut quæ potest tanta concipi illius scriptoris osculantia, ut annales ordinamus, eo-que in capite Imperatorum et Pontificum annis præsignans, nomen aliquod scribat diversissimum ab eo, de quo in ipsa historia acturus est. ant s. I. tota, cum de aliquo egerit nominatum, non cogitet alium hunc esse ab illo, quem in fronte expresserat? Sie ad annum x et xi Constantii narrantur Acta inter Athanasium et Julium Papam, qui in anno Constantii xv et ipse Pontificatus sui xv annum ultime

munque expletiv: cum interim in tabulis totus ejus Pontificatus ad sexennum retroactus, ipso quem diximus x anno Constantii, Liberum faciat succedere Julio.

C Quid autem dicemus de Regnum Persarum serie? Exorditur eam Georgius Syncellus anno quarto Alexandri Mammæ, qui fuit vulgaris Ærae Alexandrinae ccxxviii; et expeditis singulorum nominibus, et quot quinque regnaverint annis, usque ad Persici Imperii finem sub Saracenis, quintum Regem Uraceum (Araceum dictum in tabulis Theophani attletis) inducit in imperium anno Alexandrinae Ærae ccclxv; conformiter ad annorum spatia singula ejus decessoribus in catalogo assignata; eunque annos xvii regnasse scribit. Tabula autem (qua pene ubique quoad numeros annorum uniuscunusque regno atritorum cum Georgio consentiant, sed ordinem quandoque et nomina commutant) cum totalem annis regnasse Araceum adiuvent, ul minum illius annum componunt cum primo Diocletiani, Alexandrinae Ærae ccclxxxviii, atque ita quatuor annos auleantur. Quis autem credat Theophanem continuatorem Georgii, nulla apparente ex ea sa ita ab auctore suo fuisse discessurum, si tabulas ipse conscripsisset? Quis rursum credat omissum fuisse Varanis, seu Vranis in nomen et annos iv, si prius oenhus haluisset relictum sibi a Georgio Cata'egum: an deinde pro Urarane v Arsahelum, pro Samaspo Pemmasaphum fuisse scriptrum, nominibus toti Georgiane serier ignotis?

D Simili ratione licet ab his argumentari Patriarchis, quos ultimo operis sui anno sic subnectit Georgius, ut ab hisdem exordiū deberent Theophanis tabule, a primo Diocletiani anno exordientes, licet de illo anno, utpote jam satis descripto, nihil scribendum sibi esse Theophanes putaverit: vel hoc ipso indicans prius opus a se continuari non conscribi novum, quod alias auspicari debuisse ab illius ad imperium ingressu, qui primus offerebatur in historiæ argumentum. Hunc autem annum cum descripsisset Georgius sic concludit.

Rome Episcopus xxviii Caius, annis xv.

Antiochiae Episcopus xvii Cyrus, annis xv.

Alexandria Episcop. xvi Theonas, annis xix.

Hierosol. Episc. xxxviii. Hymenæus, an. xii.

E Ex quibus juxta priores Georgii calculos, Caius quidem et Theonas primum illum haluisserent in Episcopatu annum: Cyrus, anno Alexandrinae Ærae ccclxv creatus, annum egisset xiv, Hymenæus vero ultimum, nisi (quod est verosimile) dicas, librariorum vitio factum ut duodecim annis scriberetur sedisse, cui passim alibi anni plusquam xx assignantur.

F 8 Interim Tabula, Chronographiæ exhibet a Theophane continuatae præfixa, hujusmodi Canonum exhibet ipso in timine:

et cum Georgiu tabulis, quas prosequuntur, non convenient

in serie Regnum Persarum,

neque in successione Patriarcharum

primo Diocletian anno alter a Georgio,

alter a

Georgio,

alter ante Theophanis opus exposita:

Annus conditi orbis	Annus Incarnati divinitæ	Rom. Imp.	Rex Pers.	Romæ Episcopus	Hierosol. Episcopus	Alexandr. Episcopus	Antiochiae Episcopus
5777	277	1	15	7	13	11	2
5778	278	2	16	8	14	12	3
5779	279	3	17	9	15	13	4
5780	280	4	Varanus an 1	10	16	14	5

A Non querimus utrorum tabularum calculi ad veritatem proprieis accedant, et num major fides adhibenda non sit Eusebio, proximus temporibus suis Episcopos sive ordinanti, ut Caius, Imperium suscipiente Diocletiano, egerit in Episcopato suo annum v. Hymenaeus ix, Theonas iv, Tyrannus non nisi post annos octo successerit Cyrillo, circa Diocletiani initia agenti annum dimitat vi. Hic inquam non querimus: sed istud potissimum lectoris aequi pugnicio restimandum relinquimus, an cum Georgii chronotaxi tam male coherentia possit credi scriptisse illius continuator, aut omnino aliquis qui Georgium legerit? nequid is qui omnia, quae sibi ille ad texendum chronologiam conquisiverat instrumenta, hereditavit.

CAPUT II.

Quomodo tabulae confectæ videantur: qua Era Theophanes usus sit: quam recte ab anno ejusdem clxvii exorsus sit? Quale sit Chronicum quod Raderus Alexandrinum dixit?

Tabulae quælibet inquit? inquires. Adpone impudens fuerit alius, ut Theophani affingeret tabulas, de quibus cogitaverit numquam? Non hoc dicimus: sed omnino arbitrarunt, ejusmodi tabulas ab eo non tantum excoigitatas suisse (ut commodiores ad usum lectoris, quam modus ille quem tenuit Georgius, anno mundi Christique et Imperioris Romani praefigens historie ad instar tituli, ad calceum vero cujusque anni Persarum Reges et quoniam Episcopatum Praesules solitexens) verum etiam lneas, intra quas essent describendæ per loculos divisas, ab eodem Theophane suisse duetas, saltem in principio operis; et ubi id non fecit, similibus lneis duendis spatium in eodice vacuum relictum, sibi a scribente. Dicimus tamen quod hæc nonnullæ hæc que et Romani Imperioris seculi ius contractu, et Episcopatum titulos enique loculorum sagras et loculos ipsos omiserit tantisper inscripti nominibus Episcoporum, et singulorum anni indicere, dum quod in opere præcipuum erat ab hisse: deinde autem vel morbis vel acuminis impedimenta, vel etiam rei difficultate absterretum (cum vide et quoniam Episcopales catalogi in designando non invenimus Pontificatus tempore vel inter se vel cum notis certicribus pugnarent, et summae unitarum initia descensu ascensuque faciendo numquam recte finiretur) desperasse de successu.

Satis ergo habent omissa tantisper rura pertexendae accurati serui, in ipso quandoque historie contextu nonnullos Episcoporum eo anno sedentium nominare, quinque enim nomina certius sibi cognita inscribentes loculis ad id præparatis: unde eos receptos in Anastasi versione hoc modo reperias. Mundi anno vi ccxcix, Divina Incarnationis anno dcccix. Año vero Imperii Phœbæ et Iacobi Hierosolymitanus, Theodosius Alexanrinus, et Anastasius Antiochenus: habentur Antistites. Et paulo post. Iano Imperii Phœbæ vii Sergius Constantiopolitanus, Zacharias Hierosolymitanus, et Joannes Alexanrinus habentur Antistites. Haec enim aliaque similia, in Anastasio quidem non ultra domum rura, in Theophani vero textu vix inquam reperienda, unde accessisset iste, si hic ea in dictis loculis non signasset? Hoc autem enim credimus in melius sibi cognitis urbibus Constantinopolitanis Patri archis diligenter frequentiusque fecisse, cum ipsi historie sue tam accurate inseruerit et rurique stilo raro fuere viciniores, initia finesque Quæ et Romanorum Pontificum tempora sibi propinquiora in eadem historia diligentissime expressit: et quamvis in antiquioribus aberra-

rit subiuste a veritate, non admodum correctos selectus catalogos; numquam tamen sic est hallucinatus (incipiendo a Julio, cuius ad annum .Erae Alexandrinae ccxxxvi meminit) quin revera ea aut proximo anno is Pontifex Romanæ Cathedrae presederit, cuius factum aliud in historia explicatur.

10 Tabulus autem ita vacantes in codice aethue invariato reperisse Anastasium, omnino credimus: postea autem factum esse, ut sciolus aliquis ex Catalogis, in S. Nicophori Patriarche Constantinopolitanus compendiaria chronographia reportis, predictos loculos implere tentaverit, inde, ubi isti in suo desinebant manuscripto sursum ascendens per annorum spatia, recte aut perperam definita; nihil pensi hendo quod quinque menses diesque plures aut priores sederint quam annorum integrorum numerus adjunctus significat. Ita necessario fieri debuit, ut ejusmodi supputationes, corruptis etiam quandoque in MS. numerorum notis vitiosiores redditi, non modo a veritate recederent plurimum, sed nec cum Theophanis historia sequente neque cum præcedente Georgii supputatione possent coincidere. Ut autem Anastasii versione movetur ad credendum, nequam Theophanem vel semper vel ab initio inscriptisse tabulis Episcoporum que diximus nomina: sic eadem moti auctoritate persuademur, non singulis annis presignatum fuisse a Theophane mundane ac Christianæ .Erae numerum; sed item ut Anastasius facit, ad initia dimitat Imperorum, et quandoque alias: alibi vero solum signatum Imperii annum, quod eo fere solo consenserent historici publica scripta signare: Hinc porro fieri non difficulter potuit, ut dum ad annos Mundi subinde revocantur anni Imperiorum, aliqua difficultate incidente, non semper facta fuerit uniformis progressio, quemadmodum infra docturi sumus, ostensuque non tam ipsius Theophanis errore id factum, quam receptæ per universum Orientem ex usu Alexandrinae Ecclesiæ chronotaxis, cui apture se auctor debuerit. Hic tamen ne tenebras multas effundat, Theophanis chronologiam ad .Era vulgare annos aptaturis, hanc dissertationem vulgare placet.

11 Alexandrius porro sive ecclesiasticus .Era differentiam, ab .Era Graecorum seu Romanorum id est Constantinopolitanorum, ipse nobis Theophanes explicat ad exterrum Zenonis Imperatoris annum his verbis. Ceterum annus, quo Zeno mortuus est et Anastasius imperare coepit, ab Adamo v & ccxcix apud Romanos numeratur: qui juxta diligentiorem et rectiorem Alexandrinorum calculum v & ccclxxxviii, a Diocletiani Imperio revn, a divina Incarnatione ccclxxxviii Indictione xiv notatur. Qui annus cum extra dubium ullum fuerit vulgaris .Erae ccxcxi, li quido apparet Alexandrinus, in mundanis quidem sedecim annos pasciores numerasse, .Era autem Christianæ annos detraxisse octo: idque commodiорis supputationis causa, ut apparet, quo toto uno seculo unitarum ac decalum numeri æqualiter procederent in recensendis Mundi Christique annis. Hunc igitur calculum secutus Therphanes, et Chronographiam a Georgio Syncello usque ad Diocletiani perductam initia porro pertexturus, primum dicti Imperatoris annum composuit cum anno Christi ccclxxxv, qui nobis, octennio addito est ccclxxxv: atque ita tacite correxit errorum auctoris sui, annum ccclxxxv .Erae Alexandrinae primum Diocletiani scientis. Etenim hic Alexandrinus Mammeo annos tredecim recte in anno ccxv, qui nobis ccxxiii fuit, exordiens, minus recte eidem dederat successorem Maximum anno ccxviii, qui fuisse vulgaris .Erae ccxxxvi: cum dictum Alexandrinum constet solis novem diebus ultra tredecim annos regnasse, atque adeo pridie Nonas Martias acclamatum, ipsis libibus obiussa

Terminus a sciollo aliquo, Nicophori catalogos imperante secuto;

cum ille tantum notari annos mundi et Christi,

ant etiam solos quaque annos Imperatorum.

Usus est Theophanes .Era Alexandrina, annos mundi 16 Christi 8 pasciores numerante, p.

Diocletianus recte composuit cum anno 277 utram .Era,

a Georgio Syncello non bene ad sequentem diuata,

A obiisse : ut consequens sit primum Maximini annum statui deluisse ccxxvii, et reliquos deinceps annos a Georgio numeratos, tali errore seculi posito, ex crescere supra numerum justum anno uno.

12 Optime igitur fecit Theophanes quod Georgiae chronographiae superfluum istum annum detraherit : non item si qui ipsi Theophani anno utrumquedetractum volunt, existimantque etiam sic serius quam par est Diocletianum ab eoin imperium induci. Cum enī Graecorum annus a Septembri mense sommū sunat exordium ; et tum ex aliis auctoribus tum ex Chronicis, quod vocant, Alexandrino habeamus, *Diocletianum Imperatorem xv Kalendas Octobris Chalerdou remunatum, v Kalendas Octobris Nicomediam purpuratum intravisse, et Kalendas Januarii Consulē produsse*, evidens est nullam anni ccxxvi partem ad ipsius imperium pertinuisse, nisi usque ad Kalendas Januarii differas anni initium numerare : quod non faciunt auctore, uno anno Diocletiani initium anticipandum judicantes, sed alio nituntur fundamento : persuasi videlicet Pilibibus festis, id est v Idus Maii, illum esse exorsum regnare. Verum hoc quam temere assumptionem fuerit ex verbis Claudii Mannertini in chronicō, in aliū prorsus quam revera habeant sensum dicitur, dilucide Petavius noster ostendit lib. ii de Doctrina temporum cap. 30, ingenuo retractans, que alias ex inveterata, nū ait, chronologorum sententia scriperat. Eodem autem prorsus nihil potest j�are ut Consulatus Diocletiani enī n anno Tricennitū, id est

B Imperatoris potestatis, in quibus in lapidibus compositus. Aliud enim est utrinque initium : et cum hoc optime constat quod hunc Consulatum adierit anno imperii sui primo, et idem recte a Consulibus Diocletiano et Iristobulo ejusdem Diocletiani anni ad pascha ordinandum digesti sunt quemadmodum in Fastis Constantiopolitanis expresse dicitur.

C 13 Constantiopolitanis, inquam, licet notiori jam nomine Chronicō Alexandrīnum vocentur, ex nomine Raderi nostri, eosdem Graecis Latineque edentis : quem et nos appellationem (ut recepto servamus usnī) libenter usurpamus. Satis enim esse potest eruditum lectorum hic monuisse, quod chronicō illud revera nihil minus quam Alexandrinum sit : quippe quod nihil habent cum Alex:ndrinorum rationibus communē. Non meusum, non diuinum nomina, quae Alexandrinis Aegyptiaca erant omnia, chronicō autem hinc partim Graecis partim Latina sunt, ut Kalenda Idus etc. Non initium anni, quod Alexandrinis sumitur a mense Thoth, enī primus dies respondet xxix diei mensis Augusti : in chronicō autem a Kalendis Januarii Romano more dicitur. Non anni titulum; quem Aegyptii a Regibus Imperatoribus sumelant. Chronicum autem sumit a Consulibus ex more Romano. Non Eram Christi: quam qualē usurparint Alexandrinī iam vñlinus, chronicō autem prorsus non attingit, procedens Graecorum more per Olympiadas; Aegyptiis in rebus publicis consignandis inuisitatas. Ut autem ex tanta characterum chronologorum ab Alexandrinorum usu discrepantia manifeste convincit Alexandrinū non esse, in quo illa reperitur : ita e converso indubitatum videtur s̄erri judicium posse, praedictos fastos Constantinopoli seu Novae-Rome scriptos esse, ubi in usu vulgari ista erant omnia, magna parte ex veteri Roma illuc traducta simul cum Imperii Sede; non item in reliqua Graecia, a Latinis nominibus magis abstinent. Istud vero maxime ex postremis praedicti Chronicī annis liquet, quibus tam prolixē describuntur Acta Boni Magistri, in templo Studiarum Constantinopoli sepulti anno Heraclii xv, ab aliis historieis vix leviter tarta; ut non tantum ibidem scripsisse auctorem, sed et ex Studitis

unum fuisse, nobis appareat vero simillimum. Ast D prefigitur chronicō hæc, que sequitur gnoine H̄t̄p̄s̄ Ἀ̄d̄ēd̄ōs̄, *Hinc deinceps annorum ab Adamo Protoplasto sive ab orbis conditio exordio summa colligenda est, respondentium inspirate a Deo Scripturæ et sancte institutis per dyinos Patres atque in Ecclesia Catholica recte celebratis festivitatibus*. Item de Agno typico ex Paschalibus atque ex mathesēs rationibus frequenter disputat: Alexandrini autem Episcopi scitur munus fuisse, ut definitis accurate solis ac lumen cyclis, Pascha toti orbi Christiano, quo die esset celebrandini, indicaret. Quid autem tom, si eo non obstante, Cycli Paschalis rationes perspectas habere studuerint Heraclii ævo omnes qui docti emperioribz habent apud Latinos? Gnoine autem i-tinsimodi non magis indicat auctorem fuisse patria Alexandrinum, ne dum urbis illius Episcopum aliquem quam similis alia ex Eusebii Cesariensis, vel scriptoris alterius opusculo vel epistola quāpiam accepta et libro praefixa, Eusebium aut ipsum cuius ea fuisse gnoine auctorem probaret. Itaque hanc paulo rectius Panvinians aliisque fecerunt, qui dictum Chronicō prius in Sicilia repertum quam illud ex Augustano MS. Raderus plenius accuratiusque vulgaret *Fastos Sicutos nuncupavere, enī usū sit inter eruditos receptū (quem et nos in Martyrologiorum Antiquorum sequimus nomenclatura, quoties ignoramus ad enjus Ecclesiae usūm de scripta fuerint) at MSS. codicibus nomen fiat a loco in quo reperti sunt, vel ab eo qui illos propriis in sua possidet bibliotheca.*

CAPUT III.

De anno Constantii et Galvrii corregnantium et quinto Phœcæ in Theophanis chronographia præteritis, ac deum post plurimum annorum seriem ad lacunam explendam, Juliano et Copronymo supra justum tempus eorum adjectis.

Postquam ab infinitis propemodum erroribus, quos vitiosissimæ tabulae Theophani impingeant, diligenter auctoris nomen vindicavimus, et prorsus indignus esse ostendimus, quæ cum chronographia ejus circumferantur; non hoc agendum nobis putamus, ut singula ejus capita revocemus aīl examen; et quandoque exerrantem, quod humanum est, ex aliis certioribus quam quæ ipse vidit monumentis ac temporis signandi characteribus, revocemus in viam. Prestitit hoc magno studio et labore interpres ejus prænominitus Goar; ejus egregio fuitū post auctoris mortem in lucem producendo intentus Confessus. Notas addidit posteriores. Itaque omissis iis quos ipsi observarunt et correxerunt in Theophane erroribus, et difficultibus quas attigerunt prætermis, duo tantum hie poneta notabimur: non tam quia ab ipsis levī nimis manū tractata nec satis frēre explicata; quiaq; quia ad plurimos consequenter annos spectantia, totam Theophanis chronologiam obscurissimam reddunt, et ad Āerae vulgaris numeros ipsius cæbulo aptare, volentibus, incredibilis parint molestias: quas nos experientur edocit, quod iis emolliendis nobis privatiū comparaveramus medium, libenter in publicum hinc conferimus. Est autem hoc in eo situm, ut occasione exerrationis detecta, et statutis eidem utrimque terminis, doceatur lector, eo quod inter Magni Constantini et Joviani Imperatoris exordia fluxit spatio, novem annorum differentiam inter vulgarem Eram Eramque Alexandrinam esse concipiendam, ut suis queque appetentur temporibus: et rursum ab anno Phœcæ quarto usque ad Constantini Copronymi mortem: cum alias communiter, sicut antea dictum est, soli octo anni adjici debeant ad numerum Āerae Alexandrinæ, ut

*cur ab aliis
Fasti Siculi
nuncupat?*

E

*Pro toto opere
contenti
Notis a Goar
et Combes
adjectis,*

F

*duo hic majoris momenti
minus ab ipsis
explicata
volvamus;*

cum

*aut ab aliis
ad præceden-
tem retracta*

*qui refutantur
ex chronicō*

*Alexandrino
perperam
dicto.*

*cum eis
fuerit Con-
stantinopoli-
tanum,*

*Constantini
tempus, anno
uno anticipa-
tum; et
Phœcæ uno
imminutum,*

*primi erroris
occasio ex
Georgio non
bene intellecta
sumpta*

*exclusus ab
annualibus
Constantini
et Galerius
annum :*

*cum tamen
11 menses
regnauerit
patri succe-
dens Constan-
tinus*

*Vicenatalia
tempore di-
ceccas Synodi
celebrari.*

A cum vulgari componatur. Utrumque autem tanto sa- ciunus libentius: quo certius ostendere possimus postremæ exerrationis culpam nequaquam penes Theophanem residere, sed commune tunc passim fuisse omnibus Alexandrina æra utentibus, ut annos Mundi Christique, uno quoniam par erat pauciores, eo tempore numerarent, et sic immunitos cum vera Indictione nihilominus componerent.

15 Huic simile aliquid etiam in prima casu acci- disse suspicari possimus, demonstrare non possumus. Etenim Georgius Syncellus, cuius chronologi- cum opus pertexendum Theophanes noster suscepit, pag. 32 editionis Regio præfatur, se Chaldaeorum dubiam conjecturam arte demonstrativa refutatorem, necessario interpretandis sita ducere annos Egregoriorum usque ad CLXV Epoch, qui mundi fuit MCLXXXVII: ut deinde, inquit, ad vigesimum Constantini ab Adam ordine servato numerandi seriem traducant: et Regum unicuique genti imperantium nominibus prolati, annorum V & CCCXVI summam me non oscitantem collegisse demonstrem. Haec ille Goare interprete. Verum si quis respondeat rō usque terminum significare, ut scholari passim loquuntur, extrinsecum, adeoque Georgium censuerit, Constantini Vicenatalia spec- B tare ad proxime sequente, a dicta summa annum V & CCCXVII, qui nostro CCCXXV responderet, recte se habebit tota Georgii supputatio, siue erraverint sibi, qui in ultimo presignati numeri anno, eidem vicenatalia collocarunt. Hoc autem manifeste Theophanes fecit, siquidem cum Vicenatalibus Constantini et tempore celebratae Nicenes Synodi Indictionem XIII conjunxit, quam constat Cons. Paulini et Juliani die XX Maii habitam, atque adeo ad XIII Indictionem pertinere. Tali porro errore iam positio, necessarium fuit, per annos XX sursum ascensu, primum Constantini annum statuere annum sua æra CCCXVII: nec ullam sibi potuit reservare annum, quem Constantius Chlorus et Galerius Maximiano inscriberet, quasi post abdicationem Diocletiani et Maximiani Heracliti (factam, ut tradit ipsomet et consentiunt omnes, æra Alexandrina anno CCCXVI, XI Kalendas Martii solis quatuor mensibus vixisset Constantius Chlorus Constantini pater: quod ipsa mani- feste ostendit se sentire, cum ait, *Iudeo Imperi un- decimo vita functum, quem anno CLXXXV dixerat Cæsarem esse institutum.*

rivarum, inter choros psallentium, conservauit sumus
gratis ubi episcopis pariter Episcopi, ego Rotomago, ita
vero Noviom.

10 Hunc locum tot characteribus insignem, tan-
ta acerbiisque scriptum, idque de actu tam ipsi au-
tori per omnem vitam memorabili; mirum est novo
rerum Francicarum auctori ita neglectum haberi, ut
(quia calendaris suis nimium adversatur) alibi eum
proficerat, alto silentio pressis, die mensis, Dominica
ante Rogationes, et anno iii Chlodovei; alibi velut
errori subjectum spernat; alibi ut intrusum a libra-
riis rejicit: quid enim in antiquissimis testium oeu-
litorum monumentis certum habebitur in obitu unum-
que, si ejusmodi testimonia convellere eo modo licet
atque in suspicionem vocare? qui non possit in ipsis is
sacris scripturis hæc ratione (si tamen est ratio) in-
firmitari impune? Si enim et plurima et vetustissima
queque manuscripta, nullo prouersus dissentiente, sic
halent: quam temerarium est vitiatum textum cre-
deri? Lucas Dacherius tom. 3 Specielegii Vitam illam
editit descriptum e vetusto Codice Corbeiensis Bi-
bliothecæ, et ad Conchesis monasterii MS. collatam.
Haleinus nos eandem ex MS. Rubeæ-Vallis, collatam
cum MS. monasterii Bonifontis. Eadem extat in
MS. Monasterii Aquicinctini et in alijs Serenissimæ
Reginæ Sueciae, nusquam vel apice uno circa locum
precitatum vavante textu: numquid oportuerat vel
unum saltem alicubi inveniri incontrarium, ut vel du-
bium moveretur: plura autem, ut definitiva ferretur
sententia de probabili saltem ipsius corruptela?

11 Nihil horum facit Francicorum scriptor, sed
cum lib. 19, pag. 140 futeatur simul esse consecra-
tos Sanctos, quo id factum sit tempore non requirit:
tantum S. Audomum Regis Chlodovei permissu
paulli ante Clericum factum dicit: an ut majorem
fidem inveniat postea, ubi decennio dumtaxat re-
gnasse Dagobertum credi volens, filium, in obitu
patris quinquennem, statuit ipsi successisse anno

*certissimis ex
S. Audom
Vita chara-
cteribus
constat;*

*a quibus
precedentes
utique,*

DCXXXVIII? Quo autem id auctore? Nullo prouersus: D
ni si quod Hermannus Contractus seculi xi scriptor
et auctor Chronicæ Mosiacensis ad ipsius sententiam
accendant proprius, dum Chlodovei primum annum
cum anno Christianæ Erae DCXLI componunt: Her-
mannus autem potissimum ei videtur prælustrisse,
cum asservit Dagobertum mortuum anno regni sui
decimo sexto quidem, (ut et nos ex legitime filei aue-
toribus supradiximus) sed post patris mortem decimo;
ataque ita intelligendum dedit, ipsum sex annis ante
obitum sui patris regnasse, quod verum non fuit.
Hermannum nempe et Chronicæ dicti auctorem de-
cepit, quod Fredegarius post narratam Chlotarii
mortem, anno XL regni obitum, res inter filios spa-
tio sex annorum gestas, circa consuetam sibi anno-
rum singulorum distinctionem in unum contrahens,
immediata post subiungat: *Dagobertas cum iam anno ex fundamen-
to regnaret, Burgundias ingreditur: quo factum, ut
existimaverint hæc essisse patrem filio sex annis prius*
quam moreretur aliqua monarchiae parte pinta Aus-
trasia. Sed non observarunt, si sic intelligatur Fre-
degarius, non tantum eis regionibus, quæ Dagoberto
ex paterno imperio potiores obtigerunt, exutum
fingi Chlotharium sponte a cessione, sed regnis pro-
sus omnibus. Nam et Chariberto alteri filio debet
fingi contulisse regnum adhuc vivens: etenim eo-
dem modo loquens de Chariberto Fredegarius, prius
quam incipiat loqui de ingressu Dagoberti in Bur-
gundias anno vii regni, dixerat, quod post annum ter-
tium cum regnare capisset, Vasuum sue ditio-
redigat, aliquantulunque largiorum fecit re in sui
spatium. Quod si hic locus nec debet nec potest intel-
ligi de anno iii regni Chariberto a vivente patre con-
cessi (quoniam ibi agitur de regno quod Dagobertus,
qui mortuo patre occupaverat omnia, concessit fratri
misericordia motus et consilii sapientum) nihil magis
potest locus immediate post sequens de anno vii Da-
goberti sumi cum respectu ad regnum, quod vivente
patre fingeretur administrasse: sed tam annus hic
vii quam iste ut numerari debent ab obitu patris.

12 Interim Hermanni id minime observantem erro-
rem pro fundamento ponens Rerum Francicarum
historiographus novus, a summa, quædis in praedito
S. Audomi loco continetur, historiarum notarum
certitudine discedit, et pergit succedentium Regum
res gestas temporibus minime apte dispositis innec-
tere atque interturbare, et Chlodoveo Dagoberti filio
annos dumtaxat secediat regni conredit, quem ta-
men monachus San. Dionysius in gestis Dagoberti,
auctores supplementi ad Fredegarium, item Chronicæ
Mossiacense et Besoense aliisque magna vetustatis
scriptores unanimi consensu dicunt regnasse annis
xviii. Chlodoveo hinc uxor S. Bathildis fuit, XXVI
Januarii a nobis commemorata, et viro tres filios
peperit; successive in Neustria atque Burgundia
Reges: videlicet Chlotharium in, Childerium in
ataque Theodoricum in. Ex his Chlotharium annos so-
lum iv regnasse scriptum legebatur in gestis Fran-
corum, acciunctione non magna compilatis, et (sive
scriptoris hæc lapsus fuit seu librariorum inadverten-
tia denarinus excidit) secuti sunt annes, inquit lib.
21, pag. 232 predictis auctor, ad nummum verum Francicarum scriptores. Intrepide tamen eidem ablatis
decein annos restitutus, et plerosque eorum ipsius-
met diplomatis et Sanctorum coevorum Actis eodem
seculo scriptis tam evidenter demonstravimus, ut
postea neminem habuerimus contra sentientem. De-
monstrationem autem prælo dedimus ea tempore
quo de iisdem dubiis movere incipiens P. Philip-
pus Labbe, Miscellanea curiosa edidit, quæ vellemus
prius habuisse, variis diplomaticis ignoratis a nobis
confirmatura doctrinam nostram.

13 Chlotharii porro hujus filium creditum fuisse
Chlodoveum

*Chlothario
succedunt
Theodoricus
et Childebertus
eius frater :*

13 Chlodoveum quendam, atque anno DCLXXIX Regem post Childerici mortem assumptum ab Austrasiis ad regnum suisse, et brevi vixisse tempore, sequenti capite ostendens : ubi et de ipso Childerico agemus, maris suae opera in regnum Austrasiorum contra Grimoaldi tyrannidem sublimato. Hic dicimus Childerici apud Austrasios absentiam Ebroino Majoridonus in Neustria occasionem dedit, Chlothario absque liberis, saltem tunc cognitis, mortuo, subrogandi minorem natu fratrem Theodoricum : quod absentibus se factum indignati Optimates, et Ebroini ex eam habentes potentiam, utrumque persecuti sunt, captoque et in monasterium violenter inclusi Theodoricu, Childebertus tum primogenitus, Rex Neustrie Burgundiaeque proclamatur anno DCLXXVI, infili successu : tertio namque novae monarchiae anno Christi DCLXXIX cum plerisque liberis ex Bilibellio susceptis occisus est, et regnis restitutus Theodoricus : qui post annum DCLXXXVII, mortuo Dagoberto juniori S. Siegerbi filio, inter bella cum Pippino Herstallio monarchiam tenuit annis sex, mortuus an. DCXXXI. Regnavit, ut ait auctor historiarum jussu Childebrandi conscriptae (secundum verissimam lectionem Codicis MS. qui olim Petavii sunt, nunc B est. S. remissimae Christianae Sueciae Reginae) annis xvii, a morte Chlotharii fratris primogeniti numerandis. Tum Chlodoveum filium ejus parentum elegavit in regnum : non post multos vero annos prædictus Rex Chlodoveus ægrotans mortuus est; regnavit autem annis iv, et Childebertus frater ejus in regnum resedit.

*non simul
sed successore
in tota mo-
narchia,*

14 Sunt qui existinent Childebertum diviso cum Fratre in Austria regnante imperio regnasse in Neustria jam inde a patris sui obitu : ali similiter in Neustria Regnum fratres nomen tenuisse credunt : sed utrumque cum nullo mitintur fundamento, tum solidissime convineuntur errasso ex eo, quod nullum haecenus sub utrinque nomine prolatum diploma sit, nullum sub nomine Chlodovei quasi in sola Austrasia regnantis expeditum : sed bene in Neustria jam inde a morte Theodoricu et quidem ab utroque seorsim in successione. Tale est, quod Iperius in Chronico Bertiniano MS. parte 13 refert, quo Chlodoveus puer, ut eum merito vocat, B. Bertino confirmat omnia privilegia a prædecessoribus suis concessa, die primo Kal. Junii anno primo regni sui. Et incipit si illa beneficia que parentes nostri. Similiter principio similiter prorsus privilegium eidem S. Ibertini monasterio concessit Chlodovei frater Childebertus, et Ictum dicit sub die Kalendorum Junii anno in regni sui. Ex quo consequens est utrumque in Neustria, ad quam hic locus spectabat, et quidem successione regnasse. Similiter apud Philippum Labbe in Miscellaneis curiosis pag. 434 leguntur diplomata utrinque nomine et successive signata in Austrasia, prima quidem acceptum ex antiquitatum Tricassinis Cinnizati, datum Rhenum urbis Februario die xv, anno ii gloriis Domini nostri Chlodovei Regis, quod suo super eadem re privilegio insigens verbatis Bertoenus Episcopus Catalaunensis, procedere se attulit rogatum clara memorie Clodovei Regis et Pipini Majoris-domini Regis. Secundum ex chartulario S. Vitoni Virgilunensis eruitur, continetque communicationem inter Annonum Virgilunensem Episcopum et Illustrum virum Pipinum ejusque Illustrum matronam Plectrudem, eisdemque iubentibus scriptam et subscriptam ab Hareico, sub die xii Kal. Februario, anno septima Regis nostro Childeberto. Childebertus autem, qui fratri adhuc impubi junior ipse successit, nec nisi tredecim a morte fratris annis regnavit, admodum juvenis obiisse debuit filiumque heredem non magnam (quod tamen fingere tenentur), qui aliter quam nos de successoribus statuunt acatis reliquise.

15 Parvulus hie dicebatur Dagobertus hujus nominis iii. quem Chronicus Fontanellensis auctor seculo viii scribens *Regem juvenculum*, et Junarem *Regem appellat*, puerum vero Regum Francorum genealogia MS. usque ad Coronationem Pippini. Et vero eum, cuius pater præmodum regnare coepit anno DCXCII, anno post hunc xviii admodum puerum suisse oportuit; et aetate viximus pubescentem mortuum, qui solis quinque annis regnans vita impetuosa excessit anno DCXXV. Ut protrsus extra metas salientes cognoscantur si, qui cum legissent Theodoricum ultimum, Dagoberti minoris filium dici, et alium apud Austrasios Dagobertum itidem respectu primi Juniores regnasse ignorarent; persuadere sibi conatis sunt unum enimdemque Dagobertum esse, qui Childeberto patri puer successorat quintoque regni anno obierat; et qui genuit predictum Theodoricum. Est tamen communis hic error eorum, qui Chronica compilaverunt, quos inter Hugo Flaviniarense Abbas, sub initium seculi XII scribens, Childeberto, inquit, *Rege defuncto, Dagobertus filius ejus succedit adhuc puer, et regnavit annis quinque et mortuus est anno DCXXV, cui succedit Daniel Clericus qui et Chilpericus, regnauit annos plus quinque, et succedit ei Theodoricus Dagoberti junioris filius:* ut minimum enim in duobus reliquit Hugo, quem hic intelligat Dagobertum Juniores, an eum quem puerum regnasse et obiisse scribit: an vero quem supra dixerat patris Siegerbi regnum suscepisse, quemque, ut scribit ille, *Pippinus et Grimoldus Pippini filius minus duorum ad regnum eum præsentes in Clericum detenderi fecerant;* regno autem restitutum ignoravit. Interim Theodoricus, qui si ex impuberi patre natus concedatur, non nisi annum vi vel vii agere potuisset, cum regnare coepit anno DCXXV; ante eum quo mortuus est annum DCXXXVII erat plenatatem ac barba vir, prout ipsum consciendum exhibet sigillum suum in diplomatis San. Dionysianis, quod videre est inter versus Regum Francorum effigies celo Jacobi de Bie expressas editasque iterato Parisis an. 1636.

*Childeberti
filius Dagobertus puer,*

*Theodoricus
successoris sui
mediatus pater
esse non
potuit :*

*et si fuisse
non fore huic
prælatus
Chilpericus,
filius Childe-
berti 5,*

16 Et vero si filios aliquos postremus hie Dagobertus genuisset, non utique hoc moriente Franci, ipsis præteritis, *Danielum quendam Clericum, cæsarie capitatis crescente, elegissent atque Chilpericum nuncupassent,* dictum Calensem, quia e Calo monasterio, quod S. Bathildis Clodovei n. conjux, usque ad annum DCLXXXIV secundo religioso illustrabat, educatus fuit a jam dicta Sancta; quam hujus Chilperici fuisse aviam, ipsumque filium Childerici n. nunc denum certorum diplomatum file testatum habetur. Unde sicut clarum est Clericum istum esse ad regnum vocatum proximate consanguinitatis jure: ita probabile fit ipsum, cum fratres sui occiderentur, clam delationem ad aviam ab eaque caute servatum fuisse, et Theodoricu patruo dissimulante aut jubente, attollsum in Clericum, vivere esse permissionem. Vixit autem a morte patris annis omnino quadraginta, et quibus annis quinque regnavit et nullos ex se liberos reliquit, fortassis nec studuit procreare, devote Deo castitatis memori. Ex hac autem rite illius cognoscas, quam minimus istius avi sit rudis illa delineatio, qua prorsus juvenis atque imberbis Noviomii, ubi sepultus est, reperitur expressus; qualem prænominatus Jacobus de Bie inter Regum effigies representat, a suo commentatore persuasus, ipsius Dagoberti fratrem fuisse Chilpericum atque adeo prorsus juvenem decessisse. Extincta in eo est igitur anno DCXX universa illa Francorum stirps, quae per Chlodoveum in ducta communem cum S. Siegerberti posteris originem babebat.

17 Quod autem de Chilperici genere diximus etsi satis maneat certum ex iis que in Dagobertinis allegata diplomata sunt: placet tamen etiam bie confir-

*ut patet ex
eis diplomatis.*

A mate diplomate alio ex Corbeiensi Abbatia ad nos transmisso, sed iis mutilato verbis, quæ transcribenti videbantur nihil facere ad rem nostram. Est autem tale : *Chilpericus Rex Francorum. Vir illustris Si facta parentum nostrorum conservamus, regnum consuetudinem exercemus.... Ideoque venerabilis vir Chillerdus, Abbas de Basilia peculiaris Patroni nostri Domini Dionysii Martyris..... ea quod bona memoriae prourus noster Dagobertus quondam Rex per sua auctoritatem manu sua laborata, vacuos cento Solinoris... quod in inferenda de puto Cinomaneco in fisci ditioibus posueratur, ad ipsam sanctam basilicam annis singulis concessisset. Unde et cessionis ipsius et confirmationis, [litteras ab] auro nostro Chlodoveo et bona memoria genitore nostro Childerico vrl avunculo nostro Theodorico, sed et consobrinus nostris Chlodoveo, Childeberto et Dagoberto quondam Regibus, corum manibus roboratus, sicut præ manibus habere confirmat., ut hæc auctoritas firmior habentur et per tempora conservetur, manus nostræ subscriptionibus subter eam decreveramus roborare.*

Chilpericus Rex

Datum quod fecit Mense Martio, die x anno i Regni nostri. Compendio in Drei nomine.

B

CAPUT III.

Austrasiorum Regum series a Dagoberto i ad Dagobertum ii: hujus restitutio novis argumentis confirmata.

Austrasia Franci Imperii pars potior, quam sibi magni Chlodovei primogenitus Theodoricus in paternarum ditionum divisione vindicavit, Regem a patris morte anno DXXXIII habere cepit Theodebertum : Theodeberto filius successit Theodebaldus anno DLVIII, et regnum tenuit usque ad annum Christi DLV, quando hujus propatruus Clothacarius sive Chlotharius, filiorum magni Chlodovei quartus, regnum ejus obtinuit; ac demum etiam (mortuo, qui solus supererat ex tribus ejus fratribus, Childeberto) anno DLXII monarchiam. Quæ post obitum ejus rursum anno LXI divisa quadrifaria est, Sigeberto Austrasiæ obtinente, eamque morte sua vacuum transmittente ad filium Childebertum: quem etiam Guntramnus patruus adoptatum, Burgundici regni haeredem post se reliquit, anno ut dictum LXI. Sed hujus stirps brevi tota extincta est, quanvis duos halieret filios, Theodebertum in Austrasia, Theodericum in Burgundia successorem. Nam isto defuncto, et liberis ab avia Brunechilde intercepimus: hujus filii omnes cum praedicta Brunechilde occisi sunt, et monarchia devoluta est ad Clotharium ii, Chilperici Successoris filium; ab hoc autem ad Dagobertum, eo quo supra vidimus modo.

C 19 Hujus regna quam æquali partitione inter se divisirint S. Sigebertus jam inde ab anno Christi DCCXXVIII, utatis sue iv, declaratus a parente suo Austrasiæ Rex, et Chlodoveus in Burgundiam Neustriam succedens, satis est explicatum a nobis ante illius Acta § 4. Eundem Sigebertum Chlodoveo fratri supervixisse, § 10 satis clare probavimus ex Vita S. Bathildis (quam cum tribus liberis viduam reliquerat Chlodovens) nec ante annum Christi XLIX mortuum dici posse, probavimus ex Sancto Remachus Actis. Occurrat recentior rerum Franciarum Scriptor in Praesatione Tom. 2 et ait, *omnes gesta Francorum, ante uongentos ac viginti annos conscripta, servatos credidisse et produlisse, cum ante fratrem Chlodoreum decessisse. Verum quanta hæc Gesta sint anerioritatis ipse nos doceat lib. 20 pag. 179, dicens: Gestæ Francorum ex variis auctoribus a monachis collecta esse, qualia in sui quisque monasteriis usum consociuare potuerunt. Talia au-*

tem sunt, ut merito dici de iis possit, quod ipse Sigeberto Gemblacensi impingit, lib. 6 pag. 315, nihil in temporum notatione confusius esse. Numquid hoc satis clare ipsem agnoscit, quando, quod ibi assertur, *Dagobertum in Spinogli mortuum regnasse anno XXXIV aut XLIV* (ut varia est hujus loci lectio) et quidem monachum in totis tribus regnis, ipse sic recitat, ut ei solos decem annos in monarchia concedat? Mitto innumeræ inepta istius consarcinationis membra, contentus iis, que circa ipsum S. Sigebertum errata esse potest convinci. Nam hunc atque Chilpericum uterinos ex Nanthilde fratres fuisse fingunt: quorum priorem Dagoberto nonum annum regnanti natum ex Austrasia puella, nomine Ragentruda, sua habet Vita, consentique non tantum Fredegarius sed etiam ipse, qui libro Gestorum nos vult credere, Franciarum verum Historiographus.

20 Teneamus igitur S. Sigebertum, quod ait Vitæ auctor, annorum initium a Paschate ducens, mortuus esse anno ab Incarnatione Domini secundum mortuus est an 603 sezagesimo secundo, nobis tertio, eique ignoramus quod annos Dagoberti (ut alias in Chronico) non recte supprias, natum anno patris nono (quem probamus esse Christi DCXXXIV) dicit aetatis sue annum sere XXXI, regni XXVIII impletæ: vel si hoc

quidem ex antiquis monumentis fideliter descripsisse ipsum putas, annum vero Christi quem veteres isti notare non solebant, ex suo calculo viciose addidisse dicamus; sane etiam ad annum DCXXV vivendo pertigisse S. Sigebertum, quando huic rei nulla

prorsus certa repugnat anerioritas, neque aliunde constat quis annus numerandus sit primus Chilperici sub tutela aviae Innichildis: Quodquid dixeris, annis XXI majorem fuisse, nec anno vulgaris Era ucl obuisse constabit. Male autem consulit familie sive, quod Majoris-domus Grimoaldi filium Childebertam regni Austrasiorum haeredem delegarit (si tamem delegavit et manifesta usurpati regni iniustitia non fuit hoc commento palliata) hac enim benevolia erga fidelium catenus ministrum voluntate abhūd nihil lucratus est, quam ut per insuperatam Dagoberti nativitatem delapsus homo a spe regni in suam familiam traducendi, mox ut Rex timet vita beatum attigit, filium ejus tum forte ocfennem decennem, fecerit in Hiberniam transportari detonderique in monachum, mortuum esse mentitus: itaque Childebertum suum curaverit Regem proclamari. Quam injuriam familie Regis illatum minime ferens Innichildis; ad S. Bathildem se contulit, atque ex ejus filiis, tamquam haereditario jure proximi, secundogenitum Chilpericum Austrasias præficiendum impetravit, et Neustriorum opera fideli osa, captum Grimoaldum, ut multi scribunt, ad meritam mortem Parisios pertrahendum curavit: de filio vero ejus Chilperico, suppositio Regre, quid actuū sit, nemō dicit.

21 Chilperico ergo post hæc pacifice in Austrasia regnante, adolescebat feliciter in Hibernia Dagobertus n, et circumquaque respiciens, num quæ vita eaperiret in patriam regnumque remeandi, in Britanniæ venit, ibique in S. Wilfridem Episcopum Eborenensem incidit a quo pecunia comitatuque instrunctus, primus ad maternos in Thuringia amicos se continuisse videtur. Eum deinde ostendimus, admittente matre et cedente Chilperico, regnum Transrhenane Germanie Alsatianaque obtinuisse; ubi S. Wilfrido patria pulso, vicem reddidurus hospitalis obsequii, Argentoratensem obtulit Episcopatum, si vellet apud se remainere: ac denique occasio Chilperico, nullusque, ut credebat, post se liberis ex Bilichilde conjugé, vivos relinquente, Eborenus, ut est in S. Leodegaru Vita, regnauit, quid ad fratrem Chilperici Theodoricum deo'vi debibat, definit pue-ro

*Austrasie
Reges primi :*

*quorum suc-
cessor S. Si-
gebertus ab
an. 638*

*perpetram ab
alii creditur
nate Chilope-
rum obisse,*

*aut forte
an. 665.*

*Amandatur
in Hiberniam
Dagobertus
plus*

*pudis usurpa-
toribus Rex fit
Chilpericus
patricius
Dagoberti :*

*qui S. Wil-
fridi ope re-
ductus regnat
in Alsattia,*

*mortuisque
Theodorico
et Chlodoro,
in tota Au-
strasia :*

*eius maneta
reperta,*

*et insignis
merito in
Actis S.
Memmi,
qua Cisterci-*

- A ro euidam, quem Chlodoveum dixit, persuadens Austrasiis mortuum esse Theodoricum, et dictum puerum esse Chlotharii in filium. Hoc autem breve intra tempus extincto, ostendimus Dagobertum Austrasiorum consensu circa annum 1088 integrum Austrasie regnum obtinuisse; pro eoque tenuerat etiam adversus Theodoricum patrem suum, cuncta que fratris Childerici fuerant sibi nitentem arregare, gessisse bella, magnisque monasterii cum aliis tum Stabuloi et Malmundari fecisse donationes. Hæc inquam omnia ostendimus in *Analectis id Acta S. Sigeberti et deductis toto 2 libro Diatribæ Dagobertinae, asserti nostri veritatem confirmantes ex Sanctorum coævorum prolatissonis Vitis, ipsiusque Dagoberti undique conquisis diplomatis: sic ut Sommarium Fratres, licet Regum Francorum historiam Genealogicam scribentes plane ignorassent Dagoberti hujus redditum, nec alius quispam Francicarum rerum scriptor eadem præluxisset, omnem dixerint demonstrari, in Episcopis Argentoratensisibus de S. Arbogaste agentes: quos secuti mox alii atque alii in Gallia sunt, neque haec tenuis inventus quisquam est qui opposuerit aliquid.*
- B 22 Quin ethum (ut facile est inventis addere) inventa postmodum peccata est, quæ hujus Dagoberti esse crederetur: ita enim Dagobertinae Diatribæ anactori P. Jocobus Vignierius ad calcem litterarum Divisio datarum xxiv Januarii 1667, *Pene excudit milii, frigore memoriam obtundente, quod nutea stainavam significare Reverendæ vestre, eature scilicet librum impressum an 1666 apud Sebastunum Cranios, inscriptum, Recherches des Monnaies de France par Cl. Bonneron Cons. en la Cour des Monnaies: in quo libro habetur figura duplex porri solidi uer, quem attribuit Dagoberti si ex Scotia reduci et opera restra redire; in quorum altero legitur, DAGOBERTUS et in aversa parte + DEUS REX, in alterius vero aversa similiter por., REX FELIC. quæ arguant non male appositum nomini tuo in Chronico nostro epitheton ur- LATISSIMI. Hæc ille, alieni inventi iamnum invuln estimatur: cui hac parte simili fuit, episcopus Societas nostre ac paris eruditus vir, P. Joannes de Bruissieres. Ad hunc enim cum ex Italia redires Lngdunum, divertereurus anno muelxi, exhibuit ille nobis ingenuæ litteras, recens ad se Parisiis datas ab amico, dolente, quod suam Historiam Gallicam quatuor partibus Latine editurus, ignorasset quantum ad eam rem confidiam presidiū habere potuerit ex Sanctorum Februario Actis, et speciatim ex singulari de tribus Dagoberti D'atria.*
- C 23 Eodem anno mense Julio Cisterciensis divertimus evolvimusque antiqua, quæ istie servabantur Sanctorum Legendaria, ex quibus tum alia Acta transcripsimus, tum illustria valde, et qualia haec nos non videramus S. Memmii Catelannensis Episcopi cum insigni hujus Dagoberti memoria, quam hic transcribere non pigebit. Postquam tantus effulsius signis et miraculis Drus per seruos, (Memmum scilicet, Donatianum et Domitianum, de quibus ex vestigijs Legenda egerat) claret quoque narrissima tempeste in onno secundo sub Imperio Dagoberti (ipse est, qui post longam pressuram reversus est ad propria regna) in mense quinto, in quinta die mensis, secunda vigilia noctis. Narrato deinde miraculo scutentis ex S. Memmii sepulcro fontis, et corporis hoc inicio quesiti inventione, nonnullisque eum intra sex menses seruatis agerorum curationibus prodigiosis, cum dixisset visionem non esse, quia longum eas per ordinem texere, sic conclusurus solijanxit: *Venit ea quæ volumus, hæc scripsimus et narravimus. Mense deinde Augusti Parisios advectos primo ab adventu die excipiens Philippus Labbe noster, duxit ad insignem omnis antiquitatis amatorem D. Antonium de Vyon de Herouval: qui eamdem S. Memmii Vitam locum que de Dagoberto restituto, jam ante sibi lectum notatimque in veteri suo quoddam optimæque notæ legendario, gratulabundus obtulit, utque transcribe- remus, hortatus est: sed negavimus opus esse trans- scripto, cum jam aliunde habere egraphum ostenderemus in catalogo viatoris nostro: gamdere tamen nos iuximus, altero exemplari viso, ejus libenter et semper mentionem facturi vel in rensa, quod sus- debat ipse, Diatriba Dagobertina, vel in Martio mense proxime elaborandu. Fatebamur enim non tantum hinc locum de novo offerre sece, (quod in re adeo jam demonstrata parum fuisset) sed varias pre- terea observationes novas nobis occuruisse, quibus tota Regum prima stirpis historia non mediocriter posset illustrari.*
- D 24 Hoc memoria retinens Herouallus cum anno 1666 processum pro Canonizatione Venerabilis Matri de Maillaco rogatus a nobis esset, xi Novembris, respondit et addidit: *non dubitare se quia observasse- mus ad calcem tractatos, quem D. Valerius anno 1663, de laudibus Berengarii impreserat, locum ex Vita S. Memmioi, quem ipse nobis coram in suo ostenderat le- gendario, et postea eum in Domino communicebat; esse eum locum singulariter pulchrum, inter in impatienter exspectare se, quæ in hac matre a nobis calenda pro- misceramus. Tractatus iste haec tenus in manus nostras non venit: quia tamen persasi sunto eu ubi locens iste exhibet capite, addidisse auctorem varia circa hanc materiam, quorum pars esset nos hic meminisse cum laude; ne, ut alias, se præteritum quereretur, saepius petimus ipsum nobis librum una cum aliis huc destinatis mitti; ac tandem si talis jam desit propter bella occasio, veredariis eum trahi jussimus, ne forte his jam impensis tardius advehatur. Facturi interim amici desiderio, et titulo nobis hic proposito satis, subiungimus dictis; uxorem Dagoberto fuisse Machtildem Saxonum Ducissam: ita suggerrente Gaspare Bruschio in epitome sua magis operis de omnibus Germanie Episcopatibus, ubi de S. Arbogaste Argentiniensi Episcopo per Dagobertum insti- tuto, sic loquitur: *Suscitavit orationibus suis a mortuis Sigibertum, Dagoberti Regis ex Machtilde Saxonum Ducissa filium, qui in venatione prope Ebersheimum uns- ter ab auro percussus, postera die obierat, pro quo pie- tatis officio dedit Rex ecclesiarum Argentiniensium Rusachium cum tota adjacente ditione, quem Superius intatum cor- rupta voce quasi Monstratum hodie auctiæ appellant. Esto enim communis errore Dagobertum hunc igno- rans Bruschius, S. Arbogasti actate ad primi Da- goberti regulerit tempora, ipsum tamen hue perti- nere, idonea confirmavimus auctoritate: nomina autem Sigiberti et Machtildis matris, quæ in MS. S. Arbogasti Actis non reperiuntur, aliunde ipsum bona fide credimus accepisse.**
- E 25 Eundem Sigibertum eum esse putamus, qui in antiquiore S. Aldegundis Vita tom. 2 Januarii pag. 1040, Rex appellatur, sub quo et S. Aldetrude Abbatissa corpus S. Aldegundis translatum esse Malbo- diundictum: et pro Sigiberto judicavimus legendum fortasse Theodoricum esse: atque hanc conjecturam secuti deinde sumus ante Acta S. Aldetrudis anno 5 die xxx Februario. Verum nunc re malius expensa, prorsus verosimile esse existimamus, non tantum Dagoberto nullo aliquem Sigibertum fuisse; sed eundem vel post Chiliceri mortem atque suppositi- tui Chlodoveri dejectionem, una cum patre coronatum esse Regem (quemadmodum postea cum Pipino corona- tuit Carolus et Carolumannus) eodemque quo pater tempore ac forsitan prælio oculuisse: vel modico tempore eidem superstitem regnavisse. Certe de titulo regio Sigiberti hujus vix possumus dubi- tare, cum non tantum S. Aldegundis Vita dicat hu-

*ex Machtilde
uxore alias
Sigibertus,*

*u. S. Arbogusto
ritæ redditus,*

*simil cum
patre vel
paulo post
rum rex*

*atque Parvus
servantur:*

A jus translationem factam esse a Rego inclito Sigeberto atque beatissima Virginie Aldetrude: sed etiam Historia jussu Chilibrandi scripta non unum, sed plures Reges hoc tempore in Austrasia collocet, ita loquens: *Defunctus Regibus, commissis invicem Principibus Ebroino, Martinotique Pippino, adversus Theodoricum Rogeni et Ebroinum exercitatur ad bellum. Qui nam enim hi Reges nisi Dagobertus II, et filius ejus aliquis, cum ipso vel post ipsum regnans? De mortuis parvo si curavit Pippinus substituere alium vel ipsius Dagoberti filium, vel ex filio nepotem, nullum ea res successum habuit, vixit actisque in fama Pippino atque Martino, ut eadem historia memorat.*

D
Rex etiam
dictus quis
regni fuerit
legitimus
habet.

CAPUT IV.

Regium nomen posteris Dagoberti Austrasii quadanterius conservatum usque ad coronationem Pippini. Maiores domus ex quibus secunda Regum familia.

potens Martellus non putaret curandum sibi, ut ex Regia stirpe exaltaretur successor sub enjus nomine ipse imperaret) possessio tamen sua in Sathaniano fuerit et nomen Regis Francorum inter suos, tamquam etiam quem hiereditario jure regnum spectaret; gloriiosior autem titulus Martyris deinde obtigerit, tamquam violenta morte sublato, fortassis in ejus gratiam si non et ejusdem instinctu, qui Francico regno possessor incubabat, nullo jure, sed magno favore et potentia subinxus. Atque haec licet nullis certis confutata argumentis, sed soli innixa verisimilitudini, fundatae in traditionibus Satbanacensis Ecclesie, que lactentus nulli certiori auctoritati monstrantur repugnare, et hoc modo sat congrue cum reliqua Francorum conciliantur historia) nemo vigilans somni esse dicat, nisi qui paratos est de S. Dagoberto Martyre certiora nos et verosimiliora docere: quod cum fiet, in ejus non libenter sententiam illam ad diem, quo colitur x Septembri.

Martellus
*ab au 738
solus imperial;*

28 Porro Theodoro sic, ut diximus, mortuo, et nennine ex liberis ejus ad regnum electo, sed singulis privatam vitam in aliquo paternorum fundorum, quorum eis relinquebatur dominium, vivere jussis a Martello; perexit ipse sine Rege Francis atque Burgundis universis summa cum potestate imperare, imperavitque quoad vixit, id est, ad annum usque DCXXII. Huius succedentes filii Pippinus et Carolomanus, nonnullaque in principio regni regio parentis titulo experti difficultates, circa annum DCXLIII, Regem proclamavere Theodorici predicti filium Chilpericum, hujus nominis ultimum; qui vanam regii nominis umbram tenuit, usque dum conspirantibus in Pippinum Regem consecrandum Francorum omnium Proceribus, ipse in Sithivense monasterium detrusus est, et dedecori suo parva admodum tempore superstes, e vivis abiit anno CCCLV. Filius quoque ejusdem Theodoriens, avum nomine referens, attulps est in clericum et Fontanellis in monasterio collocatus, sicut ex Chronicis Fontanellensi documentis: qualem autem deinde haberit vita exitum vel quando, nos haec tenet latet. Haec porro, que diximus de Regibus ultimis memoratis, tamquam a Dagoberto II genus ducentibus, proponimus doctrinam virorum iudicis expendenda, et certioribus fortasse monumentis, que needum reperta sunt, aliquando productis, vel confirmanda validius vel sole reprobanda. Nec obesse aliquis putet diploma inter Belgica diplomata editum ab Antherto Moreo lib. I cap. 6, ubi Theodoricus II, inter suos progenitores emeratur Chilodovaeum proavum, Theodoricum et Childebertum avos, quasi uni eidemque esse possent duo avi paterni, et Childebertus Theodorici filius non fuerit: imo tamquam tres avi fissent, postea doobus illi subjicitur Chilpericus, qui numquam scitur in rerum natura fuisse; cum ab eo ibidem distinguatur alius Chilpericus, velut ejus, cuius est diploma, Theodoricus consobrinus, quem Chilperici filium fuisse diximus.

Pippinus et
Carolomanus
Chilpericum
cechunt,

29 Verum tanti regnum confusio manifestum facit ejusmodi diploma minime sincerum esse: sed ali aliquo, qui regis genealogie se peritum existimabat, ineptissime fuisse interpolatum, tun cum veteri Instrumento absunto vel alias deperditio, transcriptione novum exemplar est; quod olim frequentissime factum novimus, et librariorum andream temeritatem agnoscimus in testium subscriptionibus, annis Christi, aliquis similibus perperam veteri textui inserendis. Neque longe querenda exempla sunt: capite namque immediate apud dictum Miraeum praecedente legitur Privilegium immunitatis Abbatiae Vedastinae concessum Kalendis Maii anno VII, Theodorici Regis seu Christi DCCLXXXVI, a S. Vindiciano Cameracensi Episcopo, ista ordinante, ut praesertur

F
quecum nepotem
Dagoberti II
credimus,

non obtante
diplomate
Theodorici
patris fidei
interpolatio,

Mortuo Pippino Herstallio sub annum DCCLXIV, successit, post nonnullas cum noverca difficultates, Carolus Martellus Pippini ex Alpaido filius, vidensque non prorsus sibi tutum esse sine Rege, ut pater fecerat, imperare, Neustriis Burgundionibusque legitimos adhuc ex familia Regia successores venerantibus et Chilpericum Regem agnoscendibus, anno DCCLXVII, (ut Fuldenses annales referunt) Chlotharium (utique Dagoberti filium) Regem constituit, nomine non potestate: ipsique, secundum auctorem Appendix ad Fridericium, eodem quo Rex constitutus erat anno morienti, substitut Theodoricum ut, quem nequaquam fuisse Dagoberti pueri fratrem, multoque minus filium, jam supra ex aetate in sigillo expressa indicavimus, et manifeste probat constans eatenans Francorum consuetudo, beroles defuncti proximos, quantucvis aetate minimos, attollendi in nomen regium: adversus quam non fuisse Chilpericus mortuo Dagoberto ut educti e monasterio, si qualevoli aliquai causam habuisset Theodoricus, ut prae ipso Rex nuncuparetur. Nuncupatus est autem mortuo Chilperico, totius Clodovaeanae stirpis ultimo; ut qui ex Sigebertinis descendens, proximus esset jure representationis, ob genus a primo Dagoberto Clodovaei atque Sigeberti communipatre ductum: regnum autem si non re nomine saltem tenus administravit, ab anno DCCLXIX ad DCCLXXXVII, tribus pariter dynastiis in unum conflatis imperium.

C 27 Theodoro huic filium fuisse aliquem prater Chilpericū ultinum nemo, quod sciamus, memoria tradidit posteriorum præter Iperium chronicum Berthiani auctorem MS. qui Chilpericū multo post in Regem evertum, fratrem vocat Dagoberti: cuius autem non addit. Nullius ex tribus, quos haec tenus recensimus, fratrem fuisse, res ipsa loquitur: quare cum Adonis Martyrologium, quod in Leodiensi S. Laurentii monasterio auctum, probari potest fuisse ante seculum vii conscriptum, eadem quo cetera charactere haec habeat die xxii Decemb. *Eodem die passio S. Dagoberti Regis Francarum, qui quodam die pergens venatum in sulci Wauriensi, plenus Spiritu sancto, in loco, qui dicitur Scartias, tribus militibus distante a fisco Satuanico, in quo ipso morabatur, a filio suo, nomine Joanne, x Kal. Januarii martyrizatus est, vt ab Angelis deportatus ad Solemnam sanctorum Martyrum. Haec, inquam, ibi enim leguntur, sintque ut antiquiora multo sic et fidei majoris, quam Satanaensia Acta, alibi pro commentiis rejecta; cur non merito suspicetur aliquis Theodorici filium prius genitum fuisse Dagobertum istum, in quo avi nomen reviviscere pater suus ex more fecerit, enique (licet Rex coronatus non fuerit, cum nempe jam per se*

Martin T. III.

iv in

Carolus
Martellus
Clotharium
Regem de-
clarat,

fratrem Theo-
dorici multo
post extactus
Clodoveanorum
assumpti.

ex quo natus
videtur S.
Dagobertus
Martyr,

sicut et atud
apud M. Razum
precedens

A in conventu venerabilium Episcoporum Andoeni, Anstre-
gisili, Andomari, Ehgii, Farouis atque Lamberti, nec
non illustrum Abbatum Wandregisili, Philiberti, Bur-
tini atque Stuplitionis : quorum deinde singulorum
adduntur subscriptiones. Interim constat Austregi-
silum Archiepiscopum (sic enim salserebatur, ut
alios, quam Bituricensis intelligi nequeat; quamvis
eo tempore nemo aliquis Metropolitanus Archiepi-
scopi titulo usus inventetur in subscriptionibus Con-
ciliorum) anno DCCXIV facto fonsit; Eligimus No-
viensem (eius Vitam S. Andoenus hic relatus
scripsit regnante Chilperico decessore Theodoricis)
anno DCCXXXV; Lambertum Traiectensem Stabuleti
in exilio septennali tunc vixisse, Godescalem in ejus
locum intruso, jam inde ab anno DCCXXXI. Nibili
leviora deprehenduntur vita in Abbatum, qui inter-
fuisse et subscriptisse finguntur, noninibus : nam
S. Wandregisili Fontanelensem anno DCCXXXII
excessisse ex hoc mundo, accuratestime probavimus
ix Febr. ad Vitam S. Austrerti, aequo Abbatu Fon-
tanelensis; Philibertum vero Genitucensem, exu-
lem tunc apud Episcopum Pietavensem egiisse, tes-
tantur ejus Acta ad xx Angusti illistranda, nec nisi
nono post anno redivisse; Ebroino iam extineto.
B Atque hoc, ne cuncta utrinque diplomatis vitia
scrupulosius examinentur, sufficiere possunt, ut in-
telligat Lector, neque ipsa undique fatiscentia nolis
debere opponi, neque lev oculo Regum diplomata
a nobis percurri, vel absque acri judicio assumi in
testimonium veritatis asserta.

30 Nunc ad Dagoberti nostri filias transitus
fiat. Radhildem sive Rothildem, et Regentrudem no-
minant aliqui, communis quidem errore ad Dagoberto-
rum, vel etiam ad puerum sive in delatu, quia se-
cundum ignorant: sed quas hujus fuisse oportuit,
si fuerunt alienus Dagoberti. Et hoc quidem de se-
cunda sustinet Browerus, quia ipsam Adela, max
nominanda, in suo Testamento appellat *Dulcissimam*
germanam: de prima Cœcius cap. 12, hanc esse vo-
lens illam, quam a Floricio S. Arbogasti Argento-
ratensis Episcopi successore, ut ejus Acta varia
tradunt, visu ac loquela, quibus a nativitate carnerat,
fuisse donatam legnans. Ceterum his, de quibus
nulla alia extat memoria, prætermissis, nominanda
imprimis nobis est S. Irmina: quoniam tam illustribus
argumentis probavimus esse ex n. Dagoberto progra-
mati, libro 2 saepe nominata Diatriba cap. 6 usque
ad 14, ut superfluum sit ea hic vel summatum re-
texere, cum rursus illa proferri debeant ad xxiij
C. Derembri, quo colitur; quando etiam licet expen-
dere et refutare, si quod Trevirenses objicunt contra
sententiam nostram, persuasi a Browero fuisse ex
Dagoberto i genitam. Interim dilectenter asserimus
Modestam, non Horremensem, sed Aventensem Abba-
tissam, magri longe errore dici S. Irmina: sororem:
quod ipsum ex dicti libri 2 cap. 12 prorsus cornuit,
iterumque ad ejus Vitam puteati in Novembris.

31 Ibidem pag. 127 probavimus Dagoberti nos-
tri filiam fuisse Adelam, monasterii quod Palatio-
lum dicatur, prope Treviros fundatricem. Laquet
hoc ex ejus testamento, quod condidit anno xii
Theodoricis Regis, Christi DCCXXXI. Eum, tunc tem-
poris viduum, autem ex legitimo matrimonio genuisse
Alericum, patrem S. Gregorii, ecclesie Ultrajecti-
me ab anno DCCXIV ad DCCXXV Administroris,
monasterii Angustie DCCXXV recendendi, ex ipsis Grego-
rii nepotis Vita patet: ex eademque constat plures
Gregorio fuisse fratres, partim ex prioribus patris
sue neptis, partim ex eadem matre intermos ipsorum
hi in silva a latribus occisi sunt, istorum
vero aliquis genitus debuit S. Albernum, Ultrajec-
tinae sedis defuncto Gregorio patre Episcopum usque
ad an. DCCXXIV, mortuum xiv Decembris. Altfridi

dus enim in Vita S. Lodgeri decessoris sui, cuius D
magister Gregorius fuerat, num. 16, Gregorii nepo-
tem vocat Albernum, avito utique nomine dictum, ut
licet ad xxvi Martii legere. Atque hic de Dagoberto
in posteris agendi finis sit, quando alia nulla nobis
monumenta suspetent, quibus prohemus, alias us-
piam illos nobilis hujus propaginis surculos exitisse.
Ut autem clarus patet omnia, ad Genealogiam
Regum Dagobertinorum addimus explicacionis causa
etiam Majoresdomus, in horum Regum pluribusque
Sanctorum Actis toties nominatos, ut prorsus ne-
cessaria eorum notitia sit; eorum inquam, a quibus
secundæ stirpis Reges Boxere, Mero-vingicis aldi-
catis.

32 Primus B. Pippinus de Landis fuit, de quo
sub annum DCCVI mortuo, plene actum a nobis est
xxi Februario. Successit ei in dicto munere Grimoaldus,
qui quomodo, ob Childebertum filium loco
Dagoberti in intrsum, dignitate fuerit ac vita priva-
ta, jan satis superioris insinuatum est: quae autem
exinde tempestates fauillam nobilem involuerunt,
una cum S. Ita sive Iduberga, Pippini vidua, expli-
catum habes xvii Martii, ad vitam filiæ eorum S.
Gertrudis Abbatissæ Nivellensis, anno DCLXIV mor-
to. Hujus soror S. Begga Ansigilo Dnei, filio S.
Arnulphi, upta, eadem junior multo fuit, tamdiuque
post vixit, ut post mortem sororis anno DCCXIII, Christi
DCCXVII, de construendo monasterio cogitans, Nivel-
las venerit; anno abhinc secundo, perfectis omnibus,
translata ad Dominum: quæ in S. Gertrudis Vita
num. 18 legi possunt. Interea dissipatis paullatum
nebulis, discussaque invidia, quam Grimoaldi ambitio
toti confararat familiæ; non tantum relevata illa, sed
multo quam antea magis sublimata est viribus op-
ibusque sub Pippino Herstallio, Eggie atque Ansigisi
filo: qui ab anno DCCXXXVII ad DCCXIV, titulo Major-
is-donus fulgens, apud Austrasios Neustrasiosque
summarum paullatum obtinuit potestatem. Fuit ei uxor
Plectrudi, ex eaque filii Grimoaldus atque Drogo:
sed uterque immaturo fato extinctus, hic anno DCCXVII,
iste paullo ante patrem occisus est. Supererat ex
Grimoaldo Theolaldus filius: quem substituit marito
Plectrudiavia, numquam a Pippino repudiata, sicut
cap. 2 lib. 3, in Dagobertinis ostensum est, sed ad
extremum mariti sui in publicis Actis signandis
socia Verum prævaluit tandem Carolus Martellus,
ex Alpaido pellice Pippino natus, præ imbelli vide-
licet puer vir armis strenuus: et Francorum mo-
narchian, (solo titulo minor, quam Reges, alijs ma-
jor omnibus) partim enim Rege, partim absque eo
rexit ab anno DCCXIV, defunctis DCCXLI, mense Octo-
bre: cuius nomen a turpissima nota damnationis
eterne, de qua per divinam revelationem S. Euche-
rio Episcopo Aurelianensi factam constitisse fixe-
ramus aliqui, vindicavimus xx Februario, ad Vitam
illius Saneti, § 3, 4, et 5

33 Martelli patri succedentes filii, Pippinus Bre-
vis et Carolinus, partim inter se provincias
sunt: sed hinc rerum humanarum citio pertinet, mo-
nachum Cassini in S. Benedicti monasterio induit.
Pippinum deinde Francia totius Proceres impulerunt,
ut exanatorato, qui nomine solo tunc regiabat Regis
Chilperico, regium ipse nomen susciperet: quod
anno DCCXVII factum esse diximus in Dagobertinis, et
confirmavimus, tunc ex diplomate Donationis Epten-
nacensi monasterio facte anno (ut præfertur) *Incar-
nationis Domini* DCCXVII, *Indictione* V, anno vero Domini
Pippini Regis tertio, partim ex consensu quam plu-
rimum MSS. Annalium. Sunt tamen antores
magni, qui pars antiquitatis et ponderis testibus
mixi, annum DCCXVII, primum numerant Pippini Regis.
Quare vix jam amplius dubitamus, quin varia vari-
us epocha hanc induxerat discrepantium: dum
seilicet

S. Pippinus
et Grimoaldus
Majores-donus,

tum Pippinus
Herstallius

Carolus
Martellus,

Quaque filii
quorum
Pippinus.

ANIMADA.
PAP. 3

anno 750
ter dictus;
coronatus 751;

Dagoberti 2
filias aliqui
Rothildam et
Regentrudem
faciunt:

quod est de
S. Irmana
certum;

itemque de
Act. 6.

S. Gregorii
ultrajecti
vita et avaria
S. Phoebici

A scilicet alii annos Pippini ordinuntur ab anno octo, quo titulus Regis eidem a Romano Pontifice est de-latus, quem proinde in signandis diplomatis ipse me primum annum dixit: quando scilicet legali, qui Romanus de regno consulturi erant missi anno praecedenti, reverterunt in Franciam, remittentes, quod auctoritas Apostolicajuberet Pippinum Regem esse: quamvis coronatio sua non nisi anno post sequenti, ad publica regni comitia convenientibus omnium Francorum proceris, et quidem circa finem aestatis, peracta fuisse videtur, ex auctorato prius et in monasterium retruso Childerico: id enim anno DCCL, factum esse habet antiquissimum chronicon nostrum, ab his temporibus vix ultra annum CCCLXII dictum. Hoc ergo respectu, ii, qui ex more apud Gregorium usurpat, epochas Regnum ab anno pleno ordiebantur, ipsumque annum DCCL adhuc tribulant Childerico, coepérunt annum CCCLXII nominare primum Pippini Regis, ut hoc modo duplex epocha Pippini habeatur, utraque vera, utraque antiquissimis auctoribus probata.

B 34 In his autem qui posteriorem Epocham sequi maluerunt, sicut scriptor prorsus coevis, et pauci post rem gestam annis ea narrans, quorum ipse potuit ex parte testis oculatus fuisse, utpote apud S. Dionysium monachos, ubi Pippinus iterato inunctus ac coronatus est una cum filio a Bonifacio Papa, postquam tribus annis regnarat. Factam autem esse hanc coronationem et inunctionem anno Christi CCCLV omnes consentiunt: sed anno iam ad xxvii Julii proiecto: quare idem monachus, qui annum DCCL primum numeraverat Pipini, annum DCCLV primum numerat filiorum, eundem utrobius rationem servans. Dictum porro testimonium invenerimus in codice perquam antiquo, qui apud nos est, ipsius illius monachi propria manu et conspicio admodum charactere ex iratus in memoriam, continens S. Gregorii Turonensis librum de Vitis Patrum alterumque de Gloria Confessorum: quem collicem a Collegio nostro Molsheniensi aliorum librorum permutatione redemimus, curante eam rem P. Petro Riehart, sacrae Theologie ibidem Professore. In hor autem codice et in penultimo folio ante Vitas quasdam Sanctorum dictis Ebris demide sub junetas (istic ubi finit liber de Gloria Confessorum, in prima columna versae paginae panoramic linearum spatium occupans) leguntur sequentia tam in reliqua parte dictae columnae, tum in columna altera ac deinde in prima ultimi folii parte, eodem charactere et atramento, quo toti praecedentes libri ac subsequentes eodem in codice Vitæ.

C 35 Si nosse vis, Lector, quibus hic libellus temporibus videatur esse eius scriptus, et ad sacrorum Martyrum pretiosum editus uidem: invicem unanum Incarnatione Domini septuagesimo seruagessimo septimo, temporibus felicissimi atque tranquillissimi et Catholici Pippini, Regis Francorum et Patrii Romanorum, filii beatæ memorie quandam Caroli Princeps: anno felicissimi Regni ejus, in Dei nomine, sexto decimo, indictione quinta: et filiorum eius euangelique Regum Francorum Caroli et Carlomaniani (qui per manus sancte recordationis viri beatissimi Domini Stephanus Papae, unus cum praedicto patre Dominus vita gloriosissimus Pippinus Rex, sacra chrismate, divina providentia et Sanctorum Petri et Pauli intercessionibus consecrati sunt) anno tertio decimo. Nam ipse predictus Dominus florentissimus Pippinus, Rer. pns, pecuniorum et Imperium sancte recordationis Domini Zacharia Papae et auctionem sancti christiatis, per manus beatarum Sacerdotiarum Gallicarum et electionem omnium Francorum, tribus a nis ante in regni soho sublimatus est. Postea per manus eiusdem Stephanus Pontificis, die uno in beatorum praedictorum Martyrum Dionysii, Rustici, et Eleutherii

ecclisia (ubi et venerabilis vir Radus Archipresbyter D et Abbas esse cognoscitur) in Regem et Patrium, una cum predictis filiis Carolo et Carlomanio in nomine sanctæ Trinitatis auctus et benedictus est. In ipsa nomine hec etiam Martyrum ecclisia, uno eodemque die, nobissimum atque deotissimum et sanctis Martyribus derotissima auctoritate Bertrado, iam dicti floreutissimi Regis coniugem, predictus venerabilis Pontifex regalibus induitum cyclophilus gratia septiformis Spiritus benedit: simulque Francorum Principes hereditatione et Spiritus sanctificatio confirmavit, et tali omnes interdictu et excommunicationis lege cautelestrinat ut numquam de alterius turbis Regem in aere presumant eligere, sed ex ipsis: quos et divina pietas exaltare dignata est, et sanctorum Apostolorum intercessione unibus per manus Vicarii ipsorum beatissimi Pontificis confirmare et consecrare dispasunt. Hoc ideo caritati vestri breviter in maxima pagina libelli inseruimus hujus, ut per sucedentium temporum et vulgi relatione propago in aero valeat cognoscere posterorum.

unctus sit
cum filio a
Stephano
pot in
ecclesiæ S.
Dionysi.

sic tamen ut
annus 732
deatur regni
rhus probus

apud auctorem
coeum
uonachum in
S. Dionysii,

post libros
quasi S.
Gregorii
Turon

scribentem
anno 767,

quo ab
Pippinus Rex
dictus u
Zacharia
Papa

APPENDIX APOLOGETICA

pro Diatriba de tribus Dagobertis Francorum
Regibus.

E

H actenus Genealogie Regie ordinem ac chronotaxim paraveram prelo, tacito ferme ubique Hadriani Valesii nomine, ne immodestæ illius ad tonum 2 Regum Francicarum prefationi cogerer respondere. Cum enim suspicionem abreptum se scripisse istam ipsi Diatribæ Dagobertine auctori esset confessus, velle autem de cetero amicitiam colere cum hominibus, quos non ineruptos cognovisset; non existimabam retractandam esse injuria semel condonata memoriam. Videbam etiam neque magnam ejus apud eruditos Francoæ auctoratem esse, neque ab ullo credita fuisse que scripserat; ut sine magno dispendio veritatis vel dissimilari posset res tota, vel expectari ab ipsismet calamo reparatio noxae. Sane cum intellixi, proxima postquam Parisus discesseramus anno, vulgatum ab eo libellum fuisse, cui heus aliquis ex S. Menomii Vita, Dagoberti n regnum confirmans, sulmecteretur: omnino existimavi hanc fuisse captatam occasionem ad obliterandam insigni aliqua auctoris lesi commendatione notam, eidem prius sine fundamento impositam: quid enim ad Berengarii laches vel Adalberonis carmen, que isto tractabantur libello, facere poterat Dagobertos; nisi ut vel hoc, quod sperabam, fieret; vel ex multis erroribus, quos ei relexisse poterat Diatriba sedatis lecta, aliqui retractarentur?

Valesius
autelac erga
auctorem
Diatribæ
minus exquis

dum lasam
iustæ famam
pudaret
repurpureus,

S. Gregorii ordinatio, MS. Tamlaetense. Atiu silviro aliorum, non liquet, quis istius nominis Sanctus intellectuatur. <i>Gregorii Magni ordinatio inscripta est Martyrologio Romano in Septembris. de eo egimus</i>	xii Martii.
Lucania, <i>Beda excusus. Ex his Lucania videtur</i>	
Ingenius, <i>Lucianus esse, nisi Lucania pro</i>	
Rogata, <i>Campania sumatur, ut fecit Rubinus,</i>	
Timotheus, <i>et Ingenius, atius Ingenua, et cum Rogata aliisque referuntur in Campania passi, uti Timotheus cum aliis in Mauritania, de quibus actum est</i>	xviii Martii.
Aprilis, <i>in scripti MS. Tamlaetensi. Sunt Martyres Servulus,</i> res Nicomedenses, &c. <i>et cuncti xviii Mart.</i>	
S. Alexander Episcop. <i>Martyr inscriptus est Breviariorum MS. Ejus Acta dudum et ultra Catalogo MS.</i>	xviii Martii.
Auxilius,	MS. Tamlaetense
Collectivus,	antiquum in Hispania, Sunt hi
Dionysius,	Martyres Ale-
Januarius,	xandrini, et mu-
Vago.	tatis nonnulli no-
Victorius,	minibus, uti di-
Nunetus,	xxi Martii.
Sumforus,	
Rogatus,	
alii xxvi.	
S. Cyrilus post S. Josephum sponsum Deipara, inscriptus est MS. <i>Martyrol. S. Maximini patro. I' dictar esse Cyrilus Episcopus Hierosolymitanus, de quo egimus</i>	xviii Martii.
Martyres plurimi Roms. <i>Florarium MS. De plurimi- tibus Martyribus, sed sive in Africa passis, hoc die agimus.</i>	
Theodosius Episcopus Cæsarea, in Cappadocia referitur in variis MSS. sub nomine Usurpuli auctis, in MSS. <i>Martyrol. S. Cyriaci et alii. Est is Theodosius Presbyter a nobis hor die rebatus rum Theodo- rius Episcopo, sed aibi passo. Abluntur huius vicis, qui ad Martyres Afros spectant.</i>	
Theodosius Episcopus Heraclio memoratur a Ferrario, citato Menologio Graecorum, quem in nullo Menologio reprimimus.	
Theodosius Archiepiscopus inscriptus est Menologio Seconio Dempstieri, citato Molano, qui de Presbytero Martyre Cæsarea agit.	
Leontius, <i>Episcopi Vicentini et Confessores.</i>	
Apollonius, <i>Barbaranus in Historia Vicentina, occidente assumpta quod legatur in Martyrol. Ro-</i>	

S. Clemundus Mart. Darbiæ et Salopiæ in Ang.
 B. Andreas de Galleranis Senis in Hetruria.
 B. Joannes Parinensis, Minister Generalis viii
 Ordinis Minorum, Camerini in Umbria.
 B. Sibyllina Papiensis, Soror de Pœnitentia
 S. Dominicæ, Ticini in Lombardia.
 B. Marcus S. Marie in Gallo Ordinis Minorum
 de Observantia, Ticitu in Italia.

mann. Leontius, etiam Catalogo Generali Sanctorum Ferrariorum inscriptus est, et Apollonius Catalogo Episcoporum Ficentiorum apud Ughellum: quid dubitat, num in rerum natura existere alii Leontius Confessor, Infras ad SS. Theodorum Episcopum, Gaium et socios haec late referimus.

Leontius. { Episcopi Brachatevenses in Lusitania,
Apollonius. { Martyr. Hispaniensem et Lusitanum,
cum, idque ob Chronica Juliani et Maximi, Reliquia
infra lectori videbunt

Leontius Episcopus Apolloniensis, Equitinus et Galesinus.
Pro quo S. Apolloniū habent alii: de utroque infra agimus.

Joannes Episcopus adjunctus Leontio et Apollonio in
Martyrol. MS. Ecclesiae Bruxellensis. Intra arbitramur aut Joannem Pennariensem esse, perperam
Episcopum appellatum, aut ejus locu substituendum
Theodorum.

Sorentus Martyr ressortor cum aliis in tribus codicibus
Martyrologii S. Hieronymi, et in aliis tribus MSS.
pro quo etiam Sorentinus et Orientinus in aliis
MSS. leguntur. Hujus loco apud alios Surrenti legi-
tur et urbs asseritor Italiz, ut infra ad SS. Quintum,
Quintillium et socios d' enim. Hermannus Greven
propter Surrentum urbem, sorsim S. Sorentum up-
panit.

Mansuetus Episcopus Britannorum subscriptus Concilio Turonico i sub finem anni 461 habita, quando Anglo Saxonis invaserunt partes maritimas Brutaniæ et regione Gallicana: ut videatur abquis Episcopus isti ad limibus praepositus, tunc exul, invitatus fuisse ad suum sensum in Convictu indecomum. Quia tamen nulli Sacra signataur Thomas Dempsterus cum Scotis attributus, assertus Episcopum in Argadie fuisse, ut ab hinc diea Menobium Sancto inscripsit. Cum Dempstero Ferrarius cum etiam ritulit: sed ibi cum sentisse magis probare deberet, ut eum habere reverentissimam Ecclesiasticam, et hac die.

S. Auxilius, whom ex Actis Patrum eius notum, qui cum Isserano socius Patre suo Roma venit, cum eodemque nominatur apud Spelmanum in Concilio Britannicus, ubi Hibernicas Synodi Acta sol. 52 legitur sub hoc titulo : Incepit Synodus Episcoporum, id est, Patrum, Auxili, Isserni Credit ille circa annum 456 cum habitum esse : Colganus etiam ante 447 autumnam, quod non anno mortuus legatur Seruidinis, non praeire mundus si vixisset, cum etiam ipsam legatum Apostolicum fuisse credit. Sed hoc Annales Hibernici solum ac Auxilio et Isserano dicunt : in morte unum Secundum quam longe aberrant a vero ostendimus in Prologomenis, Patricianus : non enim ante annum circulax obiit. Hunc diem Auxilio Hibernica duo Martyrologia asseverant : de Isserano taceant. Mellia de Cluin-Hi (nam nobis ignoti sunt quam Mochua de Aris-nai) Ecclesiis a quibus cognominantur : permutum Colganus Cluin-aoi nominat viii Febr, ad Acta S. Meldani, ubi Mellam hor die collocavit, ea Martyrologio patrum scilicet : hoc tamquam

- ut alias alios plures, præterit innomia-
tum
- Rixa Regina cum titulo Beatae inseritur Catalogo
Sanctorum a Ferraria, perperum Canisimū cituate
pro Molano; cui et Cratepolio ritum ereditum fuisse
Hungariorē Reginam, quæ Polonia fuit, Miciſtai
nux, mater Casimiri, Regum. Corpus quod ipsa in
Brawleriano monasterio, a majoribus suis Rheni
Palutiniſ fudato, iuxta Otonem Fratrem Suevorum
Dacem sepietendum mandarot, S. Anna Colonensis
Archiepiscopus in eccles. a S. Maria ad gradus se-
petrī in tumulo elevato, in quo, ut et ad columnum
tumulo propinquam, ipsius Richeze Reginæ
(sic enim adscribitur) et frater Hermanni, item Ar-
chiepiscopi Colonensis, imagines cum diademate de-
pictæ visuntur, ut Sancti solent: quin etiam in una
fenestrarum chori, inter duos ejusdem ecclesiæ tute-
lares, SS. Annensem et Agilolphum ipsa collocatur
media cum hac inscriptione, Sancta Richeza. Lau-
datur sane a pietate et munificentia erga ecclesiæ:
sed qui ejus historiam et vindicias scripsit Egidius
Gelenius, nullum uspīm inventum mentionem miricu-
lorum ante vel post mortem patratorum, quæ ei
Sanctæ vel Beatae titulum omnibus antiquis ignotum
conciliaverunt. Imo, corpus ejus non fuisse a S. An-
none concupitum et Canonice Coloniensibus traditum
ut religiose venerandum; sed ut cum illo ipsis accede-
ret dominium prædicti seu pagi Cloteneensis, colligitur
ex līte quæ mox, de illo patris quam de corpore,
exorsit inter monachos et Canonicos, anno denū
1090 sopita: cum ipsa mortua esset anno 1057 vel
1063 xii aut ix Calendas Aprilis, prout plumbea ta-
bella capiti ejus supposita et Vita S. Wolfhelmi
Abbatis Brawlerensis variant: unu qui xiii Calen-
das cum Molano inveniunt haec tenus nemo fuit: quod
autem addit corpus patere in magnis festis: ipse
Gelenius, cui singulare præstige concessum ossa ipsa
inspicere, testatur non aliter intelligentum, quam
quod talibus dictibus alio soleret inferri opeculum lig-
num, tumulum invincibilis cooperiens.
- Clemens Episcopus Damblanensis, qui a S. Dominico
reste Putrum Prædicatorum induitus, Orlinem illum
in Scotium induxit: celebratur: cum titulo Sancti
a Cœmario Menologio Sevico. Non meminit ejus
Dempsterius, neque Patres Prædicatores tolem ut
Sanctum celebrant.
- Emebertus monachus Claravallensis memoratur in
Menologis Chrysostomi Henriquez et Bucelini cum
titulo Beati, qui solum a Saussain inter Pias
memoria viros collocatur.
- Hugo de S. Caro, e familia Dominicana Cardinalis,
vir doctrina et sanctitate ritæ eximiens, hor die anno
1260 Lugduni mortuus est: quem etiam Fisen
Floribus Leodiensiſ inscripsit, nullo tamen Sunti
aut Beati addito titulo, a Saussain dicitur Hugo de
S. Theodorico, et inter Pias refertur.
- Abundus monachus Villarii in Brabantia magna cum
opinione sanctitatis vixit, in extosim corpore ruptus, et
spiritu prophetica clorus, ritum mortalem exiit anno
1234. Ejus gesta habemus in MS. Chronicæ Villa-
rensi, et inde collegerunt Fisen in Floribus Ecclesiæ
Leodiensiſ. Russus in Aucterio ad Molanum, Dor-
gnanus, Chrysostomus Henriquez et Bucelini, qui
Beati titulo honorant. Inter Pias collinet Saussains.
Si aliqua illi fuisset veneratio Ecclesiastica collata,
non situisset Molanus, qui in vicinio vixit, et ne quidem
in Chronicæ Sanctorum Belgii recapitulatione
cap. 27, ubi illustriores sanctitate viros seculi xii
indicat, ejus meminit.
- Franciscus a Galisteo singulari austerioris vita exem-
pto in Castella floruit circa an. 1550: non tamen
solus Franciscani Martyrologii auctoritate inter
Beatos referendus.
- S. Alexandra,
S. Claudia,
S. Euphrasia,
S. Matrona,
S. Julianæ,
S. Eupheria,
S. Theodosia,
S. Derphuta,
et huius soror.
- Martyres Ami-
si in Paphla-
gonia memo-
rantur in
Menologio
apud Cani-
simū, et in
Martyrolog.
Gallie edito
Leodii. In Martyrol. Rom. cum Menaxis et aliis
xx Mart.
- SS. Patronum a Saracenis in Laura S. Sabiae occiso-
rum memoria celebratur in Menologio Basili Imper.
et Menaxis MSS. ab aliis
xx Martii.
- S. Martinus Episcopus Dumiensis longo encomo ce-
lebratur in Menologio Benedictino Bucelini. Vitam
damus
xx Martii.
- B. Ambrosius Sansedonius Ord. Prædicatorum Fus-
tis Agrippinensis Gelenii adscriptus est loco diei
sequentis
xx Martii.
- S. Thomas Patriarcha Constantinopolitanus inscriptus
est MSS. Meuaxis bibliotheca Ambrosianæ. De eo
agenimus
xx Martii.
- Theodosius Episcopus Antiochiae in Florario MS.
sed hic est aut ille qui infra relatus cum aliis Marti-
ribus, aut Theodosius, aliis Theodulus Presbyter
Antiochiae (nam Episcopus talis non reperitur) et
colitur
xxiiii Martii.
- S. Secundus Martyr Astæ refertur a Galesini. Vitam
dabimus
xxx Martii.
- Alethæ ad Claram-Vallem translatio refertur in Cu-
lendario Cisterciensi, Diviōne anno 1617 excuso.
Est hæc mater S. Bernardi, cuius translatio memo-
ratur a Saussain 19 Aprilis: at migratio ex hac vita
iv Aprilis.
- SS. Hugonis et Aycadri reliquiarum Translatio apud
Gemmeticum inscripta est MS. Martyrologio ejus-
dem in Normannia. Eccl. his Hugo Archiepiscopus
Rotomagensis colitur ix Aprilis et Aycadrus, sive
Aicardus Abbas Gemmeticensis
xv Septemb.
- S. Calocerus Martyr Brixianæ a SS. Faustino et Jo-
vita ad Christum conversus, hoc die memoratur ab
Usuardo, Bellino, Molano, Maurolyco, Galesino, et
in pluribus MSS. Ast colitur in Ecclesia Brixianæ,
et inscriptus est Martyrol. Rom.
xviii Aprilis.
- Leontius Episcopus Senonensis inscriptus MS. Fla-
rario Sanctorum, ex jam supra dicta occasione. Est
S. Leo, alius Leoninus, Episcopus Senonensis, et
colitur
xxii Aprilis.
- S. Landradæ Virginis elevatio refertur infra in Actis
S. Landouldi: occasione cuius menorni ejus, eleva-
tio en Transtatio jam dicta, inscribitur in Menologis
potissimum Benedictini. Hubet peculiarem cultum
viii Julii.
- S. Mariæ Magdalena Translatio apud Vizeliacum
monasterium celebratur a Bellino, Maurolyco, Ga-
lesino, Ferrario, Witsfordo, Molano, et refertur in
variis MSS. etiam Usuardi monasteri S. Germani
de Pratis: de ea agenimus
xxii Julii.
- S. Remaclus ex Episcopo monachus, memoratur a
Witsfordo in Martyrol. Angelice edito. Fuit is Epis-
copus Trajectensis et colitur
iii Septemb.
- S. Chrysanthus, { Martyres celebrem venerationem
S. Daria uxor, { habent opidum Græcos in magnis
Menaxis, Menologio, Anthologio et apud Marium
Cytheram: apud Latinos vero
xxv Octobris.
- Ida Spanheimensis Comitissa anno 1190 monialis
facta, a Trithemio laudatur in chron. Hirsang. Arn-
oldus Wion eam cum Jutta S. Elisabetha pedissequa
confundens, occasionem Arturo dedit ipsam hoc die
referendi: qui priori errori alteram æque falsam
suspicionem junxit: quasi ipsa esset quæ ab eodem
Wione 22 Decembris refertur ex prædicto Trithe-
mio;

mio; sed hunc si insperasset, legisset S. Juttam Comitis Spaueinensis sororem mortuam esse an. 1136. Plura de Comitissa ad diem quo soror ejus S. Margareta colitur xxix Octob. S. Modesta Virgo apul Trevirim. Ita Additiones MSS. ad Greven. Colitur iv Novemb. Jutta sive Guda S. Elizabetha Thuringiae pedissequa obiit hoc die an. 1252, et multis signis tam in vita quam post mortem claruisse perhibetur, inquit in Chronico Hirsauensi Trithemius, et sanctae Virginis titulo eam ornat: quam proptereum Bratis accuset

Arturus in suo Martyrologio et Gyuecœo: de cugis cultu speciali quia nihilnum cognovimus, expectandus est dies quo Domina ipsius colitur xix Novembris. S. Diodorus Presbyter, {Martyres memorantur a S. Marianus Diaconus, | Græcis in Menaxis: a Latinis i Decemb. S. Claudius | conjuges | Martyres celebrantur a Græcis in Menologio et Max. S. Hilaria | filii | nects, et ipsi conjuges etiam a Galesiis. A Latinis cum Martyrologio Romano iii Decemb.

D. P.

DE SANCTO JOSEPHO SPONSO DEIPARÆ VIRGINIS

Commentarius historicus.

§ I. Acta vitæ ex Evangelistis Matthæo et Luca: et honorum tituli in his fundati.

ANTE AN. IIII
XIX MART.Joseph vir
Mariaprohibetur a
Spiritu S.
gravidam
dimittere:cum ea In
Bethleem abiit,ubi natus Jesus
adoratus a
pastoribus:presentatur in
templo.

B Gorgonius Sororis sui maritum uno verbo abunde et descriptum n se et laudatum creditit Nazianzenus Gregorius, dicendo quod fuerit vir IESUS: nec enim scio, inquit, quid amplius licere necesse sit. Similiter et Evangelista Matthæus omnes omnino, quæ dicta aut cogitari possunt, hunc in sanctissimum Josephum videtur congressisse, cum dixit VIRUM MARLE de qua uidelicet natus est Jesus, qui vocatur Christus. Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenienter, inventa est in uero habens de Spiritu sancto. Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere; voluit occulte dimittere eam. Illic autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparet in somnis ei dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum... Exurgens autem Joseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, et accepit conjugem suam: et non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum; et vocavit nomen ejus Jesum. Factum est autem in diebus illis, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis... et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Joseph a Galilæa, de civitate Nazareth, in Iudeam civitatem David, quæ vocatur Bethleem: eo quod esset de domo et familia David ut profiteretur cum Maria, desponsata sibi uxore, prægnante. Factum est autem cum essent illi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum invulvavit, et reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio... Mor autem de nato Messia admontati pastores, qui erant in eadern regione vigilantes et custodiientes vigilias noctis super gregem suum... ut discesserunt ab eis Angeli in celum... venerunt festinantes, et invenerunt Mariam et Joseph et infante possum in præsepio.

2 Posquam vero impleti sunt dies purgationis ejus Maria videlicet, secundum legem Mysi tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Dominum vocabitur: et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turram aut duos pullos columbarum... Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, ipse (Simeon) acceptum eum in ulnas suas, et benedixit Deum. Et erat pater ejus et mater mirantes super

bis, quæ dicebantur de illo: et benedixit illis Simeon... Et, ut perficerunt ovmnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth. Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Iuda in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est, qui natus est Rex Judeorum?... Audiens autem Herodes Rex turbatus est, et congregans omnes Principes Sacerdotum et Scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt illi, In Bethlehem Iudæa... Tunc Herodes, elam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite et interrogate diligenter de puer, et cum inveneritis renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent Regem, abiérunt; et ecce stella quam viderant in Oriente antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer... et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus: et procidentes adoraverunt eum...

3 Qui cum abissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Josephi, dicens: Surge et accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi: futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus noctu, et secessit in Ægyptum. Tunc Herodes, videns quia illusus esset a Magis, iratus est valde, et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem et in omnibus finiis ejus, a binatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis... Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægyptum, dicens: Surge et accipe puerum et matrem ejus, et vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quererant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus, et venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illo ire: et admonitus in somnis secessit in partes Galilæa: et veniens habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia, et gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem in die solemnis Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Jerosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem; et non cognoverunt parentes ejus. Existimantes autem illum esse in comitatibus, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos, et notos: et non invenientes, regressi sunt in Jerusalem requirentes eum. Et factum est post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audiētatem illos et interrogantem eos... Et videntes illum admiri-

adoratura
Magismetu Herodis
transfertur in
Ægyptum,F
reducitur in
Nazareth,amittitur in
templo,inter doctores
juvenitur a
Josepho.

rati

A rati sunt, et dixit mater ejus ad illum : Fili, quid fecisti nobis sic ? Ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos : Quid est quod me querebatis? nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse ? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis.

4 Hactenus S. Josaphi Acta, ipsius Evangelistarum Matthæi et Lucæ verbis expositi: quæ expendens Magister Petrus de Juliano (iuno de Aillyaco) Episcopus Cameracensis creatas anno MCCCCXCVIII et sequentis seculi anno XI Cardinalito honore auctus, mortuus autem anno MCCCCXVI secundum Povillonium, at secundum Parisiense Necrologium apud Sanuarthanos MCCCCXXV; sumpto themate ex viii capitulo Esther, Illoc honore dignus est quem Rex voluerit honorare, ponit duodecim honores Josephi Sancti, veri Mardochœi, tamquam duodecim stellas in ejus corona regali. Ita MS. Ultrajectinum, de quo infra, post Legendam S. Josaphi. Extat hic sermo sive tractatus inter opera ejus anno 1490 Argentinæ edita : ex quo ipsos duodecim honorum titulos, omissois digressionibus et explicacione fusiōri, verbotenus accepit dicti MS. ad usum Collegiatæ Ecclesiæ S. Salvatoris compilator, eodemque iisdem verbis eadem compendui brevitarium Carmeliticus Ordo in suum recepit. Breviarium per novem lectiones hoc, qui sequitur, modo distributos. Si colligimus in unum quæ sparsim de S. Joseph Evangelica Scriptura commemorat, invenimus eum profecto magnis laudum præconiis commendatum : propter quæ sancta Mater Ecclesia festivis gaudiis merito duodecim ejus honores recitat. Namque primo ex nobilissima et regia stirpe propagatur, testante Evangelista, qui librum Jesu Christi filii David ab Abraham inchoavit, terminat quod Jacob genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Secundo Mariae Virginis Matris et Jesu ejus filii verus consanguineus appellatur : quia omnes ex semine David nasci, testimonio Scripturæ comprobatur. Nam missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomenerat Joseph, de domo David quod non tantum ad Joseph refertur, sed etiam ad Virginem ei desponsatam. Ad honorem cedit S. Joseph tertium, quod saeratissimæ Virginis matri Dei matrimonialiter desponsatur: prout Sancti Evangelistæ frequenter commemorant, desponsatam Virginem viro, cui nomen erat Joseph, et Joseph virum Mariam. Non virili more carnaliter copulatus, sed virtuoso aniore sacramentaliter junctus. Sed quarus honor ei datur, dum Virginitatis decoratur titulo. Sane

C desponsata erat Maria Joseph quando missus est ad eam Gabriel; qui cum dixisset : Ecce concipies et paries filium, respondeisse legitur : Quomodo fieri istud quoniam virum non cognoscet, id est, nunquam cognoscere propono. Sponsa igitur erat et Virgo, et consentiente sponso perpetuae virginitatis propositum observabat. Honoratur quinto B. Joseph, dum non solum ad Virginis Matris, sed etiam ad ejus Filii obsequia singulariter deputatur: nam ultra generales caussas ejus desponsationis, quedam speciales a Sanctis dicuntur : videlicet, ut diabolo Virginis partus celaretur, ut Joseph ejus tesis castitatis esset, defendens eam ab infamia suspicionis, ne ut adultera juxta legem damnaretur: postremo ut ab ipso mater eum filio sustentaretur et ejus foveretur obsequio.

3 Honor sextus est, quod ei tanquam secretario colesti secretum Incarnationis mysterium a Deo per Angelum revelatur, apparentem in somnis ac dicente tridantini : Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod euina in ea natum est, de Spiritu sancto est : non humano sed divino opere, non virili semine sed mystico Spiritu

sancti spiramine incarnatum est. Nec ei solum D Incarnationis mysterium; sed etiam per eum humanae salutis mysterium Angelus intimavit. Et pariet, inquit filium et vocabis nomen ejus Jesum ; causam nominis subjungens : Ipse enim salvum faciet populum a peccatis eorum. Septimus S. Josephi honor est quod justus Evangelico testimonio comprobatur : Joseph, inquit, vir ejus cum esset justus : hoc est cum esset fide, spe et caritate et omnium bonorum morum et coneturum virtutum honestate probatus : nam in Scripturis sub justitia nomine virtutæ vitae sanctitas generaliter accipitur. Quare Joseph etiam justus, quia fide justificatus, sicut pater ejus Abram. Credidit Abram Deo et reputatum est ei ad justitiam : Credidit et Joseph quod Messias nascetur non ex virili semine, sed ex mystico spiramine, et de foemia Virgine ex semine David : qua fide justificatus vere justus est vocatus. Ejus octavum honorem testatur Evangelium, quia hoc nomen Jesus a Deo aeternaliter impositum, ab Angelo temporaliter revelatum, ab ipso S. Joseph hominibus solenniter praedicatur : Vocabis nomen ejus Jesum : quod factum non ambigimus : Postquam consummari sunt dies octo ut circumcidetur puer, vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, antequam in utero conciperetur.

6 Septimus Lectionis loco indicatur Evangelium; Cum esset despousata mater Iesu etc. ut in Vigilia Nativitatis Domini. Nonus honor justi Joseph atten-

LECT. VII
LECT. VIII

particeps
mysteriorum,

ditur ex hoc quod illo praesente multa magna nostræ fidei mysteria declarantur. Praesens erat dum Christus nasceretur; et dum a pastoribus mira de ipso dicebantur : nam, ut Evangelista Lucas refert, invenitur Mariam et Joseph et infantem positum in praesepio : et mirati sunt de his quæ dicta sunt a pastoribus ad illos. Praesens erat dum Christus circumcidetur, et sanguinis innocentis primitæ fundebantur : et tunc propter nos Christi passio, et propter Christum Josephi compassio inchoabatur. Praesens erat quando a Magis adorabatur : præsens erat dum Christus conferebatur in templo, quando ipse cum Maria tulerunt Jesum in Hierusalem ut sisserent eum Dominum. Sed et honor Joseph decimus fuit, quod non solum veterum sed novorum Prophetarum oraculis de his edictus est que in Christo erant venturi : nam Simeon senex benedixit eis, et prophetans de Christi passione, dixit ad Mariam matrem ejus : Tuam ipsius animam pertransibit gladius, id est, passio illius. S. Josephi honor undecimus est, quod non solum propheticæ allocutione, sed etiam Angelica sape et familiariter consolatur. Quater ex revelatione Angelica audivimus verba consolationis Angelicæ suis insonuisse auribus. Primo cum de imprægnatione uteri virginalis hesitaret, ait ei Angelus : Joseph, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Demum cum Herodis persecutio imminentet, apparuit ei Angelus in somnis dicens : Joseph, accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Agyptum: futurum est euim ut Herodes querat puerum ad perendum eum. Et mortuo Herode, rursus apparuit ei Angelus et dixit : Exurge, et accipe puerum et matrem ejus, et vade in terram Israel. Postmodum cum venisset in Israel timuit Arechelaum regnante pro patre : et tunc admonitus ab Angelo secessit in partes Galileæ. Duodecimus honor B. Josephi est, quod non solum Dei mater, cœlorum Regina ac Domina Angelorum : sed et Dei Filius, Rex Regum, cui omne genu flectitur cœlestium, terrestrium et infernum, ei fuisse subditus, sacra Scriptura et Evangelica historia testantur. Nam de Matre Dei quis dubitat, cum vir sit caput mulieris, sponsaque sublita sposo et sub po-

proprietatum
consensu
meritis;

LECT. IX
quoque
angelicis
signatus
alloquus;

Mariam et
Iesum sibi
subditos
habucrit

*Ex dictis
exsursum 12
tituli honorum
S. Josephi.*

*expositio a
Perto de
Aillyaco :*

*quod surpe
nobilitas,*

*Jesu et Marie
consanguineus,*

*LECT. II
Desparz
conjugi,*

*similis et
virgo;*

*LECT. III
quod matris
et filii
deputatus
obsequus,*

*LECT. IV
arcanorum
celestium
secretarius,*

DE SANCTO JOSEPHO

A testate ejus existat? De filio quoque adstruit Evangelista quod erat subditus illis. Quibus illis? utique Mariæ et Joseph. O mira et stupenda novitas! o mira et miranda humilitas! subditur servo dominus, humiliatur homini Deus.

7 Qui omnes S. Josephi honores cum fructus fuerint virginalis conjugi, merito Carmelitanus ei Ordo upplaudens, haec in primis Vesperis ad Magnificat antiphonam gratulatoriam occunt:

Felix matrimonium, fide, sacramento,
Neque prole vacuum, sed flore retento:
Vice-pater, Virgo parens, hic et illa labe carens,
Cum bonore virginali cura sibi conjugali
Mutuo-subserviunt, et dulcem enutriunt
Pari voto filium:
Quorum ministerio, latens in mysterio,
Decepturus iniunximus, verum Deus et antiquum
Perfecit consilium.

Hoc ibi postquam ipsius S. Josephi laudes suarissimo hymno in iisdem Vesperis exposita fuerant, quem nos quoque hymnum ad usum solutumque eorum, qui virginario sposo pue devoti sunt, duximus adnectendum, et est talis:

B. Collandemus toto corde Dei sapientiam,
Virgini qui junxit sorte Joseph diligentiam,
Qui nascentis sine sorde aletet infansata.
Quem inviolate matris peperit integratis,
Ipsum putat patris aluit virginitas:
Hostibus celatur atris hac arte Iuvinitas.
Joseph portat, Joseph tractat, Joseph inulectosculis;
Dum Herodes parvus mactat artubis minusculis,
Joseph hunc, quem virgo lactat, subtrahit periculis.

Puer in Aegyptum ductus Josephi ministerio,
Ab eodem post reductus Patris est imperio:
Maturescit: eccli fructus sit, et in mysterio.
Gloria sunomo Parenti, laus aequalis Genito,
Ab utroque procedenti per deum Paracrito
Qui nos salvet propotenti Sancti Josephi merito.
Amen.

8 Porro ut omnia, quæ sunt ex Evangelio in principio deducta, certissima sunt, ita et quæ subjunxitur et Sillyaco in consono extra unum falsitatis suspiciuntur manent. contra vero inertissima prorsus astenari debet, quæcumque præter jam data habent nonnulli ex apocryphis quibusdam Orientalium scriptis. Talia autem si Sanctorum Patrum aliqui nisi sunt non omnino rejiciere, non propterne fuerint huc transcribenda, maxime cum Evangelico textu non usquequoque sunt euiformia. Quale est illud de S. Josephi virga præ ceterorum omnium cognitorum virgis, instar Aaronis illius, fronde; qua prodigio cognoverunt. Sacer-

C doles templi, Virginis Beatisimæ conjugio ipsum esse præ omnibus divitiis destinatum. Neque beatissima Virgo Maria ab Isaia Prophetæ describitur sub figura Virgæ de radice Jesse egredientis, quo misitato prodigo fecunditatem jungens virginatot, mirabiliter floruit: qua eadem cum matrimonii lege in ius possessionemque Josephi transisset, data est occasio locutu- nem figuratum quasi pro refusa occipiente, et arduam virgam tribuendi Josepho, que diuina Spiritus sancti virtute viruerit. Fisum etiam aliquibus est simili ali- quo signo opus fuisse, ut alienus a nuptiis carnalibus Josephus uerem sibi vellit asciscere. Sed nos infra ostensuri sumus divina dispensatione factum fuisse, ut salva legis observantia neutri lievet subtersuere matrimonium, adeoque nullum hic vel sorti vel litteræ Virginis aut Sacerdotum affinavit electioni locum fuisse. Quot vero annis post reportum reductumque e templo

Jesum duodenem, Joseph supererit, ne probabili quidem conjectura dici precise potest: nisi quod pro- ptemodum certum sit, et a plerisque habatur indub- tatum, prius mortuum esse quam se mundo manifestare Jesus inciperet: cum usquam illius amplius Evangelistæ

meminerunt et Nazari de Christi doctrina mirabundi dicentesque: Nonne hic est faber filius Mariae, frater Jacobi et Joseph et Iuda et Simonis? nonne et So- rores ejus hic nobiscum sunt? patrem Josephum, si vixisset, non fuissent preterituri: et alibi virussum ma- ter ac fratres, nunquam pater meminatur. Neque vero conveniebat, ut qui operibus tam admirandis Dei se filium probaturos erat, ejus et lege et nomine poter sub hominum oculis versaretur.

Mar. 8. 3

§ II. Cultus et festum S. Josephi inter Graecos et alias Orientis Ecclesias.

Eadem causa, quæ potuit motisse Deum, ut, ante- quam Filium suum mundo et Iudeis manifestaret, putatorem illius patrem Josephum tolleret ex hac vita; videtur etiam inter plures alios posse allegari, ob quam D. Josephi, non æque ac Virginiis Diiparæ cultus, una cum Christiana fide fuerit toto orbe propagatus per Apostolos; vel saltem ab Apostolorum successoribus æque ne Sanctorum Martyrum, institutus. Nempe periculoso videbatur, ruitibus ad fidei mysteria genitibus eum magis peregre predicare, cuius commendatio frequens virginici partus fidem posset utenique lubefactare: et ad vetus testamentum pertinente videbatur Josephus ante promulgatum Legem gratia mortuus, pro eius defensione aevi Martires utilius proponebantur honorandi, ad exercitamentum fidelium inter persecutiones certantum. Fide tamen jam satis corroborata, et ecclesiastici cultus honore etiam ad eos, qui citra sanguinem egregiis virtutum perlustrare exemplis, londabiliter traducto; visum est rationi congruum, ut non omnino prætermitteretur in sacris, eni tanta lumen erat in Evangelio, quamvis ante Evangelium defuncti. Ergo Graeci præter cum festivitate, quam Dominica Christi Natalem precedunt, omnibus Christi progenitoribus, ceterisque veteris Testamento ex utroque sexu Justis communem celebrant, singulorum nomina recolentes cum unus distichi encionio; proximam ab hac Dominicam, quæ infra Octavam est, totum esse propriam voluerunt Josepho, sponso Morris Virginis, Davoli Regi et Jacobo Fratri Domini: eodem fortassis auctore qui Canones Officii eo die recitandi u se compo- sitos, ipso nominis sui per acrostichides appositione si- gnavit, S. Joseph Hymnographus: quorum hymnorum hic est titulus ex singularum stropharum litteris multilibus colligendus:

Xριστὸν ἀπέπνεον παραποτάτην, λοιπόν.
Te canto Christi strenuum defensorem. Joseph.

10 Hunc scilicet Sancto Portæ servabatur, ut pa- tronum suum us modis, quales ea actas in sacris can- tationibus probabant, celebabant; in quibus præter cetera hanc ei felicitatem gratulatur, quod simul et virginitatem possederit, et pater nati filii dictus sit, τῆς παθείας ἐγρηγόρησε καὶ πατήρ τοῦ τικτούμενου ποιῶς οἰκληται: quod Aaron fronde quodam virga, ipsi, simili signo cognitum virginis spousum, pre- signiforat: quod denique spiritu roboratus ornatusque virtutibus, in maxima senectute ad patres suos glo- rijs descendenterit: et nunc festivitas ejus omnes terræ finis provoget ad laudem Dei, qui ipsum glorificavit et patrem habere dignatus est. In quibus illud de virga fronde non dispiceret, usi a symbolico sensu ad materialem transirent. Placet autem imprimis illud de virginitate assertum, Latnorum Patrum totiusque Ecclesie Occidentalis sensu-accommodum, licet Graeci quidam videbant credidisse eos, qui in Evangelio no- minabantur Domini fratres, ipsius Josephi ex priori thoro filios fuisse: quod et ratio refutat, ne non omnino purus manus virginis Christi corpori tractando attulerit; nec Scriptura consueta locutio exigit, in qua fratribus filii passim inter se fratres dicuntur: maxime autem re- ciendam propter, quod illi, ut ex infra dicendis ap- parebit, potiores Christo fuissent in ordine ad Davidici generis

matrimonii
fructum
mirabiliter
oblinxerat

et ob curam
ei in pensum
digite
laudandus -

omittimus
apocrypha
quædam

inserimus de
virga eipsi
mirabilose
frondente.

Horum
videtur ante
predicationem
Christi.

S. Josephi
cultum a
veteri
Ecclesia
ignoratum

B.

Graci
institutiore

Dominica
intra octaram
Nauitatis,

B. Joseph
Hymnogr:
compositis,

in quibus
Joseph
laudatur
virginitas,

*et senectus,
temere in
dubium
revo^{cato}.*

A generis benedictiones et familiæ principorum per legalis successions jura obtinendum; quæ non nisi mortuo Joachimo, Christo autem necum concerto, videntur in Josephum, Joachimam, ut probavimus, fratrem fuisse devolutum ex Jacobo, primæ Zorobabelidorum stupis ultimo. Nec magna illa displiceretas, quæ Josepho et a pictoribus passim et ex antiqua traditione tribuitur, et ab Epiphanius heresi 78, qui tradit nonnornorum obiisse. Sane que pro minori actute visa est recrutoribus plerisque congruentia major, ne inter nimium dissimiles matrimonium contractum, semi probossum videatur; ea tota corrut ex ratione legis ad illud cogentis. Multo autem minorem atatem, qualiter Cedrenus profert, ad annum usque centesimum secundum, merito riperiemus, et cum eodem Epiphanius hubemus pro fabula ab Antidico-mariantius excoigitata; oneri enim, non aurelio virginini suisset sexagesima octogenaria major, et sequi ac vultus multiplici prole prægravatus, ad novæ familiæ onera, et Christi, domi ac peregre alendi, ministerium induens. Etas vero quinquagenaria major aliquantum, in eo qui cielum semper vitam ducit, et continentia ac sobrietate vires corporis, ad quovis labores per annos plures adhuc tolerandos, caueverunt, nihil habet incommodum.

B 11 Kalendaria Coptica ad xx dirm Julii festum Josephi referunt: et in eo quidem quod opus Selvianum est, libro de Synodus Hebraeorum ad calcem, expressum additur, Fabriliagnari. Testatur autem Isidorus de Isolani, ex Ordine S. Dominici ante annos 140 scriptor, in Summa de dois S. Josephi parte 4 cap. 9, Orientis Catholicus consenserit eum item ingenti cum veneracione agere, siveque in ecclesiis quamdam S. Josephi Vitum legeret, enjus de Hebreo in Latinum anno 1340 translate noctus exemplar, illius episcopen tradit; multis omissis, quæ ab sancto Romano Ecclesiae cultoribus, cuius deficere nequit veritas, Christo conservante, minime recuperentur. In hac autem Christus ipse, cui in monte Oliveti ad asperulos loquenti tota illa de Josepho narratio tribuitur, sic concludere singitur: Et posuerunt corpus Josephi patris mei in sepulcro juxta corpus patris sui Jacob. Mortuus est autem die xx Julii. De die non disputamus, quem in Bononia illustrata Massinus in pluribus Italæ ecclesias ait pro mortuati S. Josephi holeri et colti. Sepulture locum Beda uit, fuisse in valle Josaphat. nec adest a verisimilitudine mortem ius sic fuisse dicitur dispositum, ut in illud inciderit tempus anni, quo secundum consuetudinem diei festi Hierosolymitanum adoratur ascenderat cum uxore et filio; ut quod Hebreis maxime erat in eis, inferri posset majorum sepulcrorum; ad qua alius, tenuis immo nonnullus fortuna homo, non suisset facile ex Galilæa post mortem transire, aus: funus enim more antiqui parum operuse curvatum fuisse nobis persuaderemus.

12 Sed nec in ipsa valle Josaphat sotis liquet de loco sepultræ: nam ut die proximo diuimus ex Quarnero, S. Josephi sponsi monumentum iuxta scalas, per quis ad Virginis sepulcrum descenditur, cum veneracione visitatur ex opposito SS. Joachimi et Annae in peculari sacello; et tamen Idumianus ita loquitur: In valle Josaphat, non longe ab ecclesia S. Marie, turris Josaphat monstratur, in qua ipsius (Josaphati) sepulcrum cernatur: cui videlicet turriculae quadam lapidea dominus ad dexteram coharet partem, de rupe excisa et separata Montis Oliveti, in qua intrinsecus ferramentis cavata duo monstrantur sepulera sino aliquo ornatu: quorum unum illius Simeonis justi est, qui infantulum Dominum Jesum in templo ambabus manibus amplexus, de ipso prophetavit. alterum vero aequo justi Joseph, sponsi S. Marie et Domini Iesu nutritoris. Quibus consona apud Bedam leguntur. Fortassis illi uero, sic et personum confuerunt Orientales illi et quicunque nunc eos in Italia

sequuntur: omnes enim Latini Martyrologi post Adolem et Usuardum xx Julii festum Josephi justi recordant; ejus qui eum Matthia fuit ad Apostolatum propulsus in locum Inde, quem in Iudea gloriose fine consummatum ait Romanum Martyrologium. Josephum autem D. Virginis sponsum concorditer habent ad xix S. Josephum vero Soenam Martit. Martii: quo mortuum esse S. Josephum uti non possumus affirmare pro certo, ita verosimillime negare possumus, ipsum ea die B. Virgini fuisse coniunctum, licet desponsationem ejus tunc habeant gemina Usuardi exemplaria a Cuthusianis Patribus Colonei impressa una cum MS. Florario. Credibilis est enim, quod apud Nicerophon Erodius affirmat, quarto post desponsationem mense Incarnationem Verba esse factam, atque adeo illam ad mensem Decembrem pertinere, vel saltem ad Januarium, cujus diritus varius (ut infra dicimus) causa nuptialis solemnis in Belyo et Gallis celebratur.

§ III. S. Josephi festum et Officia propria in Ecclesia Latina.

Petrus de Natalibus Episcopus Equitinus lib. 3 cap. 209, enarrata breviter pro sua instituto S. Josephi Itala, sic eum concluat: In quodam antiquissimo Kalendario, in cuius exordio Rubrica ponebatur, quod ex vetustis Eusebii Caesariensis exemplaribus sumptum fuerat; scriptum reperi: Festum Josephi sponsi Dominae nostre xiv Kalendas Aprilis: cui ex antiquitate et exemplaris origine satis fidem adhibui. Sane in vetustissimo Martyrologio quod ex monasterio S. Maximi Treviri descriptum habemus, usdem proprium verbis id dictum diem habetur memorum et quidem unter S. Josephi sponsi S. Marie: quod Martyrologium eum sit eismodi, ut abbreviatum videatur ex aliquo Hieronymiani Martyrologi, quod sive sub Eusebii nomine citari vatum solet, exemplari; penit illud in suspicione, quod Joseph ille, qui in oitis omnibus retulit exemplaribus et in multis quidem solis nominatur ad xii Kal. Aprilis, noster hic sanctissimus Patriarcha sit, qui in Antiochena Ecclesia (nam in Antiochia habent tum Maximianum praedictum ad et quo die, non liquet:)

13 Dicitur in libro de S. Josephi festo quod

et quo die, non liquet:

F vollem ante annos 800 regebatur in fa. As,

14 Nihil dicimus ne Usuardi exemplaribus pluribus, ante trecentos aut quadragecentos annos ad variarum Ecclesiæ usum auctis et similis ævi Kalendariis: quia priora illo majoris in rem nostrum momenta sunt: quippe quibus probatur S. Josephi nomen adscriptum fuisse Latinarum Ecclesiæ justis, si non a S. Hieronymo, ex Eusebii fasuri tractatu sola numina et locum cultus transribente, certe vel ante vel circa eadem ipsa tempora, quibus idem festum caput apud Hierosolymitarum Lauarum monochos ita celebre haberi, sicut paragraphe superiori vidomus: quamvis id secerint ut alio priors die et mensa, quam primi fortassis Antiocheni illud institueront celebrandum, et tructu ad Latinos notitia cerebat. Et hi quidem, Latini videlicet,

intra

A intra undam commemorationem, qualem diximus, stetisse videtur usque dum Christianorum rebus in Oriente collabentibus Carmelitana Religio, seculo undecimo et duodecimo feliciter sub uno capite in quandam Europae monachatus formam coacta, tandem etiam ipsa in Europam migravit, ubi Hierosolymitanæ Ecclesiæ ritus et Officium Gracum, quo secundum S. Sabæ typicum primus utebantur, in Latinæ liturgia atque psalmodia formata paullatim commutavunt: servatis tamen preciis quibusdam antiquorum Ordinis Patronorum festis: inter quæ credibile est hoc ipsum S. Josephi fuisse, translatumque ad diem quo Latinus fastis inventivatur adscriptus.

15 Etenim in Ecclesiastico Officio ad honorem S. Josephi ordiando primus fuisse et cum Ecclesie aliis tum ipsi Romana prævisse exempla Ordines mendicantes, ex ipsarum Breviariis constat: quinam autem priores, quam qui in Oriente jam pridem consueverant illud annus celebrare? Scro tamen compositum est Officium, quo usque ad Bremarii reformatiūm usus Ordo, ut liquet ex lectionibus a Petro de Aillyaco acceptis, et hymnis, que Baptista Mantuanus suavitatem et eleganciam sopiunt. Quia tamen jam antequam ipso sacros fastos conservaret, id est sub initium seculi xvi, celebris S. Josephi esset in Ordine cultus, dubitari non patitur bi-versus ex libri 3 carmine 4:

Sancte Pater, veniens ab Hebrei sanguine Regis
Qui fuerat Pastor, tua sunt natalia nostris
Addita (sic statutum Patrum prudentia) fastis....
Post decimam lux tua est, tua templo Sa-
cerdos
Velat, et ad numerum tibi tinnula verberat sera:
Verrit humum, legit areolis nova grama tonsis,
Et postes vernare facit, frondes columnas,
Albentes splendere aras, redolere sacellum;
Thura crenat, lentoque super myrrham insecat
signi.

Quæ ne de aliis fastis quam Carmeliticis, alio suctello quam Mantuanis conuentus velimus intelligere, facit quod carmen eo fine concludat, quali fere elogia Sanctorum Ordini speculitatem proprium, ut S. Cyrilii, S. Lumi-
gini hoc mense, mense Mayo S. Angeli etc. non item aliarum: ita autem finit:

Nos quoque sub tanto nunc glorificatus alumno
Respic, et optatum memor impertire saltem
Italia toti, nostrisque penitus est.

16 Ad Franciscanos quod attinet, Arturus u monasterio in sui Martyrologio allegat decretum Capituli Generalis, anno MCCCCXIX Assisi sedcitus: quo statutur ut S. Josephi festum celebraretur sub Officio Confessoris novem lectionum: alia deinde aliorum Capitulorum generalium circa hanc rem decreto intra quadrangula pustrem seculi sequentia annos concepta iudicent, quibus auctor est festo huic honor. Ordo vero Predicatorum pridem ante seculi xv finem simile quid videtur vel recessisse vel cogitasse: existat enim in secunda parte Legendæ (num Historia Lombardica pars prima censetur) Colonia excusa anno 1483, et biennio post Lorvum re-
cusa, Secundo Alberti Magni de S. Josepho, cum hoc præloquio. Ad nostri Salvatoris honorem et gloriæ semipaternam, qui dat affluenter sapientiam simul eloquentiamque omnibus devote postulantibus,... de Josephi viro sanctissimo et gloriose semper Virginis Mariæ spouse castissimo, prece motus humili supplicantum, ipsu[m]que Joseph affectu cordis intimi venerantum, loco Matutinalium Lectionum, ego emitorum minimus Clericorum, ac infimus Sacerdotum Albertus, Frater Ordinis Predicatorum, divina mili suocurrente gratia, quadam sub compen-
dio recitare curavi; me meaque dicta, si quæ vide-
rentur incongrua, viris peritis in caritate subjiciens corrigenda. Sequitur Vita in quatuor justas Lectiones distributa, a qua nihil abesse reli, nisi quod e[st] vulgari

credulitate dicat, signo divino mirabili, præ ceteris juvenibus de domo David herilibus, ipsi despontata Maria fuisse. Docebat B. Albertus Magnus Colonie circa annum MCCC, et discipulum istic S. Thomam Aquinatem habuit, mortuus deinde Rutisponeus Episcopus MCCLXXX: cuius hunc sermonem esse, ut non ausus indubitanter assereret, ita nec negare velimus; quamvis diversus sit a ceteris scriptis stylus, utpote concisus et modulatus ad instar fere Ecclesiasticeorum hymnorum: nempe Lectiones pro choro, non sermo pro pulpite scribendus erat. Quod autem D. Alberti esset potius quam alterius homonymi, domestica forte traditione severe Patres Colonienses. Quia tamen non constat receptum ab Ordine aliquanda fuisse istarum Lectionum usum, et Isidorus de Isoloni anno MXXX ad calcem Summarie sue de domis S. Josephi subiungit Officium secundum ordinationem, ut sit, Reverend. Magistri Ordinis Fr. Thomæ de Cuieta, nihil cum istis Lectionibus communie hahens; securius erit instauri apud Predicatorum Officii, saltem proprii, initium differre ad Cajetani Generalium: qui anno MXXV electus, ut auctor est Leander Albertus, ipso quo hic sumus opus vulgavit anno MXXVII creatus Cardinalis, locum uice electioni, que Garsias de Loyosa creatus est Magister, uidetur fuisse.

Officium ordinarii Cajetanus Generalis.

17 I singulacribus quoque Ecclesiæ roris S. Josephi cultum esse receptum, prorsus multo quam Romana illum omnibus permisisset, ex MS. Ultrajectina Ecclesiæ S. Salvatoris ante duo secula exarato cognoscimus, in quo reperitur Legenda S. Josephi, virginis sponsi Virginis Matris, omisis apocryphus ex dictis Sanctorum collecta: sed non sic pura ac solida, ut opere pretium sit hic praeservare: incipit autem Josephi filius Jacob, sponsus Virg. Mariæ, Nutritius Filii Dei D. N. J. C. sicut perpetuae virginitatis ab inueniente testate usque ad mortem custos integerrimus, secundum Hieronymum, contra Helvidium. Legende subiungitur Epilogus Vitæ seu potius encyclopaedicus sermo, et incipit: Joseph filius Jacob, homo virginus et Virginis Matris sponsus, non solum figuratur in Josephi secundum Bernardum, sed etiam in ipso Jacob secundum Augustinum. Et post nonnulla, cum dictum esset eundem bene etiam in Mardocheo figuratum, subiunguntur excepta ex Petro de Aillyaco, quæ § 1 dividunt: omnia autem hoc faciunt, ut seruamus tum in ipsa Ecclesiæ Ultrajectina receptum fuisse istud festum, cuius usus isti seruabantur, tum in aliis Gallie Belgique Ecclesiæ nonnullis ante annos minimum CCL. Si quidem probable fit occasione noviter institutæ solennitatis tractatum illum a predicto Doctori, nequam fortassis Episcopo, fuisse conscriptum atque vulgatum: cui ipse finem hac eleganti oratione imponit: Domine Jesu Christe, eternaliter Deus de Deo, et ineffabili humilitate temporaliter homo factus de Virgine, qui Sanctum Josephum, Mariæ matrem, Virginem Virginini, desponsari et humilem humili sociari voluisti, et enni de parvo magnum, de humili excelsum, multis virtutibus et magnis honoribus augmentatum, mirabiliter sublimasti: da nobis quæsumus ejus exempla, meritis et precibus, cum cordis et corporis umilitate, verau humilitatis virtutem; nobisque in humilitate fundatis da fidei, spei et caritatis omniumque virtutum augmentum: ut per virtuosa merita, gloriae secum præmia consequi valeamus. Qui cum Patre etc.

In Ecclesia Ultrajectina Vita S. Josephi,

et festum ut et obit in Gallo ac Belgio,

18 Philippus quoque Spirensis Antistes sui diocesis Beneficiatis concessit, ut sub festo duplice legere et celebrare possint festum de S. Josepho: quod Officium tam ex Evangelio quam approbatis Sanctorum sententiis collectum, in Breviario anni MXXV repertas totum proprium, et usquam corrections indigum hunc habet orationem: Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctum Josephum filio tuo nutritum et aluminum, maiestate sue fidem custodem, ut ejus uterque cura relevaretur

dein in Ecclesia Spirensi cum Officio proprio.

cur assulsi in Syria Carmelitæ,

credi possunt ejus usum traduzisse in Europam:

litteris officio proprio seruitus composto.

Præcuriani assumunt festum anno 1399.

Dicitur mecanus an B. Albertus Magnus Lectures parcerunt.

A relevaretur et providentia, eligere dignatus es : tribue quæsumus nos in ejus festivitate spiritali cibo refici, et suis apud te precibus, perpetuam tui custodiæ et gratiam, qua saluemur, impetrare. *Ad hæc Mediolanensis Ecclesia ad diem xii Decembri (ne-
num Quadragesima tempore alla Sanctorum festa celebra-
tur) secundum Liturgiæ Ambrosianæ ritum, propriam
canit S. Josepho Præfationem in hunc modum :* Vere
dignum et justum est.... nos tibi semper et ubique
gratias agere.... per Christum D. N. cuius sacra
Incarnationis B. Joseph alumnus et altor esse me-
ruit, et ab eo laborum suorum premia sempiterna
percepit. Cujus apud te meritis adjuvari confidentes,
tuam humiliter deprecamur clementiam, ut qui ei
tauti meriti contulisti prærogativam, ut eidem Uni-
genito tuo divinitus et humanitas specialiter deser-
vicet, nos ejus et exemplis informes et suffragiis con-
soleris. Per quem Majestatem tuam etc. Denique
*Missale, quod Musarabicum seu Mixtum nominant, se-
cundum ordinem Ecclesiæ Toletanæ, auspiciis Joannis
Martini Silvæ Archiepiscopi rensum anno MDL, Mis-
sam habet ab S. Josepho totum proprium et singularem
sub hoc intratu : Laudem Domini loquetur os meum
et gloriam nomini sancto ejus : quia mirificavit
Sanctum suum Joseph, Virginis Matris Christi spon-
sum. In Kalendario vero festum notarium in sex cappis
(que solennitas summa) celebrandum.*

B 19 Quo anno in prædictas Mediolanensem ac Toletanæ Ecclesiæ festum invenimus sit, non vacat divinore : hoc constat ante annos editioni dictorum Missalium prænotatos, illud sub ritu duplii celebrandum notari in vetustis Romanis ritibus Breviariis ab anno MCCCCXC : sic tamen ut paulo antiquiora (quæc unum an. MCCCCCLXXIX impressum halamus) in ordine festorum simplicium illud collocantur. Præius autem, quod dicit Breviariorum anni xc proprius habebat antiphonas, responsoria, capitula et hymnos cum hac oratione : Concede quæsumus omni-
potens Deus, ut intercessione B. Josephi Confessoris tui, qui pater Domini nostri Jesu Christi in terra vo-
C 49 Pergit deinde suos ne sponsi castissimi mores in hunc modum explicare Deipara: Post hoc continua eram in oratione: raro videri et videre volemus, et egrediens rarissime nisi ad festa principia, Vigilis quoque et Lectionibus, que a Sacerdotibus nostris legebantur, intenta fui, habens certa tempora ad labores manuum; et discreta fui ad jejunia, prout natura mea ferre poterat, in Dei servitio. Illa vero, quae superfluerunt nobis victualia, dedimus pauperibus, contenti de his quæ habebamus. Joseph vero sic servivit mihi, quod nunquam audiebatur in ore ejus verbum scurrile, nunquam mormorans, nunquam iracundum. Nam ipse patientissimus erat in paupertate, sollicitus in labore ubi necesse fuit: insuetissimus ad objurgantes, obedientissimus in obsequio meo, promptissimus defensor contra derogantes virginitati meæ, fidissimus testis intrabilium Dei. Ipse etiam sic mortuus erat mundo et carni, ut nihil desideraret nisi colestia, sieque erat credulus promissionum Dei, ut continuo diceret: Igitur vivam et videam adimplentam voluntatem Dei. Nam rarissime venit ad congregaciones hominum et eorum consilia, quia totum desiderium suum fuit ola-

dire voluntati Dei: ideo nunc gloria sua magna est. D
Hac ibi.

§ VIII. Annulus sponsalitus S. Josephi: reliquie aliae.

None ad se nos vocat virginalis conjugni obses annulus, cuius possessione felix se Perusium, Umbrie civitas credit, et vero famam obtulerit toto orbe celebrissimam. Veritatem ejus subsecuta revelatio, revelationem illius consecuta miracula et solidæ in populo pietatis fructus iungis probant, quam eorum per quos est translatus fides. Nam qui primus ipsum in Italiam attulit, tempore Hungonis Comitis, defuncti seculi XI anno primo, quidam Clustus ab Hierosolyma gemmarius fuit, hic Clusino euidam delatus, fad variora in hoc genere cimilia Romæ coemenda a Juddito Hugonis uxore talum deliciarum curiosa, destinato) Rainero nomine, circa pretium obtulit, nobile auctarium supellectilia pretiouse, quanvis ex sardonyche aut vili amethysto tornatum; indeans qualis esset. Domum Rainerius, ceteris gemmis ex fide ad Comitissam delatus, deceunio intrigo neglectum occuluit; cum universi ei filius moratur, atque in D. Masthodie eidem illatus ad tumulum tantisper reverisit, dum quoniam ob culpam criminis patri, quanti pretii thesaurus opud eum latebat, coram omnibus exposuerit; et rursum placere se componit ad mortem, postquam annulum profulsum a patre, sero pornitente, obtulisset Curioni, et accurruntem ad sonaria pulsatarum nullu trahente campanarum multitudinem arendam monutisset.

S 51 Crevit sacro pignori reverentia, quando haud ita et rara culis multo post Waldvara, sanguinis Regi mulier, temere clivescu, dixit illud sua inservit, cuique incurabiliter affactum redxit. Cujus exemplo superiori serrudo cantor aliis, cui arcu ad ejus custodiandum confecta coamittebatur repurganda, Contulus de Contulis, profanas ab eo manus abstinent, et Sacerdotem exoravit, qui sacro annulum execipi calice; nec unus, rayatus quamvis, dixit explorare magnitudinem orbiculi, figuram ipsius maluit molli cera excipere: quia deinde eorum corundem admotum idem Contulus nonquam unu expertus est salvarem ischiudi, quia crebro laborabat, depellende. Similiter parientibus utiles sunt, qui ipsum annulum tenerunt alti, ex ebore argenteo confecti. Idem recomitandis conjugum dissidentium omnis valere plurimum cognoscuntur. Liqua etiam theca, in qua fuerit alii sacra gemma servata, in Jordanarum tubis incendio corrupta soli mausus invictus ab igne: eductum vero ex illa gossypium, ne profanis adhiberetur usibus, ignis instar digitos et evanescere adusit.

F 52 Sed hæc acta Perusii: quo noa ante annum ^{Austerius} ^{Perusium,} MCCCLXXVII delatou hor pignus, eaque Clusini spatiati sunt per fortium (piumone an iupium dicam?) Wintherii cuiusdam et Germania Minoris: qui statu anni due populo venerabilando Annulum exhibitorus, ex aurea catenula pendulum; postquam ex Officio vite perfectus est, simulavit se recondere in arcam Inuitum, quem furfite in manicum dimittubat. Sed Clani fluvio superato, tanta circumfusus caligine est, ut iste ei permanendum fuerit, nisi capio in arena constilo lumen ubi exorata Virgine impetrasset. Quo preceunte, et sequente caligine Perusium ductus, raro eadem se nebula per dies obviuo rigniti toti offusisset urla, tuntem prætulit, quod occultum valerat, et simul optatam reddidit populo nivabundo cori seruantem. Deinde cum sacrum Annulum in jus Senatus Populi Perusini transcriptisset, non modo impenitentem facti, sed et premia obtinuit, præ quibus facile contempserit Clusinorum nimis. Qui ubi neque per suos urgas per Senatum Sociorum Oratores petitam restitutionem persuaserunt, valeruntque Perusinos tamquam de re sua decernere, ut fertur arce duplice sub multiplici serre custodia recluderetur, et ter in anno maxima cum laetitia publice testificatione productus esset post longam contentionem.

quid
D. Birgitæ
fuerit de hoc
revelatum:

deque Josephi
perplexitate
discussa.

et utriusque
sponsi
honestissimo
conciuimus?

A tenderetur populo; tandem ad arma prosluerunt, seis-
saque est in partes vicina Umbris Hetruscaque Italia,
donec Sixtus IV deceperit, Romam ut transferretur;
quasi dignius in Urbe intus Religionis Matre haben-
dus, quam ubi tautas turbas ciebat.

B Sed mortuo Sexto, denuo cognita est Perusinorum
caussa, sub Sexti successore Innocentio VIII; et civitati,
quam sibi Pontifex conciliatam volebat, Pronubus Vir-
ginis Annulus adjudicatus anno MCCCCCLXXXVI, truta totius
populi gratulatione, ut explicari vix possit. Que um-
ma uberrime praeceperit J. Bapt. Laurns Perusinus,
libellumque de tota hac re Romæ excusum anno 1621,
in hunc modum concludit: Ceterum quo perennaturi
apud Perusinos Annuli cultus longe lateque indies
amplificaretur, ab aedicula Palatina digniori in locum
Patres transferendum censuerunt, non tam
sponte sua quam hortatu B. Beruardini a Monte-
Feltrio laudatissimi eo tempore Ecclesiastæ: qui
cum Annuli istius dignitate magnis extulisset lau-
dibus, et collapsam retro observantiam multo fla-
grantius revocandam docuisse; dictis mox obse-
quentem Senatum habuit. Qui ornatissimum sacel-
lum in basilica S. Laurentii, qua muro picturato ac
caelatis asseribus conclusum, qua ferreis pilis et cra-
tibus magnificentissimo sumptu extruendum cura-
runt. In summo hujus hastati propugnaculi, dueta
circum fascia, hi extant descripti versus:

Hic sociata suo colitur Regia marito,
Et facili justas accipit aure preces.

M D X I

Hac sacer intacte matris jacet annulus æde:
Qui dedit, est custos muneric illæ sui.

Instituta insuper S. Josephii municipatione secula-
rium hominum societas est, quæ una cum Laurentio
Clero perpetuum famulatum annulari sacello
exhiberet. Sanctissimo item Patri ad aræ dexteram
dedicata statua, quæ die Martii undevigesima, an-
nua cum supplicatione producatur in forum.

C 34 Quibus sic constitutis, inchoata est decretae
translationis pompa, Episcopo (fuit is tunc, Ferdinando Ughello teste, Augustino Spinola Savonensis)
deferente thecam auream, pendente ab area catena
Annulo spectabilem... quæ Troilo Baleono Archi-
presbytero ceterisque Symyostis, ut custodibus, tra-
dita et claustro munita ac multiplicibus clavibus
observata, in perfosso extracti sacelli pariete su-
blimius collocata oblitesceret. Praeterea ad augendum
venerationis cultum, quoties populo spectanda exhiberetur hierotheca, satis ex arte exegitatum est,
ut columella bina ex altari consurgerent; quæ
odium magnitudine superarent, depromptam vero
ex area aediculari, pensili cimelio prædictivem, per
manus Angelorum, dextra levaque accessus cereos
gestantium, evolutis sensim funibus dimitterent;
araque, picturatis instrata velaminibus, impone-
rent: psallentibus interea nabiis, tympanis, tubis
et musice canentium alternis choris, populoque in
genua procubiente, et complosione pectoris æque
anini pœnitentiam atque hilaritatem profitente.
Sunt tam et alii altri Annuli, quibus majorum tradi-
tio simile huic honorem concilivit: nam ut Ferreolus
Locrius sit lib. 3 cap. 31 Pronubus B. Virginis an-
nulus, quo Seminurensis apud Mandubios in Bur-
gundia prioratus, Gerardi Rustiloni Comitis libera-
litate, nobilitatur, ibi nomen ab octingentis et sep-
tuaginta septem annis obtinuit, et post nonnulla: Sed
et Aquincimoni monasterii Ascetæ alium B. Virginis
annulum babere se prædicant et demonstrant, effigie
quadam exigua in pala ornata. Rarum id Virginis
ginis, si ejus sit, monumentum, vel ex eo, quod
poerperii molestias aerius patienti præsens statim
solvat, idque exemplis probatum est. *Hæc Locrius*
et ex eo Carolus Stengelius.

Martii. T. III.

Perusinis
adjudicatus,

edificato in
S. Laurentii
novo sacello,

illuc transfor-
meretur e curia,

solenniter
populo
monstrandus
quotannis.

Alii annuli
in Burgundia,

et Belgio.

55 Partem Pallii, quo natum Salvatorem S. Jose-
phus excepit, una cum ipsius scipione asservari Romæ pallium,
in ecclesie S. Ceciliae Trans-tiberin tradidit Octavius
Pauciratus alteramque partem in Ecclesia S. Anastasii: quod pallium esse subflavi roribus, ex eorum qui
inspiceret fide, scribit Joseph Geldofus a Ryckel in suo
Philacterio ex Reliquis sacris Jesu, Mariae, Annae,
Joseph composito. Ex eodem pallio non contentum
particulam dono Cardinalis Ginetti habent Patres Car-
meliti Discalcerati Antwerpiae, sub tribus clavibus, nec
sine devotionis excitantia plebi venerabundæ ostentant
in Nataliis Christi Domini seruis. Inter reliquias ritu
a Carolo Magno ex Hierusalem auctus, Aquasgranen-
sis Ecclesia certis temporibus exhibet pannos aliquot, no-
mine primarum Christi fascinrum in stabulo Bethle-
emico, quos qui viderent, inquit idem Geldofus, tibialia
viatoria seu perones involvente pnera hand inuidoneos
judicarent, quamvis ub antiquo S. Josephi cuique appelle-
rentur. Alias S. Josephi velinqwas, præter iustitiam
quædam rascula (qua sanctis conjugiis Christoque filio
fuisse communia iudeo judicantur, quod simul cum eorum
ædicula ex Nazareth sursum Angelicis manibus Laure-
tum in Italiam translata) nemo vel requirit, vel habere
se dicit: nec mirum, si (quod S. Bernardinus Sruensis,
Bernardino de Busto referunt, ad concionem populi
Patavinii clamabat) In anima et corpore S. Joseph in
celis gloriosus est. Cur vero non sit? Legimus, inquit
Gerson sermone de nativitate Mariæ, multa corpora
Sanctorum resurrexisse, et venisse in sanctam civi-
tatem et apparuisse multis. Recogit, oro, pius animus,
si justus Joseph unus ex illis putandus est,
qui apparuerit carissime sponsæ, eamque consola-
tus est.

D
el paupi-
s. Josephi.
fors redi vivo
corpo
remans in
cælo.

§ IX. Templa, oratoria sodalitii S. Josepho dedicata.

Quidquid sit de opinione præacta, quæ S. Josephum
pie errat jam nunc plenum ipsius quoque corporis bra-
titudinem possidere in celis; extra omnem prorsus con-
troversiam esse dubet, quod S. Brigitte dirisse Diapa-
ram supra montevarius, et gloria sua nunc magna
est: magno autem non in celis tantum, sed etiam in
terrâ, postquam tot ei templi, oratoria et altaria per
omnem Europam ercta sunt, ut eorum iure numerum
difficile sit: inquirere autem prius superfluum, cum
unusquisque lectorum possit ex his, quæ sua in urbe, sua
in patria vult, testimoniare de veteris. Itaque ex infinitis
reformis hic paneculu, quer vel antiquitate commendan-
da sunt magis vel cognitioni nostræ propriis adjacent.
Primo igitur loco referendum est, quod in æde S. Agri-
cole, Principatu propter retusitatem dicta, Avenione
visitur, circumornata insignis Gregorii XI: quem ibi-
dem anno MCCCCXXI sedere exorsum, Paulus Barri
suspectus noctem fratre Sodalitii, sub inventione
S. Josephi ibidem conscripsit ex pueris virginibus dictæ
civitatis, quer omnes ipso festo ad prædictum sacerdotium
conveniunt quotannis; Missaque ac Vesperis decantutis,
fascientum florum benedictum singulæ pro eulogis do-
num reservat, ut virginitatis lux florem tanti Patroni
example uitiose meminerint, ad justas cum Deo aut
homine nuptias servare incorruptum.

Gloria
S. Josephi
uberebus
temporis:

37 Simili modo conjugorum virorum sodalitia varia
sub tutela Deliarum Virginis et directione Societatis nos-
træ in principiis urbibus Belgij collecta, fidei et amoris
conjugatus purissimum exemplar imitandum sibi propo-
suere, D. Josephum in secundarium Patronum assu-
mendo. Et quoniam idem fidei regendæque Domini-
nica pueritiae detectus a Deo, felicissime minus illud
curamque implavit, etiam manu nullis in locis ejusdem
Belgij, qui prima Latinæ lingue rudimenta a Societate
Iesu Patribus docentur pueri, Præsidiem sibi cum
dem adscivere. Romæ autem Virtuosorum, quam vocant
in Belgio
conjugati,

3 Congregatio

A Congregatio, anno MDXLVII, a quodam Desiderio, in S. Marix ad Martyres sive Rotunde Canonico, a sacris locis pie visitatis evide, instituta, atque ex Pictoribus, Architectis, Plumariis seu Phrygiis aliisque id genus artificibus collecta, sucellum in predicto templo sibi constitutum cum altari hujus Sancti cultui dedicato; ubi et pauperibus pueris dates annue ejus in festo distribuunt: quem hoc inuitu existimo ab illis Patronum coli, quod etiam ipse, ut Evangelium docet, fabritia tractarit; unde fabri-filius appellari Christus, designatus non est.

B *Vita de officio S. Josephi opiniones.*

58 At qualis fabri? Id inter Doctores plane non convenit. Qui fabrum-ferrarium fuisse volunt, pro se habent D. Hilarium cap. 14 in Matthaeum, Bedam super caput 6 Marc., et S. Ambrosium libro 3 in Lucam: sed D. Thomae nequaquam probantur, dicenti in cap.

13 Matthaei, id minime verosimile rulere. Pro carmentariis citatur D. Augustini sermo 5 de Nativitate: atii etiam aurifex fuisse existimarent, impud. Gonsalvus Durantes, Episcopus Ferretranus in Natis super cap.

58 libri 6 Revelationum B. Birgitta, atque subiunxit:

Communis tamen sententiam est fabrum fuisse lignarium, teste D. Thoma, qui loco supra allegato citat D. Chrysostomum: et favet huic opinioni. Auctor operis imperfecti homilia 32, et ceteris antestans

anctoritate atque antiquitate Justinus Martyr in dialogo cum Tryphonie, ubi asseruit Dominum nostrum exercuisse artem lignaria (paternau utique et a Josepho acceptam) et juga boum fecisse et aratra, voleus his operibus externis populare mundo obedientiam et mortificationem, quam homines erat edocturus. Atque huic opinioni consensit etiam Lelandus de Vita Christi 1 parte cap. 16, qui de hac re meditari voluntibus multa pie ac religiose tradidit: plura etiam de his habeat Ireneus lib. I contra harres cap. 17: multa ibidem Faventius notat, et fusus hanc questionem tractat Franciscus Suarez in Commentario ad 3 partem S. Thomae tom. 2 quæst. 3, disput. 17 sect. 3.

C *ut talium merito habeatur patronus.*

59 Itaque lignarii in Urbe Romana fabri, ut habet Octavius Pinciovillus, Regionis 1 terrae 12 S. Iosepho dientam describens, huic ut sae imprimis Patronum, anno MDXCVI (LXVII scilicet, postquam in unum similatum coalescerunt) novi operi aedem fabriwandam locuvrunt, supra illam que S. Petri in carcere dicitur, rumque a vicinariis S. Luca et S. Martini juribus eximendam curarunt, atque ex iudicio Gregorii XIII quintannis in festo S. Josephi reum unum periclitanteum de capite et vinculis eximunt festo S. Josephi dir: quando etiam orphanus pauperesque lignariorum filii, collata stipe, in matrimonium collocent, Dubium autem non est quia multa etiam prius alibi ejusdem opificis professores, tali se patrocinio commendarunt. Antwerpia certe iam inde a prima ejusmodi collegiorum fabellum divisione, Lignarii Putronum agnovere Josephum, eique in basilica hujus urbis primarem, nunc Cathedrali, altare et suellum fundatum habuerunt.

D *Eius cultum priori seculo maxime instaurarunt,*

60 Quid uane de Religiosis Ordinibus dicam? Carmelitus uti fuit in hoc genere prius, quantum quidem verosimili conjectura assequimur, sic ubi ad primærum disciplinæ spiritusque rigorem caput pcv. S. Teresianam a Jesu renovari, lignenente quoque erga sanctum Domini nutritum devotionis effectum tantopere influumant, nuuque cum monasteriis suis bionorbe Christiano propagavit; ut qui ex Vita et scriptis sanctæ Reformatoris cognoverant quiam ardenter erga ejus honorem cultumque vaporaretur, neque satis morevant, quam diu ante ejus temporis Ecclesiæ Occidentales seu Latinæ euodem recipuerint, existimaverint huc Sancta gloriorum illam reservatam fuisse dimitus, ut per rati ignatum obseruamque eatenus S. Josephi nomen et meritum fidelibus inciperet manifestescere, atque in prelio et defensio esse. Multum profecto ipsa hinc contulit, solita hunc Dominum ac Patrem vocare suum, primum inter Cœlestes

post uxorem filiumque eidem honoris locum tribuere, habere advocatum et intercessorem pro suis necessitatibus ordinariis: per quia cum nulla Deum orasse se dicaret, nunquam invincentur tulisse repulsam, et celera quæ pluribus ipsam prosequitur capite 6 Vita sue, omnes adhortans, marime si qui orare nesciunt, ut quemque Dei munera, et potissimum orationis donum, hoc mediante, credant se posse adipisci.

61 Eodem tempore quo Carmelitus reformandis S.

strictoris
observantie
Minorite,

Theresa capisset intendere, cœpissent reformandis in Hispania S. Francisci conuentus arctiorique obser-

vantes inducendæ operum dare Fr. Joannes Pasqualis

ac mox Fr. Petrus de Alcantara, uterque Divorum

honorablem ab Ecclesiæ decerendis proximus: qui pri-

ma atque aliarum reformatarum matre Provinciae Cas-

tellaue S. Josephum ascivere Patronum; nec dubium

quoniam et cultum ejusdem fervore singulari propagarunt.

Nustra quoque Jesu Societas, non satis Jesu futuram se

credenis nisi ritam Nutritio ejus foret devota, in partem

sancti studi venit, et sedulam ubique narvit operam, ut

S. Josephi promoveret veneracionem: maxime autem in

Hispania, Gallia, Belgio, in singulis domiciliis non-

nulla ac templa habent huic Sancta dicata;

majorem autem basilicum nullam (in qua quidem plura altaria ac

sacella sint) ubi non aliquod altare sub ejus nomine erectum ornatumque conspiciatur: sed imprimis et comuen-

dant domos tertie post absoluta studio probationi desti-

natas, ubi interioris huminis culturae et humilitatis la-

et Societas
Jesu,

tate cupientis studio patissimum intrahit; quoniam

ea in parte præterque se admirabili reddit magis hujus

Santi excellentia.

62 Neque hic tocri debet quod est in templo nostro

apud quam

illius Antwerpia sacellum marmoreum: cuius

fundatores Melchior et Gaspar de Leyw non tantum

hoc nomine laudandi nobis sunt, quod istud pietatis sue

maulementum apud nos exerceant: sed etiam quod idem

studium nostri ex sorore nepotibus velut hereditarium

posset se reliquerint: qui ne arunculis hac in parte cele-

rent, unus eorum Ludovicus de Rower in villa S. Ma-

rie Facontia (quæ Ordinis Canonicarum S. Augustini

apud quam

illius Antwerpia

sacellum marmoreum,

Auterpse parthiron est, ubi matrem suam sor-

oriente considerat, et alteram sororem sacræ Virginitus

adscriptam habebut) novum a fundamentis excitavit sa-

et aliud opud

Facontias

fundatum a

Leyw. de

Rower.

63 Hoc suellum cum anno Christi MDXXXVII ipsa

in cuius

magni Josephi festo rite dedicatum recluderetur, et ad

dedicatione

excitandum fidelium devotionem primum in eo propo-

nitur pleuria peccatorum indulgentia, ubi Urbano VIII

in septem annos concessa, a successoribus autem ejus

conditum

harteus codem die continuari; compositus est a Poëlis

inter alia

egregius vario carmine litterarins plausus: enjus speci-

Idylton,

dabit idylton num, quo Bentu virgin ad pueri

Jesu enas, suas cum B. Josepho nuptias, hujusque ex

virgo-

gloriæ enit; haud abs re hunc loco inservendum,

mater

quoniam suarissimi plenum affectus, ad recreandum in-

Romeri

flammamque lecturis onium plurimum videtur

posse conferre.

Regina superum tæda dignitate jugali

Sancte senex, si non cielato e marinore, qualem

A Romeri dives pietas tibi destinat ædem;
Agrestem certe stipulis canaque palustris
Ædiculam faciemus. Amant fabrilia falci.
64 Nox erat: ad pueri cunas vigilabat Jesu
Sola parens Maria: virum sopor altus habebat,
Fessum operum, atque æstu fractum pensoque diei.
Ipsa manu cunas agitans castissima Mater
Flentem hoc vel simili mulcebat carmine natum:
Desine, care puer, oculos corrumpere fletu,
Divinos oculos; quem non asperges illis,
Nec Pater aspiciet, nec coeli in regna vocabit.
Vita mea es, scis ipse; mea es tu gaudia solis,
Tu mihi (que nulli laus est concessa parenti),
Ex quo hominum primus materna prodiit alvo
Infelix Cain, infelici filius Eveæ)
Te virgo ut parere, lactarem virgo, dediti.
Te propter sancti Isacide, sparsique per orbem
Regnum agnoscunt populi: te propter eundem
Nullus erit locus aut regio tam barbara, nusquam
Gens hominum tam savia, meis qui supplicet aris:
Vota mihi facient, domisque altaria cingent
Damnati votis. Sed que mibi maxima Matri
Fecisti, faciesque, alias cantabimus ista:
Huc modo: qui, castæ junctus mihi fidere tæde,
Virgo tibi pater est: et mater sum tibi Virgo.

*ad pueri Iesu
cunas, canit;*

B Sed jam clade oculos, precor, et permitté sopori,
65 Qualis Amor superos inter se necit amantes,
Pulcher Amor, labis terrena et corporis expers;
Talis erat, mea qui tecum cornubia sanguis,
Ne te peccarent nostri, Josepho, pudoris.
Magnum aliquid, solisque datum cœlestibus ante
Virginitatis: cœlo ipse mihi Rex maximus illam
Misit habere sui monumentum et pignus auroris.
Hoc ego donum ingens cœli, munusque Tonantis
(Dox et nostra fuit) feci commune duobus.
Felix ille dies, felicior hora diei
Illa fuit, qua duxa tibi nova nupta marito
Conjugis in leges, atque haec in fidera veni.
Occiderat Titau, eculunque reliquerat astris:
Functi epulis, et fausta mibi, tibi fausta precati
Exierant tectis non ingens turba propinquai.
Tum memini clauso sic sum tibi fata cubili:
Suadet amor, tacito que pectore maxima servo,
Nondum etiam patri, nondum ex me cognita matre,
Credere, spouse, tibi rerum secreta mearum.
Quae tibi connubio stabili sum tradita virgo,
Alterius sum nupta: tamen ne contrahere frontem:
Non me hominum quisquam (neque enim te carior

[alter]

C Aut prior est quisquam) captam in sua retia traxit;
Sed Pater omnipotens, cui cœlum et sidera parent,
Ille Deus nostris cantatus Patribus olim,
Eoce sibi propriam voluit, sponsamque vocavit:
Huc ego Virginem vovi jurata pudorem,
Conservique manum, ac dixi solennia verba.
66 Ipse dedit gemmam digito, colloque monile,
Et dixi: Mea eris virgo, dñm corpore sanguis
Ullus erit tibi: qui te hominum quoque sponsus ba-

[bebit]

Is mihi servabit sacram, intactamque relinquet.
Ista mihi Deus ipse: Deo contendere noli.
Talia me dicunt oculis lacrymantibus astra
Suspiciis, extollensque manus cum voce profaris:
Hoc erat, o Superum Rector, quod me tua dudum
Sonaria num tua erant isthac tam sancta) monebant.
Namque ubi membra thoro posui, equeque quietem,
Me circum florere rosas et lilia vidi.
Ut vidi, exili, manibusque prebendere certans
Virginis flores, auras atque aera carpsi.
Ter violare manu aggressus, ter cedere sensi,
Fugere ex orulis una floresque soporique:
Mansit odor, qualiter in terris flos non habet ullus,
I'orsa, si cœlo flores orientur, haberent;

Tam divinus odor. Sed quem tunc ista moverent,
Cum quid virginitas esset, quamque inclita, soli
Cœlicole noscenti aut quis fore crederent unquam,
Ut fieret mihi sposa, Deo que nupta maneret?
Haec ubi dicta: fidem damus accipimusque vicissim,
Ambo testati numen; tu nequa mariti
Jura petas, salvo non exsolvenda pudore:
Me tibi ego, modo ne Veneris commercia norim,
Cetera victuram comitem sponsanque futuram.

*Ipsiusque
exinde felicem
mortem*

67 Talia cantantem circumstant undique Divam
Aligeri juvenes: nec cœlum detinet illos.
Illa refert, que multa suo ventura Josepho
Prædictum monstrante Deo; nam quidquid ubique est,
Quidquid erit semper, novit Deus omnia solus;
Multæ hominæ Superosque docens, sed plurima Ma-

[trem.

Quippe sua illum inter, dilectique inter Jesu
Brachia, eeu molli solvantur membra sopore
Sic facit exspirare: hortos tum dicit in illos,
Elysis hortos, quibus ipse Abramis et omnes
Abramides, cœlo dum sit via facta, quiescent:
Ut Majorum unos jucundo carmine David,
Rex David, Rex idem hominum vatesque Tonantis
Excipiat venientem, ut Patrum exercitus ingens
Deducat felicem animam, stipetque corona,
Multæ super Jesu rogatans, Jesuque Parente,
Tum que jam seri post ævula multa nepotes
Aspicimus, quæ templa illi, quas dedicet aras
Posteritas, quantoque dies celebretur honore:
Te te etiam, Romere, canit: quamque extruis ædem
Hanc fore prædictit, quæ tota gratior orbe
Nulla sibi, sponsaque suo pueraque futura,
Premiaque addicit, deceat quæ addicere Matrem
Æterni Regis, deceat quæ exsolvare natum,
Annuit e cuius Infans, et lumina clausit.

*E
et postremis
seculis inter
homines
gloriarum.*

§ X. Beneficia per S. Josephum in æde sua Fancontinu Antuerpiæ invocantibus exhibita.

H enricus vande Sanden, octodecim annorum adolescens, filius Joannis vande Sanden et Margarite Vasseur, calculi doleribus acerbissimis biennio integræ cruciatus, præcipue autem anno MDCXXIX a festo S. Joannis Baptista usque ad XVI Augusti; ita ut neque quiescere neque dormire posset, et Lazarus Marquis expertissimus Mediens, nullam ei ab humana virtute sanitatem sperandam judicaret; materno admonitu commendavit se Sancto Jesu Nutritio, atque ad ejus sarellum accessit. Ubi, cum piis preces ac vota fundit, subito magna cor suum premi angustia sentiens, egredi festinavit; atque ad redendum urinam secedens, una cum illa diu quadrangularis formæ lapillos emisit, ea magnitudine ut digiti auricularis articulum unum adæquarent: neque quidquam ex eo tempore molestie sensit, sed in hodiernum diem satis persistit, ut scripsit anno MDCLII R. D. Christophorus Caers, parthenonis Rector et confessarius, die XII Martii, ex ipsius juvenis et matris eidem attestatis ore: que filio adstitutus calculos egerenti, et vicinorum adducebat testimonia; qui affluctum misere Henricum, ante prodigiosæ illius sanationis beneficium, cognoverant.

*Jurents a
calculo
molestia
hiveratus.*

69 Elisabeth Selvoorts, decimo sexto statis suo anno Facontinum associata cœtu, jam quadragestimū secundum attigerat; extremis tribus totidemque mensibus usque adeo gravata concreto intra vesicam calentia, ut urinam eo præpediente emittere nunquam nisi per cruciatus extremos posset; toto corpore tremens ac sudans dum se exonerare nititur, saepè etiam felices e tormento tali tantoque patiens: quare deputandæ due ad obsequium ejus so- rores fuere, que corporis agitationem nimiam eu in articulo

*Sanctimonialis
interrime
afficta,*

*et morti a
medicis
adjudicata.*

*fideiam in
Sacerdotum
colicanc,*

*emittit
lapidem
enormiter
grandem,*

*citra
secundum
aut noxam
ullum :*

*quod etiam
harenus pro
miraculo
agnovit.*

A articulo proluberant, misellam hinc inde sustinendo. Interim laesia tam insolita violentia meatibus, jam toto sesquianno retentivam omiserat facultatem; et quidquid ei defluebat postremis tribus, quibus sic affecta mansit, septimanis, pure fætentissimo turbidum, vitium exulcerare indicabat vesicas. Ita cum ad extremum febres accessissent vehementes, et exanthemis viribus prorsus debilem reddidissent, conclamatio de vita ejus pronuntiaverunt Medici: quandoquid neque chirurgica sufficerre poterant instrumenta ad exemptionem lapidis tam enormiter grandis, quantum esse monstrabant indicia; neque iocundiora, ad ejus dissolucionem per sesquiannum adhibeatur, neque alio solis doloribus mitigandis altero sesquianno preparata, quidquam proficerent. Omni igitur humano subsidio desitutum se videns, meliorem in celo sibi medium quiescere, totanque spem suam in S. Josephi merita repositum, pridem erga eudem amanter affecta. Ut autem auxilium ejus et intercessionem deinereretur, noctu diuine gestare instituit cingulum sub illius invocatione benedictum; cumque vehementissimos urgeret dolor, laboranti parti applicare: addens ex Superiorum consensu quidquid vel per se facere ipsa vel curare per alios poterat, piorum operum, saffificiorum, mortificationum atque votorum; tanta cum fiducia, ut cum preciis novenas novem, vota votis, etiam per omnem vitam obligatur, adderet; non vereretur Mater Prioris aedicere: Certe esto Mater, quod, auxiliante S. Josepho meo, ipsum tibi lapidem vivens ac sana in manus sis traditura. Ergo cum intendisset quantum poterat devotionis effectum, et decimo die Junii anni MDCXLIX suis et Sororum perfusa lacrymus, inter eremeratus intolerabiles et sustinentium sociorum inimicorum, penitencia coram imagine Divi persistenter, per consuetos oratione vacatis ultra descendit tantus lapis, quantum oviu' vis, maxime gallinae parvum; quem ipsam manu sua citra dolorem extrahens, in manu tradidit Superiori, cui totis illum tam asseveranter promiserat. Et mox nullam in corpore, aut us per quas transierat partibus noxiam retinens vel lesionem, ad agendas Sancto auxiliatori gratias enim sodalibus se contulit, sanaque deinceps et incolumis, si que alia, totis septem annis supervixit.

B Ille de re, cum elapsu temporis satis indubitate esset prodigiosa curatio, conferta sunt publica Instrumenta varia die in Januarii sequentis anni, manu D. Guyot, subscriptifilio Sorore Maria Martens Priorissa, Sorore Catharina Martens infirmaria, quaque in qua fuerat patrum miraculum, Elisabetha Silbrouets: ex cupis ore ipse ego, qui istu' ex Trotonico libello, de quo pluribus infra, Latona feci, operi nostro inscrevera, cedem me audire esse memori, panis post rem gestam hebdomadis: ut et plures alias, nutriles sane, circunstantias, quas brevitatis causa credo a libelli auctore priuero issas, et ex sola tot retro annorum memoria nolo cum periculo erroris adiungere: tantum dico ror robustam, incessu valdum, ructa letam a me risam auditamque, et præter pallorem vestigium nullum cuiusquam infirmatius retinendum. Ipsam quoque lapidem appendi et tractare manibus, ore, qualem dixi, languescula summiuum, tresque uncus solidus appendentem: qui in sacello Dicit suspensus ad perpetuum rei memoriam fuerat, et ibidem etiam nunc ea' omnia stupore rerurat. Rerum (ut ex predicto libello et hoc et alio quo rebus posseque) cum heterodoxorum aliquis Medicina Doctor ante annos aliquot euindem lapidem consideraret, et modum quo dictam Religiosam, absque illa corporis sectione, noxa, vel dolore, omnes noverant asserebantque liberatam qui presentes aduerant, ipsaque infinitus requirentibus narrarat; ingenue fassus est, se quidem di-

versa circa religionem sentire: evidenter tamen convinci ut crederet, ejusmodi sanationem (consideratis meatum, per quos transeundum lapidi fuit, angustis et circumstantis aliis) omnem prorsus naturae facultatem excedere. Ad alia transeo.

C 71 Anno MDLIV matronæ cuidam filiolus erat quadrimus, et ipse ab arenosa concretione extreme afflictus; cui præmissa exploratione consueta, secundum meditabatur chirurgus, tentandam intradies paucos. Verum cum interea intellexisset ipsa quam mirabilem sese S. Josephus comprobasset in ejiciendo illo, quem jam diximus, lapide: plena fiducia ejus accessit sacellum, precibusque ibidem pro sanitate filii ardenter effusis, dormum rediens; puerum, quem inter cruciatu' dimiserat, vitæ mortisque sperandæ vel metuendæ ambiguum, prorsus sanum reperit, prout ex ipsius narratione acceptum hic descripsi.

D 72 Anno MDCXVIR perquam honestus sextam hebdomadem lecto affixus decumbebat, et nihil proficiens medicis inter mortuos pene jam numerabatur, propter impotentiam solvendar' urinæ: qui denun postquam ad S. Josephum, in valle Facontina cultum, spem erexit animumque; calculum egessit modice faba similem; et quod animo proponerat opere executus, plenam habuit sanitatem, ut ipse et uxor ejus testantur.

E 73 Eundem anno mulier quædam gravissimos et mulier, et puerum, calculo dolores patiens, animi propositum declaravit Confessario, quo constituerat S. Josephi patrocinium in valle Facontina implorare. Et ille quidem ronatus est ad alium aliquem Sanctum avertire devotionem ipsius, et illius eidem reliquias tralidit. Verum illa citra contemptum cajusquam, scrupulo sibi duens alium præ Josepho habere, quantumvis magni monitis ac virtutis Sanctum, perseveravit in eo solo, ut proposerat, invocando; et intra breve tempus omni dolore se liberam sensit, duolus emissis calculis: quorum alter pisum, alter amygdalam magnitudine æquabat: pro quo beneficio gratiam se curatori suo religiose exhibuit.

F 74 Anno denique MDCLXII, puella miserabiliter affixa lecto propter calculi edicacique commixtos dolores, rogavit matrem ut in sacello D. Josephi Missæ Sacrificium pro se curaret ad honorem Sancti offrendum, cui ipsa mater interesset. Quod dum sit, in suavem soporem lapsa, placidissime requievit: deinde experrecta magnam arenarum vim egessit, nullum prorsus dolorem persentiscaen, et revertenti a Missa matri hilariter exhibuit depulsam dolorum sonorum caussam; Deo ejusque Nutricia, cuius meritis se sanitatem beta commemorat, debito reddens gratiarum actiones; vegetaque deinde, citra ullum tormenti proteriti vestigium, perseverans.

G 75 Ad alterius generis necessitates varias, S. Josephi ope sublevatas, transe. Mulier quædam duodecimum annum in matrimonio sterilis, Bruxellis, ubi habitationem habebat, adverta Antuerpium et S. Josephi sacellum visitans; cum ex intimo cordis affectu per intercessionem illius problem a Deo posceret, insolito modo sensit communiori visuera, nec dia post semine concepto gravula, legitimo tempore enixa est Blenni; quem ut patrono suo grata sisteret, rursus Antuerpium cum infantulo venit.

H 76 Viro perquam honesto filius erat dissimilis admodum, cujus dissoluti mores nihil mitius quam parentibus ingentes molestias, familiæ dedecus prohibebantur. Mater autem filium videns nullis cuiusquam admonitionibus in rectam viam ad luci posse, ad S. Josephi confugit auxilium, novemdiadem devotionem assumens in sacello illius obvundam: pri expleta, continuo in alium honestum mutari filius, et molitas pessime vita consuetudines in pios castosque mores coepit convertere, itaque deinde magno matri

A matri solatio et auxilio fuit, profiteuti nullas satis gratias referri a se posse S. Josepho.

77 Hac in urbe mercatores nonnulli, societate initia, navem instruxerant mercibus in Hispaniam destinatis; de enjus interitu cum multi non vanis argumentis metuerent, volum pro ea fecere domini, et preces communiter in Dominici Nutritii sacello obtulerent, si forte misertus eorum Deus, per hujus merita maxim in portum vellet salvam adducere. Adduxit autem, sed non absque miraculo: ut enim proximus litteris testabatur navarchus, horrenda tempestate jactata navis, longo æquorū spatio aversa fuerat ab eo quem instituerat cursu: non alia autem quam divina virtute credebat se naveisque suam periculō tam manifesto subducētam: ideoque mercatores beneficiū Josepho rethlere acceptum, et gratitudinis testimonium reliquere anathema, hunc in finem oblatum.

78 Nobilis cuiusdam viri filius lethali afflictus ægritudine, vergebat ad extrema iudicio medicorum: sed pristina sanitati subito restitutus fuit, postquam firma fide ad probatam toties S. Josephi pietatem respergit pater: quare beneficij relati testem appendit in Facuntino ipsius sacello tabellam argenteam, die xviii Aprilis anni MDCCLXII. Similiter puella quadam pauperula, a medicis judicata incurabilem in mammilla gangra nana alere, que cruciatus ei pariebat intolerabiles; lacrymas cum precibus ibidem fudit, votique quotidiano interna pietatis cultu remanenare benefactorem suum, si ejus interventu obtineret sanitatem. Quo laeto, protestata est, nullum se ex eo momento amplius sensisse dolorem, suumque testimonium, etiam hoc die xxvi Maii anni MDCLXII, iteravit.

79 Plura alia praeterimus quia needum nobis usquequa cognita: ut quod vir quidam illustris omnibus corporis membris apertus, expeditum eorum usum S. Josephi meritis acceptum se referre, testetur hoc ipso, quod redditus sanitati, adeo se effuse liberaliter ostendat erga hoc sacellum. Item quod pia virgo, diuturnis forensium triearum difficultatibus pressa, et litibus preter ius acimumque intentatis; post insigne gratitudinis monumentum Sancto devotum, rationibus prorsus admirandis fuerit expedita, et a suis adversariis absoluta.

80 Hucenius N. Omazinus, in libello Teutonico de S. Josephi ejusque Intuerpiz cultu, ibidem edito Aera Christiana anno MDCLXII, quinto anno postquam in predicto sacello Facuntino ad promovendum Societati hominem, et subsulum Ecclesie militante atque purganti per communes privatasque orationes ferendum, ex auctoritate Urbani Papa vii et approbatione Gasparis Newii, nunc Cameracensis Archiepiscopa, tunc Episcopi Antwerpensis, capta est conscripsi S. Josephi confraternitas, magnis variisque indulgentiis invitata ad exercititia pietatis dicto fini proportionata, et in primis ad sacram, quod ibidem ruratur quot die, audiendum: maxime in festis quibusdam Sodalitio isti propriis, puta Virginea Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, SS. Josephi et Anne, atque per Octarum fidelium anniversarium, nec non feria quoque hebdomadis secunda.

C gauti per communes privatasque orationes ferendum, ex auctoritate Urbani Papa vii et approbatione Gasparis Newii, nunc Cameracensis Archiepiscopa, tunc Episcopi Antwerpensis, capta est conscripsi S. Josephi confraternitas, magnis variisque indulgentiis invitata ad exercititia pietatis dicto fini proportionata, et in primis ad sacram, quod ibidem ruratur quot die, audiendum: maxime in festis quibusdam Sodalitio isti propriis, puta Virginea Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, SS. Josephi et Anne, atque per Octarum fidelium anniversarium, nec non feria quoque hebdomadis secunda.

§ XI. Beneficia animis corporibusque curandis a S. Josepho exhibita in Galliis.

Huicenius ad: Facuntiae propria: qui sequuntur favores in variis animi ac corporis incommodis tollendis Sancti hugis cultoribus præstati (neque enim, ut nec productus hoc paragrapho, miracula ouæmus appellare, donec hoc eis nomen fuerit Ecclesie iudicio publico vniuersatum, ut sis, qui pliù honorandi Josephi exercitum in se aliisque cupunt promovere, ad manum esse possint, excerptissimus ex tractatu P. Pauli de Barru de devo-

tione erga hunc Sanctum, vulgato primum anno 1639. D

ac deinde ex eius cusa et recuso. Duobus ex capitibus vehementer difficile immo impossibile est colligere exempla opportuni subsidii, ad edendas animi perturbationes et passionum insolentiam refrrenandam, in Sancto Virginis sposo se invocantibus præstati: tum quia sunt plurimi, et maxime varii favores isti, modi tum quia ab illis fere servantur oculi, qui eos percipere meruerunt. Pater igitur inquit prædictus Paulus, ex multis proferam, ab his cognita, qui mea in spiritu directione usi, fecerunt ut ipsorum fide et experientia scirem, vix ullum esse præsidium efficacius ad uobilem aliquam de seipso victoriam referendam, quam S. Josephi patrocinium: crescitur experientium numerus, dum alter alteri spirituales suas necessitates subinde revelans, simul intelligit, quid suis, quos consultit, amicis hoc in genere usuvenit. Novi ego quibus impossibile videbatur ita refrænare lingnam, ut a mordacibus dicteris, acontentiibus cavillos, a colloqüs vanis abstinerent: novi quis concepta a personis quibusdam alienatio adeo exasperat, ut nec præsentiam carnem nec afflatum æquis auribus cœlisque admitterent; alios, quos ordinati amoris affectus, necessaria ad offici sui et orationis exercitium mentis attentione privaret; non absque excessibus periculis anime corporique: quibus omnibus remedio fuit S. Josephum in vota aduocasse.

82 Fuit eni triennio integro impura istuc flamma, intra cordis succensa penetrale, molestissima fuit. Sed cum dierni novem silentium sibi indixisset patiens in honorem Sancti, ea se liberari sensit: quapropter gratitudinis ergo, Litanias ejusdem quotidie recitare proposuit, exindeque nisi ipsas subinde negotiorum multitudine precepiente omittaret, colapinzentem se sathanam nunquam sensit. Alia persona eodem affectu agitata, iam pene nec somnum capiebat oculis, nec spem habebat reliquam perseverandi in suscepto Religionis habitu: suasim ei fuit ut novendiale ad Sanctum preicationem institueret, ad quam alie quoque Religionis socias se ferebant affliti: hac autem finita et corpore et animo rectiuscepit haliere puella, et in evi spatio prorsus libera extitit ab istiusmodi tentatione.

82 Sed ut animarum sie afflitarum miseranda conditio sit, multo tamen est miserrimior earum, quas ejusmodi aut aliae passiones alienas a divina amicitia et veterane damnationi obnoxias reddunt: sed et his auxiliatricem manum amat Josephus invocatus porrigit. Novi enim quandam Societatis F nostrae Religionis, qui amicos aliquos suos regavit, secum ut Novenam instituerent sacrificiorum Communionem ad honorem S. Josephi, eo fine ut Deus respectu meritorum ejus proximum suum cognatum, a cognato sacræ ecclesie ministerii addictum, ab in-risata vita licentia revocaret, in qua quartu*m* jaci quintu*m* annum voluntatur, nullis eiusquam monitis ad sui status decorum revocabilis. Valuit autem pia cognati sollicitudo perdito illi ad salutem: dum enim sacrificia et preci obuent conjunctim rugati, ita ut noster optaverat, et speraverat, accedit: et gravissima infirmitate afflitus est lecto, qui vitis suis eatenus immersus assurgere noluerat. Ut vero mortem sibi instantem vidit, extremis rite Sacramenta munendus, concepit melioris vita docende desiderium. Peractis autem omnibus in ea necessitate consuetis, cum prius propositum serua protestatione firmasset, coualnit sine mora, atque decrevit et se et sua omnia uni divina glorie promovendæ impendere in negotio quendam, quod tum Parisiis maximi momenti agebatur: in quo etiam nunc ad finem optatum urgendo strenue perseverat, intra modestas eximias sumque characteri congrue terminos se continens.

S. J. epiph
patricium
efficacissimum
per obstat,

ad sui
victoriam
obtinendam

E

quod genino
exemptio
prohatur

idem perditæ
vitæ juvenes
duos,

a cognato
Religiosa

B. religiosa

*et pascitibus
regnat.*

*as honestatam
reducit.*

*idem virum
adulterium
corrigit.*

*alteri gratiam
miserere
confundi
donat.*

*S. Josephi
invocatione
sanctatur*

*Pleuritis
incorribilis*

*post appar-
tionem ipsius
Sancti,*

A 84 Juvenis quidam Lugdunensis usque adeo erat deditus pietati ut divino servitio se in aeternum mancipare per ingressum alicujus Religionis decerneret. Hic cum a parentibus alind spectantibus praepeditum se in proposito vidit, ita paulatim a prima fervore, mox etiam a Dei timore dedecit, ut deinde in libertatis pudenda baratrum praeceps sit devolutus; assumens cum baltheo militari quidvis andandi et patrandi fiduciam. Afflxit ea res, ut debuit, parentes, non usque adeo a Deo alienos, ut nullam de salute filii curam gererent: multiplicant epistolas quibus ad se revocent, allegant amicos, tentant omnia; sed incassum: surdo enim canelatur tabula. Ergo consilium capiunt invocandi in auxilium S. Josephi: et ecce vix cœperant, cum in re triduum revertit dorsum perlitus ille, defictornis pomens; petitaque et impetrata a genitoribus suis venia erratorum, cum mormac vita emendationem promisit, quam cum magno illorum solatio exhibere pergit, et perget deinceps, uti confidimus, Sancto, cui commendatus est, adjuvante.

B 85 Ibidem Lugduni in ecclesia nostra, Sanetissimo Domini nutritio dicata, tabella cernitur ex pœnitentia votu affixa, que moderandis mariti sui excessibus alind nullum remedium inventum, pluribus frustra tentatis. S. Josepho non frustra se obstrinxit per votum. Hie enim viri illius annuum tam potenter mutavit, ut sue deinceps uxori fidelis, nunquam amplius ad impudicæ vita consuetudinem reverterit, nodus antea publicisque adulteri. Quodam insuper persona intelligens me hunc libellum meditari, pro ea quam erga me habebat fiducia, ingenue per litteras fissa est, quod cum in materia gravi et votum suum concernente haud leviter delinquisset, inducere annuum non potuerit ut peccatum Confessione expiraret. Igitur ut hunc pudoris importuni rebellionem vinceret, proposuisse ad dies novem hymnum cum Oratione de S. Josepho recitare: quo facto expeditionem se senserit ad peragendum debita cum integritate, contritione et emendationis proposito Confessionem: exindeque proposuerit jugiter penes se retinere aliquam ipsius Sancti iconem, etiam noctu adversus impura somnia valitaram; quod sibi multatum divinorum gradiarum occasio et principium finisse proficitur.

C 86 Sed hec, ut diximus, quanvis frequentia, sunt tamen ejusmodi ut ad nostrum notitium, nisi forte arctissima obligatam silentio, raro perveniant. Corporibus infernis allata auxilia faelius patientur homines in lucem venire: qui mox abscondere ea, ne sint et videantur migrati, etiam religioni sibi ducunt. Ergo ex his nomina seligana, que mihi certiora sunt ceteris, vel quia sub meis ipsius oculis gesta, vel quia collata aliis quos ego familiariter cognovi in hac urbe Lugdenensi; ubi nostri, absolutis studiis ante solemnum Professionem tertio anno probandi, domum habent et templum quod dixi S. Josephi nuncupatum.

D 87 Soror Joanna de Angelis, Ursulinarum Lundensium Priorissa, mortali plenitude in personæ periculosa vita adducta, desperantibus de ea medici, sanitati restituta est evidenti miraculo. Quod tamen, quia rite ab Episcopo loci approbatum, et impressa anno MDCXXXV relatione vulgarium est, plenus per omnes circumstantias describere superseedeo: modum dimicataxat ipsius sanacionis ex ipsiusmet que sanata fuit epistola visum est hoc bene breviter attexere: ita igitur illa: Capit, inquit, lethales spasmos velut mox expiratura pati, sensum quidem externorum omnium usu destituta, plene tamen eroupos rationis. Hoe in statu agenti oblatâ est visio magnæ ejusdem et candidæ nubis, intra quam ex una parte sedebat Angelus meus custos, speciem

referens formosi octodecim annorum adolescentis, flavo longoqne capillito ornati, et cereum manu ardente gestantis: ex altera gloriatus Pater meus S. Josephus, lucenti instar solis vulto, et maiestate plusquam humana conspicuus, cetera similis viro medicea intra quadragesimum et quadragesimum quintum atatis annum constituto. Huic capillito erat decorata atque prolixum castanei colori; et quemdam ex lectulo meo circumstantibus perquam blande et amanter intuens, ad me deinde converti visus est, dextramque manum imponere lateri, atque illud inungere oleo seu liquore quoddam; ex quo et latu meum humidum etiam post visionem reperi, eudem momento redditâ sunitati, et ab his presentibus significavi. Hec illa quæ nihil morata surrexit e lecto, in quo jam decimum quartum diem jacuerat, continua fœbi ad mortem impulsâ, inter punctiones acutissimas affecti lateris, nonaque venæ sectione omnibus sic exhausta viribus, ut nec movere ipsa se posset. Admiciati sunt ad tamen subitam mutationem omnes, sed nemo magis quam heterodoxus ex Calvinii schola Medicus, ubi scilicet cubiculum ingressus lectio vacuum quidem et omnes circu in genna prostratos vidit, ipsam vero, quam moribundam reliquerat, conspexit ex angulo sibi occurrentem in habitu Religioso, hilari vulta subridentem: quam sic sanata valenteaque cernens hunc primum aliquamdiu attenitus, tandemque professus nihil esse quod Deo impossibile sit, confusus recessit.

E 88 Ex hoc miraculo consequentum est aliud, videbat quod interna linea, que celestem ex affecto latere combibit unctionem, non solum constanter servat fragrantiam admirabilem (cujus ipsem testis fuit, tunc rami expertus cum illa religiosa Lugduno transiret) sed etiam curandoram in aliis morborum virtutem: ipsamque etiam communicat rosariis, numismatis, imaginulis chartaceis sibi cum invocatione S. Josephi applicatis. Ita paucis post patratum, quod dixi, prodigium hebdomadis, eni Dominum de Lauhardmont, quartum mensem gravidam, myasisset pleuritis, nec frustra adhibita remedia auderent iterare quatuor, qui eam curabant, medici, ne matri simul et futuri mortem accelerarent: inspiravit infirmi marito Deus, ut allate mpera S. Josepho medicinae virtutem vellent comfide experiri. Mittunt itaque Lundinum, qui isto in pericolo linternam predictum ab Ursulanis poscant, agrotanti applicandum. Quid illa cum maximo excipiens gadio, et affecto lateri fidenter adhovens, perfectum subito obtinuit sanitatem; atque intra paucas horas enixa est fetu, jam ante mensein, ut medici judicavere, extinctionem in utero.

F 89 Puer, nomine Clandius, Labergementi, quod Brescie castellum est, commorans, gravem et propria insolitam coxe unius inflationem patiebatur, quæ ad ipsos usque renes pertingens, ardente sembrim generabat infirmitate, et metu expertis ne vel claudus remainderet puer per relinquam vitam, vel dissiliens enormis ille tumor, propter humorum abundantiam gravius aliquod adserret incommodum. Omnes qui visabant agrum, non aliter nisi prono in ventrem corpore decumbere valentes, ingens illius tenetbat commissariatum: sed avunculum maxime Societas nostræ Religiosum; qui cum, ut ipse mihi retulit, didicisset nihil profectum esse per medicamina, a Matre conensibus medicis et pharmacoepis adhibita; statuit omnem conservandu nepotis fiduciam in S. Josephum collocare et mox oblatu in equis honorem Missæ sacrificio, infirmum de suis peccatis confessum. Dominico Corpore refecit. Deinde ejus charte que predictionem unctionem attigerat modicas carpens particulas, alteram puero deglutientiam delit, alteram parti affectae applicoit: relevatumque

*et unctionem ab eo
factam,*

E

*qua contactus
pannus,*

*et rursum
hoc res altæ
quævis,
puerperæ a
medivis
deposita,*

*et tumori
periculoso.*

*durationem
fortant.*

A mox puerum eodem die febris reliquit, inflatis partibus ita detumescentibus, ut intra tres quatuorve dies promptus fuerit et expeditus ad septem lencarum iter emetiendum in equo.

§ XII. Beneficia sanitatum Lugduni redditarum, et alia nonnulla.

Sanctimonialis ex cito, lapsa ab in umbili dolore,

5 Mortuos esse SS. Gratum et Marcellum ante S. Mercurialem indicat antiqua inscriptio, que in templo obitus, S. Stephani, nunc S. Mercurialis, legitur his verbis: Hic requiescent corpora SS. Grati et Marcelli, sepulta a S. Martiale Liviensi Episcopo cum Reliquiis prierorum, et cum mandibula B. Jacobi fratris Domini Alphei, Episcopi Hierosolymitani, cum quadam parte capituli Hieronimæ Prophetæ, quas de partibus Orientis secum detulit. Mortuus traditur S. Mercurialis anno cccc ergo ante illud tempus SS. Gratus et Marcellus, quorum festum sub ritu duplicitis Offici die xx Martii celebratur a Foro-livensis, uti in Catalogo generuli observat Ferrarius.

flexus,

illuminatur
a S. Marcello:

alias circus,

ut
a S. Mercurialis
ad S. Gratum
misus,

illuminatur

Joan. 14. 12

et baptizatur.

sepultura.

DE SANCTO URBICIO EPISCOPO METENSI AD MOSELLAM.

ccccxviii
ccccxxv.
xx mart.

Cultus sacer,

Paulus Hornefridi Longobardi filius, *Duximus Foro-Julienis*, in sua libello de numero sive ordine Episcoporum Metensem, decimumquartum statutum Urbicium, quem *Martyrologia MS. Ecclesiæ Praegenitam* jam ultimam inscriptum legimus. Secuti plures alii, ex quibus auctor *Florarsi MS.* ista habebet: Apud Methum civitatem B. Urbici Episcopi et Confessoris, anno salutis ccccxxviii. At S. Urbicium Episcopum et Confessorem appellant *Grecus*, *Caninus*, *Ferrarius*, et cum longa encomio *Saussains* in *Martyrologio Gallicano his verbis*: *Metis depositio S. Urbici Episcopi et Confessoris*, qui post *Expletium Sedis* hujus mobilissime gubernacula gessit: enque pendentio ne Religionis laude moderatus est ut in portum salutis creditum sibi populum feliciter migrans exeret: cuius laboris ac vigilantiae merito Beatus, glorie aeternae ademptus est premium. *Hoc Saussains*, quæ cunctumque *Episcopo Sancto attributum pos-*

1. sicut. In antiquo Martyrologio Metens hoc de eo reci-
tatur: Metis, depositio S. Urbici primi Archiepi-
scopi et Confessoris. Metensis in historiæ Episcoporum
Metensem pluribus indagat, quæ ratione fuerit
Archiepiscopus appellatus, quem Lector consulat, nos
cum aliis scriptoribus Episcopum servitus cognomina-
mus.

2. Annui obitus ejus assignunt Metensis fuisse deci-
num nonum supra quadringentesimum, adhuc sacrum
epus corpus primo sepultum in ecclesia S. Maximini in
Vixi, que uniuersum ecclesiarum, que sunt ab altera
parte Nelli fluvii, primo ereta fuit. Verum inde post-
modum delatum fuit extra urbem portam, quæ versa-

Germaniam abiit, ac depositum in parva capella Deo
sub invocatione sancti Episcopi Urbici dicitur: in qua
illud repertum fuit anno mœxi. Ad illud usque tempus
sepultura, felix memoria et opus sanctitatis ejus apud cives Me-
tenses continua traditione perseverarunt: unde et ipso
de inventione ac subservienti tempore, populus tanto fer-
vore honorandi soeras reliquias occurrit, ut Episcopi
exacti fuerint cum aliquam prohibitione modum impunere;
dum, quæ ad delatam venerationem spectarent, essent
sufficienter examinata et competenti formula declarata.
Cum postmodum ob bella anno MDL capella ista cum
pluribus aliis monasteriis et ecclesias raset destruenda,
corpus S. Urbici fuit in urbem repartatum ad ecclesiam
S. Eucharii, in qua depositum adseratur in parva
capsa, quam jussit fieri Dominus Cantor Ecclesiæ Ca-
thedralis, cum hic nomine et auctoritate Eurofi Cardi-
nalis a Lotharingia, urbis Metensis Episcopi, totam
translatio.

3. Hoc de S. Urbicio Episcopo Metensi, o quo Fer-
rarius ultimam statutum S. Urbicium Episcopum Mogun-
tium, citato Martyrologio Germanico Canitu. Verum
deceptus est ex parva differentia horum urbium in nomen
Germanico, quæ ad hunc diem legitur Metz, quo
urbs Metensis signatur, ut siepius alihi Meintz scribitur
quo Moguntia indicatur. Addit intermixtum Ferrarius de
illo agere Nicodanus Serarum in Historia Mogun-
tina: quæ sine dubio fecisset, si talcum inter Episcopos
Moguntios unquam extitisse aliquid cognovisset. De-
rum monit enim Officio Ecclesiastico hand colit, quod
de S. Urbicio Metensi volunt dicendum.

E

An alias
S. Urbicus
Episcopus
Moguntinus?

DE S. MARTINO DUMIENSIS ARCHIEPISCOPO BRACARENSI, Commentarius historicus.

ANOMADY.
PAP. 12

¶ 1. S. Martini veneratio, artas, Episcopatus,
Cœteria habita, testamentum.

ANNO DXXX.
XX MART.
Veneratio
sacra.

Celebri solennitate ad decimum tertium Kalendas Aprilis anniversario cultu resurgere dicitur, quo S. Martinus, cui nullum debet Hispania, ex hac vita ad celum migravit, testatur *Baronus in Annalibus ad annum 583 ann. 30.* Porro defunctum ab omnium sanctitatis opinionem, ut scribat *Marianus de Rebus Hispanie lib. 5 cap. 9.* Galicia et Lusitania pars in Divornum numero habent, ad tertium decimum Kalendas Aprilis festo dicitur: ad quin diem intalem ejus celebrant Ecclesia Bracarensis et Eborense, ut ex eorum Brevariis liquet. Quodquid nos extat *Breviarium Ecclesie Eborense, Ulyssione anno MCLXVIII excusum, prescribat novem Lectiones proprias de gestis S. Martini Bracarensis Archiepiscopi*, quæ ad Matutinum in Officio Ecclesiastico retrahuntur.

Moritur
anno 580

2. Flouuerunt codicem tempore Episcopi, et S. Gregorius Turonensis in Gallia, et S. Martinus Dumensis et deinde Bracarensis in Hispania, sed mortalia hujus libe
descripsit, qui pluribus post eum superfuit annis: com-
que ad annum quintum Childeberti Regis Austrasiorum
Francorum assignat lib. 3 Historia Francorum cap. 38
his verbis: Hoc tempore et B. Martinus Gallicensis
Episcopus obiit, magnum populo illi faciente plane-
tum. Nam Pauporæ ortus fuit et exinde ad visitanda

virilis in
Galicia non
anno 30.
F

sed circa 20,

loca sancta in Orientem properans, intantum se litteris induit, ut nulli secundus suis temporibus haberetur. Exinde Gallicam venit, ubi, cum B. Martinus Turonensis reliquie portarentur, Episcopus ordinatur, in quo sacerdotio impletis plus minus triginta annos, plenus meritis migravit ad Dominum. Versibus, qui super ostium stant a parte meridiana in basilica S. Martini, ipse compositus. Hoc Gregorius. Annus autem quintus Childeberti Regis indicatus est, 31, et vel fuen libri continuos conuenient in unum Christi dXXX, ut alibi nobis occurset est demonstratum. Qui autem in Sacerdotio ejus in Galicia referuntur peracti anni plus minus triginta, errore quodcum amannusim intrusi sunt pro annis plus minus vi-
ginti. Nam ut solum clavis erant a conversione Suevorum in Hispaniæ Aragonia perfidum ad Religionem orthodoxam, et a reliquis S. Martini Turonensis ad eorum Regem detulit: quo tempore hic S. Martinus in Galliam venit, et Episcopus est consueverat. Rex autem Suevorum ad fidem Catholicam conversus, et Thiodomirus sive Arianius, qui magis corrupte Charriacus appellatur a Gregorio Turonensi lib. 1 Miraculorum S. Martinus cap. 11. Inpus Regis anno in ipsis Calendis Maii, Era Hispanica dXXIX, sive anno Christi 51, celebratum fuisse Synodum Bracarensem primam indicat titulus prefatus. Dicitur erga crevatus fuisse post Kalendas Maii anni 518, aut initio sequentis ante dictas Calendas.

A 3 Quanam autem occasione memorati Regis conver-
sio ad rectam fidem contigerit, narrat citato loco Grego-
rius Turonensis: scilicet cum filius duci Regis gra-
vierat agnotare, et S. Martinus apud Turonenses olim
mortuus, multis effulgeret miraculorum virtutibus: Rex
pro salute filii misit ea munera: et cum uerdum filius
sanaretur; misit iterum suos maiores cum munere, ro-
vens in honorem B. Martini fabricare ecclesiam, si al-
quas ejus mereretur suscipere reliquias: uti ea late
prosueguntur Gregorius: cuius dea iriba sunt sequen-
tia. Cum elevate fuissent reliquie cum magno
trumpho, gestatores gavisi sunt valde...., et gratias agentes,
prospero, prosequente Patroni praesi-
dio, navigio, undis levibus, temperatis flatibus, ve-
lo pendulo, mari tranquillo, velociter ad portum Galli-
cie pervenerunt. Tunc commonitus a Deo quidam,
nominis Martinus, de regione longinqua, qui ibidem
nunc Sacerdos habetur, advenit. Sed nec hoc credo
sine divina fuisse pravidentia, quid eo die se
commoneret de patria, quo beatae reliquias de loco
levatae sunt, et sic simul cum ipsis pignoribus Galli-
cie portum ingressus sit. Quae pignora cum summa
veneratione suscipientes, fidem miraculis firmant:
nam filius Regis, dimissa omni regitudine, sanguis

B properat ad occursum. Beatus autem Marlinus Sa-
cerdotalis gratia accepit principatum, Rex unitatem
Patris et Filii et Spiritus sancti confessus, cum
omni domo sua chrismatus est : squallor lepro-
a populo pullitur, et omnes infirmi salvantur, nec
unquam sibi usque nunc super aliquem lepre mor-
bus apparuit. *Hæc S. Gregorius scriptis ante annum
DLXXX, quando scilicet in Gallia S. Mertinus vivebat
Episcopus.*

4 Praetare hec confirmat S. Isidorus Episcopus Hispalensis in Chronico Sueorum his verbis : Arax natione Galata effectus apostata et Arianus, inter Suevos Regis sui auxilio, fidei Catholice hostis emersit : cuius seductione Suevi a fide Catholica recedentes, in Arianum dogma declinant. Post unitios dein Reges regnum Sueorum suscepit Thendemirius, qui fidem Catholicam aleptus, Arianae impietatis errore destructo, Suevos unitatis fidem redditus. Hujus temporibus Martinus, monasterii Dumensis Episcopus, fide et scientia claruit : cuius studio pax Ecclesiastica reddita est et multa monasteria condita. Idem S. Isidorus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 22 ista scribit : Martinus Dumensis monasterii sanctissimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans in Galliciam venit : ibique conversis ab Arianae impietate ad fidem Catholice Sueorum populis, regulam

Illustris
opera præstat
G
tac adiumentum Catholicam Suevorum populis, regulam
fidei et sanctæ Religionis constitutum. Ecclesiasticos
informavit, monasteria condidit, episcopatusque præcep-
ta piae institutionis compasuit. Cujus qualem ego
ipse legi librum de Differentiis quatuor virtutum, et
aliud volumen epistolarum, in quibus hortatur vi-
te emendationem et conversationem fidei, orationis
instantiam, eleemosynarum distributionem, et super
culturam virtutum omnium pietatem. Floruit reg-
nante Thendomiro Rege Suevorum, temporibus il-
lis, quibus Justinianus in Republica et Athanagildus
in Hispaniis imperium tenuere. Hoc S. Isidorus,
mortuus iv Aprilis anno xxxxxvi, id est post obitum
S. Martini Dumiensis annis sex et quinquaginta. Vixit
autem S. Martinus in Galliis imperantibus primam
Justiniano, tum Justino junore ac Tiberio, quando in
Hispaniis dominabantur Reges Gothorum primum Atha-
nagildus, deinde Linba et Leovigildus, et apud Severos
Thodemirius, et eo mortuo Miro.

*de copia
convenientia
umensis,*
5. Appellatur S. Martinus a S. Isidoro Dunensis monasterii sanctissimus Pontifex, omissa Sede Bra-
cavensi ad quin postea ascendit, uti posteriores Imper-
atores et Reges joni indicatos etiam neglexit. Est un-
tem Damio monasterium nomine Bracarum singularis

observantia a S. Martino edificatum: cuius ipse fuit
primus Abbas et Episcopus, et ubi ejus honorem in Episcopalem Sedem erexit: cuius adhuc templum, sed mira antiquitas extitit suo tempore, sicut Garcias
Loibosa in Collectione Conciliariam Hispanam pag. 153.
At quos retro monasterium subditos accepit habeat Sedes monastica, non aequo liquet. In Concilio apud Lucam sub Theodosio Rege habito Era devi, ut est anno
Christi DLXIX, statutur Damus Sedes regni vi, et ad eam pertinere familia servorum. In divisione Episcopatum sueta a Rege Gothorum Wunibro, qui caput regnare anno DCLXXII, dicitur ad Sedem Dumensem per-
tinere familia regis, scilicet cum famulis et servis ante
regiam. Interfuit S. Martinus Episcopus Dumensis
Synodo Bracarense prima anno DLXI habite sub Metropoli Bracarense Luciferio: in quo plerique antiquorum hores unathematizantes subiecti sunt, et doctrina
Cœlestiarum generalium et localium Synodorum stabilita,
et cum iehras Episcops subscriptus Martini.

6 Memorato Lucretio, Episcopo primi in Suevorum regno Sedis Bracensis Ecclesie, suffectus traditur S. Martinus, et quo anno non liquet. Fuit hujus Sedis Episcopus Era **DCX, sive anno Christi **IXXXII**, quando Synodus Bracarensis secunda sui Episcoporum habita est anno secundo Regis Mironis, et considentibus Episcopis atque universo Clero presente, Martinus Bracarensis Sedis Episcopis dixit: In-**unctione** hoc Dei cedimus, provemisse, sanctissimi Fratres, ut per ordinationem Dominum gloriosissimum filii nostri Regis ex utroque Concilio conveniremus in unum; et non solum de visione alterius gentilium, sed**

et non sicut ne visione alterutri gratulemnr, sed etiam ea, quae ad ordinationem et discipulam Ecclesiasticaum pertinent, pariter conloquuntur. *Cum Nigimus, prius Sedis Luensis Ecclesias Episcopus,* prout responso annisset: *Martini Episcopus dixi:* Arbitramur vestram beatitudinem recordari, quia cum primum in Ecclesia Bravarensi Episcoporum Concilium congregatum est, post multo, quae ad concordiam recte fidei fuerant reborata; at quia tamen, que regularem sanctiorum Canonum continent discretionem, firmavimus: quorum utilitas et possit evidenter in memoriam reverari, ipsa, si nobis placet, epistola in vestra praesenta legatur. *Quia, omnibus desiderantibus, lecto, Martinus Episcopus dixit:* Haec ergo, que modo sunt recitata, quæ nobis tone aut varia, aut dulcia, aut incoerundatissima, auxiliante Deo, directa sunt, et suam inviolabiliter obtinent firmitatem. quæ autem in memoriā nisi venuerint, aut onerosum futū in primo illo concilio multis simili integrare necessarium videtur.

onilio multa simul ingerere, necessarium videtur F
odo ad notitiam vestrae caritatis deferri, in eo
peritalior prospectu, ut spirituali ventilitate examine
urgenitur.... Et quia, opitulante Christi gratia, de
nitate et rectitudine fidei in hac proximitate nihil est
alium, illud nobis specialius est agendum, ut, si
ad fortasse extra Apostolicam disciplinam per ig-
norantiam aut per negligentiam reprehensibile in-
veniatur in nobis, recurrentes ad testimonia sacra-
rum Scripturarum et antiquarum Curationum instituta,
Inhibitio communis consensu, omnia quae displicue-
ant, rationabili iudicio corrigitur. Dein primo pro
regula Sacerdotum praecepta ex epistola S. Petri
postoli praelecta sunt, ne tandem omnibus discussis,
item Caenae pro directione Episcoporum et Presby-
terorum statuti, etiamnam supersunt cum aliquod frag-
mentis. Tandem primus Martinus Bracarensis Metro-
politane Ecclesie Episcopus his gestis subscriptus,
absecuti sunt quinque sive provincia Episcopi, dein
Synodo Lucensi Nitigissimus subscriptus cum quinque
iam sive provincie Episcopis. Quia vero nulla ultius
Matiensis Episcopi subscriptio ostendit, radetur Marianus
eo supra indicato asserere, Dumniensem Ecclesiam
in Bracarensi confutata fuisse eum contributam;

Scriptis de
Differentiis
et virtutum,

Testamentum
S. Martini
lectus in
Concilio
Toletano 10.

A quod minus probamus. Certe ex solis subscriptionibus Conciliorum orto Episcopi Dumensis repertuntur, qui post S. Martinum ibidem sedebant usque ad excidium Hispanie, sive annum Christi CCCLXII, quarum prius nomine Joannes, interfuit Concilio Toletano in anno Christi DLXXXIX, id est, post obitum S. Martini annis novem: qui aut certe alius, rurante illud S. Martinus fons erat creatus Episcopus Dumensis.

7 De hoc huc agitur in parte testamenti S. Martini, in Concilio Toletano x citata, et apud Loysam pag. 500 relata his verbis: Delatum est ad nos in conventu sancti Concilii, ex directo gloriosi Domini nostri Recesvinti Regis per illustrem Wambanem, testamentum gloriosae memorie S. Martini, Ecclesie Bracarensis Episcopi, qui et Dumense monasterium visus est construxisse: ut reserato eo, quod hic memoratus beatissimus vir decrevisset, nostra cognitio patesceret. Quo testamento in omnium conventu relecto, comprehensum ex ordine memoratio Principe ad nos esse directum: quoniam idem gloriosae memorie sanctissimus vir decreverat, ut suerentibus per ordinem Regibus, ad complementum eius ipsius testamenti constitutio commendata maneret. Tunc deinde illatum est nubis testamentum

B Remiri, memoratio Ecclesie Dumensis Episcopi, qui de rebus suis in eadem Ecclesia decreverat examinatione veridica dirinendum. Quod tunc in isto Concilio cum esset factum, emeta disponenda, fuerant in discretum Venerabilis Fructuosi Episcopi Dumensis relata. Editum id decretum Kalendis Decembribus, anno VIII Recesvinti Regis, Christi DCLVI. Colitur S. Fructuosis XVI Iulii, Regulam monachorum ab eo conscriptam edidit Lucas Holsteinus parte 2 eiusdem Regulorum.

§ II. Libri conscripti. Encomium S. Honorati. Monasterium.

C It pluribus profasset, etiam post mortem, sanctissimus sicut ac doctissimus Martinus (utpote ipi, teste Gregorio Turonensi, nulli in litteris secundum eius temporibus habebatur) conscripsit varia opera; tesserum non annis virtutis ac pietatis quam ingenii et eruditio. Ex his testatur S. Isidorus se leguisse librum de Differentiis, quatuor virtutum, cuius horum mutum: Quatuor virtutum species multorum sapientum sententias desinunt sunt, quibus animus humanus componi ad honestatem vite possit. Horum primum est prudenter, secunda magnanimitas, tercia continentia, quarta iustitia. Singule tibi in oiliens, quae subsunt, annexae sunt, ac bene moratum virum efficiunt. Siebertus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 19 asserit, libellum hunc praetitulatum Honestae Vita formulum, et scriptum esse ad Theodosium Regem Galliciae. Hunc adiungitur in Bibliotheca Patrum alijs eius liber de Moribus, in quo hortatur lectorem ad faganum ritiorum, emendationem rite, et anorem virtutum.

9 Alia hujus opuscula olim adserita in bibliotheca Garsie de Loysa edidit in Martyrolo. Hispan. ad hunc XX Martii Tamani Salazar, sub hoc titulo. Liber B. Martini Episcopi Dumensis de repellenda jactantia. Item Equidem de superbia, postea Exhortatio humilitatis. Id quos hec opuscula furent directa, non ad tebutur. Aliud opusculum sequitur de Ira habitu, et effectibus, et quando lenitudo, et praefigitur ejusmodi inscriptio: Domino ne beatissimo nulli desideravissimo in Christo Patri Vniuerso Episcopo Martinus Episcopus. Subscripti predicto Concilio Bracarensi in Witmeri Auriensi Ecclesie Episcopus. Aurora hodie Orense ad amorem Minimorum, cuius Episcopus nunc subest Archiepiscopu Compostellana.

10 In Eudem Concilio Bracarensi prescribatur Canone 9, ut superventorum ipsius anni Pascha, quo

D Kalendam die, vel quota Luna debet suscipi, a Metropolitano Episcopo ministratur: quod veteri Episcopi vel reliquias Clerus breviculo subnotantes, unusquisque in sua Ecclesia, aveniente Natali Domini die, ad sancti populo post lectioem Evangelicam nuntient, ut introitum Quadragesime nullus ignoret. Non acquiescerat S. Martinus huic constitutioni a se potissimum in illo Concilio decreto, sed libellum insuperdecelebranda die Dominica Pascha composuit: quem una cum iam allegatis opusculis edidit Tamani Salazar. Verum quia in eo conculdit, Pascha nec ante xi Kalend. Aprilis, nec post xi Kalend. Maias celebrari licere, scilicet iuris antiquarum Latiorum Canonem, ab aliis dissensum est. Certe observat Gregorius Turonensis lib. 5 Hist. Franc. cap. 17 anno secundo Childeberti Regis, Christi DCLXXV, Pascha celebratum apud Hispanos XXI Kalendas Aprilis, ipso Equinoctio die, apud Turones multasque Galliarum civitates XIV Kalendas Maias iusta Victori Canam. Sed apud Italos in ria cyclum Alexandrinum eo anno Pascha sunt VII Kalend. Maias, seu die XXV Aprilis. Consuli potest Commentarius Burcheri in Canonom Victrici cap. 5 et 10.

E 11 Aliud studium fuit S. Martini valde utile Ecclesiis Hispaniarum et alias, sermone et rito Latino utensibus, dum Capitulo ix Orientalium Synodus Graeco conscripta sermone, quem optime callebat, Latina rediceret, aut ante corrupte edita emendaret. Sunt ra Capitula universem quatuor et octoginta post citationem Bracarensis in Concilium edita, cum haec prefatione: Dominino beatissimo aliisque Apostolicis Sedis honore suscipiendo in Christo Fratri Nitigis Episcopo, vel universo Concilio Luensis Ecclesie Martinus Episcopus. Sancti Canones, qui in partibus Orientis ab antiquissimis Patribus constituti sunt, Graeco primitus sermone conscripti sunt: postea autem succedenti tempore in Latina lingua translati. Et quia difficile est, ut simplicius aliquid ex alia lingua transferatur in alteram, simulque et aliud accidit, ut in tantis temporibus scriptores, aut non intelligentes aut dormitantes, multi praetermittant, et propterea in ipsis Canones aliquip apud simpliciores videantur obscura: ideo visum est, ut cum omni diligentia, et ea, quae per scriptores sunt immutata, simplicius et emendatus restaurarem: hoc simul observans, ut illa quae ad Episcopos vel universum pertinent Cle- rum, una parte conscripta sint; similiter et quae ad laicos pertinent simul admata; ut de quo capitulo aliquis sive voluntur possit celerius inventire.

F 12 Aliud S. Martini opus suggestum ante citatus Siebertus cap. 118 his verbis: Martinus Episcopus transiit per medium Diaconi Interrogationes et responsiones plurimas sanctorum Patrum in Dumensi coenobii. Constitutus horopus librum vi, de Vitis Patrum in editione Resurreciana, et Prologum inscribit Paschasius, Dominio venerabili Patri Martino Presbytero et Abbatи, ususque se jussum ab eo Vitas Patrum, Graecorum facundia studiose conscriptas, in Latinum transfore sermonem, exposcitque ut suo podice sermonem dignetur. Additur a Rosweido sub finem tomii Appendix ultima ad Vitas Patrum, inscribaturque Aegyptiorum Patrum sententiae, auctore Graeco incerto, Mariano Dumensi Episcopo interprete. Verum in epigrapho, quod habemus, et retulissimo MS. codice transcriptum, hic titulus praefigitur: Interrogationes vel responsiones Aegyptiorum Patrum, quas de Graeco in Latinum transtulit Martinus Episcopus in monasterio Dumense uno Dumensi. Coniungebantur in dicto retulissimo codice hi duo tractatus, in quibus multo plura, quam hactenus excusa sunt, continentur, licet aliqua etiam omittantur, quae modo edita in his tractatibus extant. Aliud S. Martini opusculum

Vita Bonesta
Vita formularum.

ad Theodosium
rum Regem.

de Moribus,

de jactantia,
superbia et
humilitate,

de ira

ad Vitimerum
Episcopum,

ad Notitgium
Ep. Lucensem.

Sententias
Patrum e
Graeco
transfert
aut per
Pascham
Diaconum,

aut per se.

- A opusculum, quod needum licuit videre, memoratur in antiquo Breviario Eborensi in Lectione viii Officii Ecclesiastici ad Matutinum, de rusticorum scilicet correctione, qui, cum fideles essent, honorem exhibebant idolis.
- 13 Testar etiam Gregarius Taronensis supra citatis, S. Martinum composuisse versiculos in basilica S. Martini appensos : quibus post alteras editiones in Bibliotheca Patrum recensis, adductur alii in refectorio collocati, qui ibidem legi possunt. Hie solum damus epitaphium, quod ipse stilum composuit constituentum in ecclesia S. Martini Taronensis a Theodomiro Rege constructa : et est huiusmodi.
- Pannonis genitus, transcendens aequora vasta,
Galliciae in gremium divinis nutibus actus,
Confessor Martine, tua hac dictatus in aula
Antistes, cultum institutum ritumque sacrorum :
Teque, Patrone, sequens famulus Martinus eodem
Nomine, non merito, hic in Christi pace quiesco.
- 14 Allegat demum S. Isidorus volumen epistoliarum, inter quas sursa tractatus aliqui jam indicati comprehenduntur : alix fuerunt ad viros per orbem cruditos scriptae, Vestigium horum colligimus ex epistola Fortunati praevis lib. 3 Carmine ad Martium Episcopum Gallicie, qui cum laudarat quod post Stoicam Peripateticamque censurauit se tyrocinio Theologie ac Theorie rursum in Gallis mancipasset : cui in dicta epistola respondit agnoscere se quod amor faciat, cum et immerentes exornet : et hoc inter alia suavissima verba addit : Cur tanen, bone Pater, in me rellectis, quod tuum est, ac de me publice profers, quod tibi privatum est ? cum prima sint vobis nota et secunda domestica : nam Plato, Aristoteles, Chrysippus vel Pittacus cum mihi vix opinione noti sint, nec legenti Hilarius, Gregorius, Ambrosius, Augustinus : quos si vel in visione noti sint, nec legenti Hilarius, Gregorius, Ambrosius, Augustinus : Quos si vel in visione noti fuerint dormitanti, nec ego vere sentire : eo quod copiae artium apud vos, velut in commune diversorum convenerunt : ipsa vobis tenacius haerent, que sunt celo propinquius, quia non oblectantimi tam pompa dogmatum, quam norma virtutum. Unde procul dubio celestium clientela factus es clientelarum. Sed quid ego haec ad te, o dulcis-sime Pater et vere Christi discipule, qui admirata Summa-ritam vinum miscens et oleum segreto decubanti, blandum mibi malagma porrexisti, mercedem pii operis relatrus, cum venerit qui se stabulario aera pensare debiti reppromisit; custodiens in vobis, Pontifex summe, quod coctulit, sciens suis oculis hoc placere dignissime, quod ipsam apud te vincit dignatio dignitatem.
- 15 Quapropter sacratissime, sincerissime atque amantissime Apostolicæ coronæ vestre plantas supra meum pectus stratis imponens, et ultimus ego meastra subdita vel pedum vestrorum reculatorium faciens, ita vestrae pietati avido desiderio me commendans, deposeo in Domino, ut inter peccatorem et Redemptorem mundi alter quodammodo mediator aedens, levigato delicto, probe Pater, reprobum reconciliis post reatum. Et quia vestrae fiducie pinguis accepi, pietatis vestrae filias Agnes et Radegundem una mecum devote, earum desiderio mandato, commendo : communiter supplicantis, ut apud D. Martium pro nobis verba faciens, tam filius intercessor accedas, qualis apud Dominum ipse tam promptus exhibet, cum cadaver exanimum non prius dimitteret, quam mors mortuum dimisisset. Est enim ratio consequens, ut per vos illuc nobis redeat spes patrocinii, quia ad vos hinc prodit pars Patroni. Coram Domino supplicantis, pte Pater, ut in gratiam vestram receptus, vel apud eos, qui vestri sunt commendati, sentiam tam oratione quam carmine, te
- Martin. T. III.
- doctore regi, genitore diligi, duce progredi, tuto muniri. Hec ibi. Prædicta S. Radegundis Regina mortua est Idibus Augusti feria iv, Childeberti Regis xii Christi DLXXXVII. Ast Agnes adjuncta præcerat illi in monasterio Pictaviensi Abbatissa : quas ambas tamquam subinde S. Martino instructas, appellat Fortunatus filias ejus spirituales : eosque illi commendat in carmine adjuncto lib. 3 cap. 2 hoc modo :
- Cum Radegunde humili supplex pia postulat Agnes,
- Ut commendatae sint tibi, sancte Pater ;
Et crescente choro per carmina sancta Sororum
Complacent Domino, te duce mite, suo :
Atque adscita sibi servetur ab urbe Genesi
Regula Cæsarii Praesulis alma pii ;
Qui fuit Antistes Arelas de sorte Lerini,
Et mansit monachus, Pontificale decus.
- Hunc S. Cæsarii Regulam editi nuper Lucas Holsteinius in Codice 2 Regularum Patrum Occidentis, Interim tam S. Radegundis quam S. Martinus inter Santos Ordinis S. Benedicti censemur a Trithemio, Hione et aliis : quod subservient temporibus ea monasteria suscepserint Regulam S. Benedicti. In eodem poemate cum S. Fortunatus conversionem orbis certinisset per Apostolos et S. Martinum Taronensem, ista addit :
- E
- 16 Martino servata novo Gallicia plande,
Sortis Apostolicæ vir tuis ille fuit.
Qui virtute Petrum, prechet tibi dogmate Paulum,
Jacob hinc tribuens, inde Joannis opem.
Pannoniae, ut perhibent, veniens e parte Quiritis,
Est magis effectus Gallisueba salus,
- et corporal
cum Apostolis;
- Scilicet quia Surros incolas Gallicie converterat : quoniam conversionem agriculturae comparat, atque inter alia sic habet :
- 17 Haeresis in ramis fidei pia germina fixit,
Quodque cleaster erat, pinguis oliva viret.
Quæ stetit exilis viduatis frondibus arbor,
Jam paritura ribum floret honore novo,
Inponenda sociis sine spe sicolnea tristis,
Præparat ad fructum, stereore culta, sinum.
Palmitis uva tumens avium laceranda rapinis,
Huc custode hono, non perti uva lacrima.
Rebus Apostolicis direxit vinitior antea,
Arva ligone movens, falce flagella premens.
Ex agro Domini labruscam excidit inertem,
Atque rauamus adest, qui fuit ante frutex.
De satione Dei zizania vulsit amara,
Surgit et aqualis locuficata seges,
Pastoris studio circum sua sejda recurrrens,
Ne Iupi intret, oves servat amore gregis.
- F
- Supportante manu trahit ipse ad pabula Christi,
Montibus instabilem ne voret error ovem.
Cujus vox refluens, plebi de fonte salubriter,
Urbibat aure fidem, porrigit ore saltem.
Hosti dauna quidem, Domino pia vota paravit,
Et commissa sibi dupla talenta resert.
- Vores Evangelicam expectans operarius altus,
- Ut sibi dicatur : Servile, perge, bone :
Quando fidelis enim milii supra panca fuisti,
Supra multa nimis constitendum eris.
Ecce tui Domini mollo gaudia letier intra,
Proque lallore brevi magna parata tibi.
Auditors eris vocem, Martine, beatam;
Sed Fortunati sis memor ipse tui,
Quiesco, precare Pater, videam tua gaudia tecum,
Sic placeas Regi, poste patente Petri.
- 18 Et hoc sicut, quo ex antiquis scriptoribus de S. Martino colligimus, et relatu digna judicurimus, omissionis nisi, qua a recentioribus referuntur, aut etiam sub nominibus Marci Maximi et Julium Petri circumferuntur, memoria monti, quod Tamara Salazar in Actis S. Fructuoso Episcopi ad xvi Aprilis pag. 677 prescribit, scilicet eavendum esse libris Juliani editis, in quibus tot errores, quot littere. Præter Dumensem
- et conversiones
Sororum
agricultura;
- et celeste
primum
excellit

*Monaesier
extincta.*

*Elogium de
ilio Roderici
Toletani*

*et Tamais
Salazar,*

*Acta Inventio-
nis Acunna
edita
Lusitanice.*

*In Hispanico
excido
recomendatur
Belgique
S. Martinus,*

levantur.

*In arca majori
conduntur :*

A monasterium alia a S. Martino constructa fuisse indicat S. Isidorus : at quemad situm, silent cum ipso antiqui. Cardosa in *Hagiologio Lusitano* nominat adhuc decem, Tamaius Salazar undecim, et singulorum situm indicat, si Magnatense exceptatur, de quo nullum rase silentium fatetur : de quo sibi etiam in *Brachetum Lusitanae Leander a S. Thoma*, qui de Dumensi et aliis monasteriis agit tomo 1, tractatu 2 parte 2 a capitulo 14 usque ad caput 32. Hos et alios similes curiosus lector audeat. Illorum hoco concludimus veribus Roderici Tolentini qui libro 9 de *Rebus Hispaniarum* cap. 20 ista scribit : Theodomirus Rex Suevorum, praedicatione Martini Dumensis Episcopi fidei Catholicae redonatus, eliminata spureta Ariana, Suevi restituit fidei unitati. Hic Martinus Dumensis Episcopus, religione, doctrina et fide praelarus, multa docuit et firmavit in Ecclesiasticis institutis : pro eius memoriis Ecclesia Gallicae adhuc gaudent. Eudem in doctrina fidei claram prædicat Lucas Tudensis in *Chronico mundi sub finem libri primi*. At Tamaius Salazar hoc eum elogio exornat in *Martyrol. Hisp. Domini in Galicia Hispaniae* S. Martini ipsius urbis Episcopi, post Bracarensem : qui, cum ejus prædicationis instantia, et glorioissimum verbo et exemplo facinorum existentio, Suevorum populum a fide Ariana contagionis heresi convertisset, et in fidei Catholicae norma et regulis collocaisset eundem ; doctrina erubens, sanctitate coruscans, miraculis fulgens, et fama conspicuus aeternam a Domino recompensationem Confessor inclitus advenit.

§ III. Corpus S. Martini xp̄ius reconditum et elevatum : Bracarum translatum.

Altius inter Dumenses Episcopos floruit seculo decimo rite sanctitate conspicuus S. Rudestudus, ejus *Acta* valde illustris redditus ad mensis hujus Martii primum ditem, et in *Commentario preceo § 3* diximus captus fuisse a Mauris anno *DCXXVI Ulyssiponem, Comaricatam, Bracarum, Asturiam, et vicinas urbes, ac tum monachas Dumenses fuisse in Asturicus montes, et non longe a Mindontensi urbe extraxisse altud monasterium, et Dumense eum appellasse, et S. Martino ob aliquas cedataas reliquias deducisse. In illa fuga corpus S. Martini Dumensis, clam in ejus antiqua Dumensi reconditum ecclesiu fuisse, dem elevatum, utque iterum sub majori ura reconditum actuadum anno *MDXCI invenitum*, ac Bracarum anno *MDCVI translatum vancut ex Actis Inventiniis Roderico de Acunna Archiepiscopo Bracarensi tomo 1 Hist. Bracar. cap. 73 editis. que ex sermone Lustino in Latinum translatu habet Tamaius Salazar ad u. Februarium, et sunt ejusmodi :**

20 Cum sova Saracenum irruptio totas fero Hispaniarum regiones invaderet, Bracarensis civitas et Dumense ciuolum depopulationis itidem angustias uira periclitare sensere. Sed ne in fidelis gentis pollutas manus sancte Reliquie devenirent, Christiani saera lipsana B. Martini Dumensis, et Bracarensis Praesul, quas Dunnii jacebant, acceptis secum in solumen aliquibus, in ipsa basilica silentio vallata considerant. At cum Saraceno jugo dissoluto et pacis tempore restituto, Christianus populus n tanta oppressionis media respiraret; non nullus suorum pignorum ecclesiam Dunnensem in ruinis elevans, in locum absconditi thesauri ligone instante, pervenit: illaque illic super binam columnam elevantes, ecclesiam Dunnensem restituere, et posteris tanti Patris memoriam reliqueru. Postea D. Emmanuel de Sousa Archiepiscopus Bracarensis, ut in suam sacras exuvias induceret ecclesiam, illas e columnis depositas, intra majoris arcu pavum ipsius Dunnensis templi, ut silentio cooperante aptius et procu[m] insidente nota, eriperet, collocavit. E vivis subiato D.

Emmanuele anteqnam ad desiderata procederet, cum locum quo saera considerat pignora, vix minus aut aliis agnoscet; facile tempore subsequeute notitiam luci populus lacrymabundus amisit. Postmodum Bracarensem infulam induit B. Fr. Augustinus de Castro, qui zelo, quo tenebatur, ut ejus Sancti decessores honorem debitum recipieren, præcepit, ut per omnes diaecesis Ecclesias supplicationes et orationes peragerentur. et ipse jejunis, elemosynis, et aliis corporis afflictivis operibus, omnibus præbuit exemplum : ut divina dignaretur miseratio, quod corpus sancti Portugalæ Apostoli Martini detegetur, cuius veneratio in Portugallense tanto cordis et viscerum affectu per tot secula prædicabant.

21 His et aliis motus cogitationibus, tanta efficacia Praesul venerabilis dum noctuque raptus est, ut in ecclesiam deveniens Dunnensem, majorem aram solo a quare præciperet : quo facto, protinus thecam marmoream invenerunt optimes, mira arte (ut illa ferebant tempora) elaboratam : quia in ejus fronte in theca affre exornata

maglypticis visuntur duodecim Apostoli effigiebus, in quorum medio sanctissimæ Triados imago, et in quatuor angulis symbola quatuor Evangelistarum, scilicet Angelus, Aquila, Leo et Ibo. Protinus omnes coepit hettia ipsumque Praesulem invadere : qui vocatis senioribus populi, a quibus primo de forma sepulcri super columnas extantis multa didicerat, ut thecam cognoscerent, alaci jussione præcepit. Illi omnia intuentes, illam esse aiebant quam supra columnas extitisse, sacramenta adhibito, deposvere; quamque invisere Reges Portugalie Joannes II et Emmanuel, Infansque Ludovicus, cum in Compostellam voti causa pergerent. Qua attestatione cognita Archiepiscopus thecam extractam in monasterium S. Fructuosi, licet populo Dunnense reclamante, perduci jussit, ut illic asservaretur, donec in Sede Bracarensi debitus extrueretur ad sacra pignora collaudanda locus. Ut traditionis depositum fides comprobaret indubium, Pontifex Augustinus thecam aperire proposuit, et illa qua erat prædictis pretate, vix sarcophagi operementum elevavit, cum tantus odor celestis ecclesian et circumstantium visera complevit, ut suavitatem attomiti potius aeterna gloria quam terrena patria potius credidissent. Ablime Pauli dictum comprobatum intuentes, Christi bonus odor sumus, gratias Deo summissis cordibus retulere. Quae Inventione confecta est Nonis Februarii, Anno Domini *MDXII*, Pontifice Maximo Innocentio IX, Portugallie F et Hispanie totius Rege Catholico Philippo.

22 Denum Anno Domini *MDCIV* Pont. Max. Clemente VIII, et Portugallie et Hispanie Rege Catholico Philippo III, translatum est sacrum Corpus S. Martini ex coenobio S. Fructuosi ad Sedem Bracarensem ; in ejus collocationis die civitas tripudiis, et choreis exultans, sue religionis, devotionis, cultus, apparatus, opini et hettia frumenta laxavit. Condita sunt sacra Lipsana in ara capella S. Marthas, iuxta S. Petrum Rabensem, ad latu dextrum majoris altaris ipsius Bracarensis ecclesie, inclusa in marmoreo tumulo deaurato et exculto, ad ejus calcem legitur inscriptione patria lingua conscripta, indicans translationis tempus.

23 Haec ex Acunna Tamaius, in quibus nonnulla nobis dubio occurruit, patissimum quia tomos primus Archiepiscoporum Bracarensium, qui Ulyssipone ad nos transmittebatur, incuria nautarum cum ultis libris periret. Ac primo Archiepiscopus Emmanuel de Sousa videtur eudem Acunna die Dieguis de Sousa *xcv* Archiepiscopus, de quo agit tomo 2 cap. 69 et seqq. Mortuus ibidem dicitur anno *MDXXXII*. An ergo Reges qui sacras reliquias dicuntur invaserisse sint statuendi Emmanuel, Joannes II, et hujus frater Ludovicus Infans, examinente Lustino. Additur ab Acunna dicto cap. 73 num. 5.

Ex

*corum
memoria
deperita,*

*in precio et
qua opera*

inventantur

*in theca
affre
exornata*

*deferuntur
in monaste-
rium S. Fruc-
tuosi.*

*cælestem
sprint
odore*

2 Cor. 14

*transfertur
Bracaram :*

*deponuntur
in marmoreo
tumulo .*

A Ex omnibus S. Martini Corporis ossibus, tantum unus radius desiderabatur, quem secum Religiosi detulere, cum Saracenorum crudelitate intuentes corpus considerant, et in Asturicos montes fugientes, non longe a Mindoniensi urbe aliud extruxerunt cœnobium, quod etiam Dumiensi vocitarent. illud S. Martino dedicantes. Quod liquet ex autographo

donationis, quam fecit Apala nobilis et devota fœminæ cœnobitis et Theodomiro Episcopo in honorem S. Martini; cuius reliquia noscuntur esse in Mindonio, et Dumiensi Sede, Provincia Gallæciae. *Cremum antiquos Episcopos Britonienses Mindonium migrasse et varios ita scilicet plane diversos a Ductiusibus late deduximus ad Vitum S. Rudesindi dicto § 3.*

DE SANCTO THOMA Patriarchia Constantinopolitano,

Commentarius historicus.

G. H.
VIDE SYNAX.
TOM. I MART.
PAG. 870

ANNO DCI
XX MART.

Tempus Sedis
anud aliquos
intricatum.

Intricatum est apud nouunlos tempus annorum, quibus sanctus hic Patriarcha præfuit Ecclesiæ Constantinopolitanae. Baronius in Annalibus annos Sedi ejus tribuit dnos et menses septem, ac creatum statut anno nevr, et anno decim ex hæ vita discessisse, uti ad dictus annos legi potest. Allegatur Chronologia Nierphori, in qua tamen ista legitur in Catalogo Byzantinorum Episcoporum: *v. Θωμᾶς Διάκονος τῆς αὐτῆς Εκκλησίας καὶ Σανταλέριος ἐπειγόντος οὐδὲν γένεται.* Quæ ita in tribus editionibus Latine proferuntur. *LXV.* Thomas Diaconus Ecclesiæ ejusdem et Sacellarius annos in, menses v. Annos tres a reliquis auctoribus attribui Sedi ejus ex sequentibus certo constabit. At menses quinque minorantur ab obitu Cyriaci successoris, hec Sedes ad menses fere tres vacarevit. Aliqua etiam hoenm quinque mensum occasio præbita in Chronologia Theophanis ad unum in Phœce Imperatoris, ubi ista habentur: Patriarcha Cyriaco e vivis erexit, Thomas Diaconus ejus et Sacellarius ejusdem Ecclesiæ ordinatur die undecimo mensis Octobris. Verum hauc locum Theophanus perturbatum esse non dubitamus, immo annum integrum, qui Phœce quintus est statuendus, desiderari, aut per aliquam ins. itiam omissum, aut postmodum expunctum: qui erat Theophani anno DMCIX, secundum. Erum nostram vulgarem unum prævii. Sed de hac re ab aliis agimus.

2 De Cyriaci obitu et substîntio Thoma omnia clare eruuntur ut auctore magis coæro in Chronico Alexandrino, et quidem ad Phœce annum iv in Indictionem ix ista legitur: Hoc anno Cyriacus Patriarcha Constantinopolitanus mense Hyperberetæo, hoc est Octobri apud Romanos xxxix die Sahlati obiit, funusque translatum est trigesimo ejusdem mensem die Dominica, et repositum corpus pro more in æde sanctorum Apostolorum. Annus tam fabebatur de vi, quinque in Solis xxvi, littera Dominicali B dies xxix Octobris incidit in Sabbathum et sequens in Dominicum Dux in eodem Chronico ad unum Phœce v, Indictione x ista legitur: Hoc anno mense Audyno, apud Romanos xxiii Januarii creatus est Patriarcha Constantinopolitanus Thomas magne Ecclesie Diaconus, et Patriarchæ Sacellarius et Ordinandorum examini præfectus. Postea ad annum vim Phœce Imperaturis, Indictione xiii, ita obitus indicetur: Hoc anno mense Bystro, qui est Romanis Martius, die xx, qui incidit in ferum sextum, moritur Thomas Patriarcha Constantinopolitanus, et xxu ejusdem mensis die Dominiæ terræ mandatur. Annus hæc erat xcix, quo cyclo Solis in littera Dominicali D feria serto concurrat in xx diem Martii, et Dominica sequens in xxii eiusdem mensis. Scilicet ergo S. Thomas annis tribus, et menses duobus excepto bido, si eterque dies et consecrationis et obitus includuntur, et sic usque ad sepulturam ejus possent censerri duo menses. Nicephorus Callistus lib. 18 Hist. Eccl. cap. 44 de S. Thoma ista tradit: Cyriacus Constantinopolitanæ urbis Episcopus, undecim annis in sacra functione transactis, Sedem eam Thomæ reliquit: qui Diaconi et Sacellarii in Ecclesia munus obiens, ad Pontificium thronum concendit.

Hic vero tribus annis et duobus non amplius mensibus sacro munere functus, impio Sergio Sedem cessit. Thomas iste domum maximam in ædibus Episcopaliis extraxit: quæ domus nomen a conditore acceptum, in hodiernum usque diem retinet, et Thomaitis vocatur. *Eisdem Sedis S. Thomæ tres annos et menses duos habent Græci in suis sacris fastis de quibus jum agendum.*

3 Eodem xx Martii, quo S. Thomæ obitus reseretur in Chronicô Alexandrino, inscripta est sacra ejus memoria Menologio, jussu Basilii Iunioris Imperatoris seculo x conscripto, et hoc legitur elegium: Et memoria sancti Patris nostri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani. Sanctus hic Pater noster Thomas propter excellentem snam virtutem, et summan prudentiam ac religionem Diaconus ordinatur magne Ecclesie et Sacellarius a sancto Patre nostro, et in miraculis patrandis maximo, Joanne appellato Jejunatore, regnante celebri et beato Mauritio, et post obitum hujus Joannis ejusque successoris in Episcopatu Cyriaci ordinatus est Patriarcha Constantinopolitanus, eumque Episcopatum gessit annos tres, menses duos Plurimum contra heresies decertavit, ipsosque hereticos pudore confudit: orthodoxam fidem doctrinam stabilitus, et ovile suum bene et ad Dei henepitium ac prescriptum administravit: Imperatores pios preclare instruxit, ac Senatui totique Sacerdotali ordini apparuit venerandus. Post hanc adversa valetudine correptus, gaudens et exultans, uti aquum erat, in coelum transcurrit. Eadem, demptis sub finem paucis, legitur in refusa Synaxario MS. Graeco collegii Claromontani Societatis Jesu Parisiis et Menoris crevis ac manu scriptis et apud Maximum Cytherium in Bzōz žylos, sed in his xxi Martii, at xix in dicto Synaxario, quo die in Menoris Graecis MSS. que adseruntur in bibliotheca Ambrosiana Mediolani, celebratur Translatio reliquiarum S. Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani: at xxii hujus ejusdem obitus sic obdormitio.

4 Qui supra landatur Patriarcha Joannes, cognomento Jejunator, colitur a Græcis 2 Septembribus in iunctis Menoris, Synaxario, et Menologio Basili Iunioris; in cuius parte excusa ut Ughello tomo vi Ital. sacra landatur ut vir singularissimi omnium recte factorum exempli, ac rara miracula, quibus clivit, indicetur. Ordinatus dicitur apud Theophanem xii Aprilis anno DMCXXII, virente ultro Tiberia Imperatore, ac moriens anno DMCIV cum anno XIII processet Ecclæsie, eni tunc subrogatus Cyriacus, quem xxix Octobris anni tecu et vivis discessisse super ostendimus. Sub his Patriarchis fuit S. Thomas Diaconus magne Ecclesiæ, quæ Sancta Sophiæ sive eterna Sapientie erat dicata, et Sacellarius, cujus inter alia officia erat illud, ut deduceret ordinandum in Sacerdotem, et staret ad imaginem Economi latu: prout, quoad partem primam, indicatur de S. Thoma in Chronicô Alexandrino his verbis: Σχετιζόντος γένετο τὸν Ιατρούς τοι εἰπόντα τῶν γεροτονῶν. Factus est Patriarchæ Sacellarius ac supra ordinationem, seu Praefectus ordinandorum

ob zelum
orthodoxar.
huius

et in aliis

Menoris.

F

alio u
S. Joanne
Jejunatore
creatus
Diaconus

et Sacellarius,

F

Cyriaco, 29
Ovob. anni
606 defuncto.

subrogatur
S. Thomas

23 Januarii
anno 607.

Martini 20
Martini anni
610.

subrogant
domum in
Patriarchia.

A ordinandorum in Sacerdotes. *Inter excerpta Leonis Alattii Sacellarium propositum tunc pikkorata yezopteribzoz ei⁹ wžia.* Adducit ordinandum in Sacerdotem. *De aliis Sacellarii officiis plura leguntur apud Codinum Curopolatam de officiis Constantiopolitanis, ejusque interpres Gretserum et Guarem: et nos utibi varia diximus, ut 13 Februarii ad Vitum S. Gregori Papae 2 num. 3.*

S Florebat eodem tempore S. Theodorus Syceota e celebri Archimandrita electus Episcopus Anastasiopolitanus, cuius Acta ab eis discipulo conscripta, et in vii Synodo Generali Actione 4 londata datur sumus xxii Aprilis, a Liponiano primum elita. Ex his sequentia ad S. Thomam ritam spectantem decerpimus. Ita ergo incipiunt sequentia de S. Theodoro: Cum in oppidis finitimi supplicationes fuerint, et crues, quæ gestari solent, horribili miserandoque spectaculo per se concuterentur et commoverentur: interrogans vir divinus, quid sibi id vellet, responsum: Deum, o filii, precibus placate, quoniam magna mundo imminent calamitates. Domitus autem Patricius vir clarissimus promiserat, se auream crucem ad supplicationis adorationisque usum efficeret. Itaque misit vir sanctus Epiphanius Diaconum ad illum. Qui cum donat sacras Reliquias Crucis imponendas

B aurifici aurum dedit, Diaconum rogavit, ut tantisper moraretur, dum aurifex opus conficeret. Et sanctissimus Patriarcha Thomas, qui post beatæ memorie Cyriacum, in Pontificia Regie civitatis Sede successerat, laudata viri glorijs pietate, dedit eis ipse particulari venerandi ligni sanctæ Crucis, particulam sancti sepulcri Salvatoris nostri Dei, et velli particularam sanctissime Dei Genitricis, conjiciendas in umbiculorū illius Crucis, quæ ex auro conflabatur.

C Quæsivit autem ex ipso Diacono, nrum verus fuisse ille crucium motus, qui in regione Galatarum factus fuisse dicebatur. Cumque Diaconus id affirmasset, valde timuit beatissimus Patriarcha, et sollicitudine plenus epistolam scriptis ad servum Dei, rogans eum, ut quam celebriter al se in civitatem regiam proficeretur... Ingressus igitur in urbem regiam, a beatissimo Thoma Patriarcha honorifice et magno cum gudio suscepit est. Et cum inter se consulutassent, auctoritatem discipulum suum Iohannem, et vita sanctitatem ac moros ejus commendans petiūt, ut eum monasteriorum Praefectum constitueret. Quod statim fecit sanctissimus Patriarcha, palliumque tribuit, et premisit ad sancta monasteria. Phocas eis Imperator eum accersendum encavit: mauum enim ac pedum doloribus exercitatus jacabat. Sancto igitur viro ingresso, et manus suas illi imponente atque preante, sublevatus Imperator, rogavit eum ut pro se pieque imperio precaretur. Quamobrem adiunxit eum vir sanctus, ut ab hominum afflictione et sanguinis effusione temperaret, si preces suas a Deo vellet examinari. Cum autem ab Imperatore discessisset, rogavit eum beatissimus Thomas Patriarcha, ut prosua in illum benevolentia apud se diverteret, et Denim obsecraret, ut in celesti vita simul inventirentur. Et quæsivit ex eo, an verus fuisse admirabilis ille crucium in suppliciis motus. Quod eum verum fuisse intellexisset, corpit orare virum sanctum, ut indicaret, quid signum illud portenderet. Tum Sanctus reconsarit, sequi affectum atque humilem dicere, nec scire, quid responderet ad interrogata. Prostratus ille ad pedes ejus, se surrecturum negavit, nisi in eis resibi mortem gereret: Scio enim, inquit, tibi non signum hoc

solum, sed alia multa esse nota: neque enim illud ad hunc usque diem neglexisti. Quod si neglexisses, tamen patet tibi, si petieris a Deo. Cum igitur se desiderio ejus satisfacturum promisisset Christi servus, eum surgere coegit, et lacrymans: Nolebam, inquit, te affligi, neque enim expedit, te hæc scire. Veram, quando ita vis, scito ea crucis concusione multa nobis gravia molestaque praenuntiari. Significat enim plurimos a religione nostra defecturos, et barbararum gentium incursiones, et magnam sanguinis effusionem, et ingens exitium, et in universo orbe seditiones fore, et sanctas Ecclesias desertumiri, et divini cultus atque imperii interitum et adversarii adventum appropinquare. Reliquum est, ut tamquam gubernator Ecclesiae et populi pastor, Deo totis viribus assidue supplices, ut ignoscat populo, et pro misericordia sua haec omnia moderetur.

E 7 His auditis, beatissimus Patriarcha magno timore mortis inquietus correptus, cum lacrimis cœpit regare sanctum virum, ut Deum obsecraret, quo animam suam tolleret, antequam ab illis calamitatibus opprimeretur. Cumque vellet S. Theodorus in patriam redire, quoniam quietis et silentii sui tempus adventabat, id illi non permisit beatissimus Patriarcha. Incluiderat enim rumor, civitatem haud eti⁹ dat mansionem, ergo petit preces ad mortendum; F intelligit se eod die moriturum.

in Ecclesiam non parvum labore perduxit. Qui cum ad sanctissimi ac Deo dilecti Patris sepulcrum genua curvaret, caput in terram dimitteret, pro sua sospitate rogaret; tantas continuo vires suum corpus de incorrupto illius corpore accepisse persensit, ut absque labore ipse ab oratione resurgeret, absque adminiculo vel ministri ducentis vel baculi sustentantis ad hospitium rediret: qui post dies paucos, roborata ad integrum virtute, viam, quam disposuerat, peregit.

67 Erat in monasterio quadam, non procul inde posito, adolescentis ea, quænā Graeci paralysin vocant, infirmitate omni membrorum officio destitutus: unde Abbas ipsius, sciens in monasterio Lindisfarnensi medicos esse peritissimos, misit eum illo, rogans, infirmanti, si quid possent curationis, conferrent. Qui cum, suæ quoque Abbatæ et Episcopo jubentibus, diligenter illi assisteret, et quidquid nosset erga eum industrie medicinalis impenderent, nihil omnino proficere valebant: quin potius crecebat morbus quotidie, et paullatim in deteriora vergebat, adeo ut, excepto ore, nullum pene membrum posset loco movere. Cumque a carnalibus medicis, dum frustra laborantibus, desperatus ac desertus jaceret; confugit ad divinum cœlestis medici auxilium, qui in veritate petitus, propitius fit omnibus inquirantibus nostris, et qui sanat omnes languores nostros. Rogavit namque ministrum suum, ut aliquam sibi portunculam de incorruptilibus sacri corporis afferret ex viis; quia crederet per hujus se virtutem ad gratiam sanitatis, Domino largiente reversum. Qui consulto Abbatæ, attulit calceamenta, quæ viri Dei in sepulcro pedes induerant; et ea pedibus dissolutis ægroti circundedit: siquilem primo a pedibus eum paralysis apprehenderat. Fecit autem hoc noctis initio, eum tempus requiescendi adesset: statimque ille planidum dimisus in soporem, procedente intempestæ noctis silentio, cœpit alternis palpitare pedibus, ut palam qui vigilabant et videbant, ministri adverterent, quia donata per reliquias viri sancti virtute medicandi, sanitas optata a plantapeïnum per cetera membra esset transitura. At ubi consuetum in monasterio nocturnæ orationis signum insonuit, excitatus sonitu, resedit ipse. Nec mora, solidatis interna virtute nervis artunque compagibus universis et dolore fugato, sanatum se esse intelligens, surrexit, et

in gratiarum actione Domino omne nocturna sive matutina psalmodia tempus stando persolvit. Mane autem jam facto, processit ad ecclesiam, videntibusque et congratulantibus universis, circumivit loca sancta orando et suo Salvatori sacrificium laudis offerendo. Factum namque est, ut pulcherrima rerum conversione is, qui dissolutus toto corpore illuc in vehiculo perlatus fuerat, inde strictis firmatisque membris omnibus, domum per se rediret incolumis. Ude meninisse juvat, quia haec est mutatio dexteræ Excelsi, enjus memoranda ab initio mirabilia mundo fulgere non cessant.

68 Nec praeterendum arbitror, quid miraculi celestis etiam per reliquias sanctissimi oratori, in quo Pater venerabilis solitarie Domino militare conseruerat, divina pietas ostenderit: quod tamen urum meritis ejusdem beati Patris Cuthberti, successoris ejus Edilwaldi, viri æque Deo dediti, ascribendum sit interius arbiter noverit. Neque aliqua ratio vetat, utriusque merito factum credi: committante etiam fide reverendissimi Patris Felgildi, per quem et in quo miraculum ipsum, quod refero, sanationis completum est. Ipsa est qui tertius ejusdem

*Paraliticus per
opus calceæ
menta.*

*corpus
reconditur*

*Eadberit
Episcopi
coronæ
adjuncta.*

*miraculis
dilecti:*

*f
curantur ad
sepulchrum.*

*Edilwaldus
successor S.
Cuthberti in
insula solita-
ria.*

ACTORE
BEDA.

A dem loci et militiae spiritualis haeres, hodie major septuagenario, in magno vita futura desiderio, terminum presentis expectat. Cum ergo viro Dei Cuthberto ad coelestia regna translate, Edilwaldus ejusdem insula et monasterii colonus existere cōspisset qui et ipse multos antea per annos in monachica conversatione probatus, rite gradum anachoreticae sublimitatis ascenderat; reperit, quia parietes prafati oratorii, qui tabulis minus diligentem roaptatis erant compositi, longa essent vetustate dissoluti, et separatis ab invicem tabulis, facilem turbinibus probuissent ingressum. Sed vir venerabilis, qui coelestis aedificiis magis, quam terreni decorem querebat, sumpto feno vel argilla, vel quidquid hujusmodi materia reperisset, stipaverat rimulas, ne quotidiani imbriri sive ventorum injuriis, ab orandi retardaret instantia. Cum huc igitur Edilwaldus, ingressus locum, vidisset, postulavit a frequentibus se Fratribus pelliculam vitali, eamque in illo angulo, quo et ipse et predecessor eius beatus Cuthbertus, sapienter stare vel genu flectere solebat, clavis affixam, violentius procellarum opposuit.

dein Felgildus. At postquam iij se quoque, expletis ibi duodecim continuis annis g, gaudium superius beatitudinis intratu-

g B vit, ac tertius lucum emodem Felgildus incolere coepit, placuit reverendissimo Lindisfarnensis Ecclesie Pontifici h Eadfrido, dissolutum vetustate oratorium illud a fundamentis restaurare. Quod dum esset opus expletum, et multi devota religione a beato Christi athleta Felgildo postularent, quatenus aliquam illis particulam de reliquiis sancti ac Deo dilecti Patris Cuthberti sive successoris eius Edilwaldi dare debuisse, visum est illi, divisam particulatum memoratam pellentiam potentibus dandum. Sed datum erat enim aliis, prius in se ipse, quid haec virtutis haberet, expertus est: habebat namque vultum deformi rubore simul et tumore perfusum, cuius quidem futuri in eo languoris et prius, enim adhuc communis inter Fratres vita degeneret, adspicentibus in facie ejus signa patebant. At enim in solidum remotus, minorem corpori cultum, majorem adhuc retinentiam, et quasi diutino carcere inclusus, rarius vel foti solis, vel neris uteretur afflatus, excrevit languor in majus, faciemque totam timenti ardore replevit. Tineus ergo, ne forte magnitudine hujusmodi infirmitatis solitarium deserere vitam et communem necessa esset conversationem repetrere, fidei usus est presumpcio, speravitque se illum opio curandus, quorum se mansionem tenet et vitam gaudet ut imitari. Mittenensio prestat partem

C pelliculam in aquam, ipsa aqua levit faciem suam: statimque tumor omnis, qui hanc obliterat, et scabies soda recessit: juxta quod nulli et primo religiosos quidam Presbyter hujus monasterii Gyvensis indicavit, qui se vultum illius et primi tumentem ac deformem nosse, et postea mandatum per senestram manu palpasse referebat: et ipse postmodum Felgildus retulit, adstrenens quia res ita, ut Presbyter narraverat, esset expleta: et quod ex eo tempore, cum inclusus per multa annorum curricula maneret, ut prius, immunem ab hujusmodi molestia vultum semper haberet, agente gratia Dei omnipotentis, quo et in praesenti maulto, et in futuro omnes cordis et corporis nostri langores sanare consuevit, satiansque in bonis desiderium nostrum, sua nos in perpetuum misericordia et miseratione coronat in secula seculorum. Amen.

^a Ergo anno 658. — b Redi lib. 4 cap. 30, in novo loculo. —

^c Ibidem, transagere. — d MSS. noctal. — e Celsus est eu dle S. Bedebei reverentia. — f Consecratus et erat Episcopus anno 650, mortua anno 739, die 7 Novemb. unde du postea vita, cum Beda ista scriberet. — g De S. Edilwaldi nec Edilwaldus agimus 23 Marti. — h Eadfrido hanc vitam inscripsit Beda — i MSS. uservatur

APPENDIX

Sublata paralysis et languor oculi

Ex libro Hist. Eccl. Bebx cap. 31 et 32.

*E*rat in codem monasterio Frater quidam, nomine Beadwegen, tempore non paucō hospitum ministerio deserviens, qui nō usque superest, testimonium habens ab universi Fratribus cunctisque supervenientibus hospitibus, quod vir esset multe pietatis ac religiosis: injuncto sihi officio superna tantum mercede gratia subdilius. Hic cum quadam die lenas sive saga, quibus in hospitali utebatur, in mari lavisset, rediens dominum, repentina medio itinere molestia corporali tactus est: ita ut corrues in terram et aliquid pronus jacens, vix tandem resurget. Resurgens autem sensit dimidiā corporis sui partem a capite usque ad pedes paralysis languore depressam, et maximo cum labore barculo innitens, dominum pervenit. Crescebat morbus paullatim, et nocte superveniente gravior effectus est, ita ut die redeunte vix ipse per se exurgere aut incedere valeret. Quo affectus incommodo concepit utile mente

Curatur
paralysis,

consilium, ut ad ecclesiam, quo modo posset, perveniens, intraret ad tumham reverendissimi Patris Cudberti, ibique genibus flexis supplex supernam pietatem rogaret: ut vel ab hujuscemodi languore, si hoc sibi utile esset liberaretur; vel si se tali molestia diutius castigari divina providente gratia oporteret, patienter dolorem ac placida mente sustinet illatum. Fecit igitur ut animo disponuerat, ei imbecilles artus baculo sustentans, intravit ecclesiam, ac prosternens se ad corporis viri Dei, pia intentione per eum auxilium Dominum sibi fieri propitium precabatur. Atque inter preces velut in soporem solitus, sensit (ut ipse postea referre erat solitus) quasi magnam latamque manum caput sibi in parte, qua dolebat, teguisse, eademque tactu totam illam, que languore pressa fuerat, corporis sui partem, paullatim fugiente dolore ne sanitate subsequente, ad pedes usque pertransisse. Quo factum oī vigilans sanissimus surrexit, ac pro sua sanitate Domino gratias denuo referens, quid erga se actum esset Fratribus indicavit: cunctisque congaudentibus, ad ministerium, quod sollicitus exhibere solebat, quasi flagello torbante castigatio rediit. Sed et induuenta quibus dico datur corpus Cudberti vel vivum antea vel postea defunctum vestierant, etiam ipsa a gratia eundandi non vacarunt: sicut in volumine Vitae et virtutum ejus, quisque legerit, inveniet.

et languor
occult.

2 Nec silentio preterendum, quod ante triennium per reliquias ejus factum, nuper mihi per ipsum in quo factum est Fratrem immotuit. Est autem factum in monasterio, quod juxta amneni Dacore constructum ab eo cognomen accepit, cui tunc vir religiosus Sudbortus Abbas jure praeftuit. Erat namque in eo quidam adolescentis, cui tumor deformis palpebram oculi fodaverat, qui cum per dies crescens oculi interitum minaretur, curabunt medici hinc appositis pigmentorum fomentis emollire, nec valebant: quidam abscedendum esse dicebant, alii hoc fieri motu majoris periculi veterabant. Cumque tempore non paucō Frater praeftus tali incommodo laboraret, neque iuvenis oculo exitum humana manus curare valeret, quin potius per dies augesceret; contigit eum subito divina pietatis gratia per sanctissimi Patris Cudberti Reliquias sanari. Nam quando Fratris sui corpus ipsius post multos sepulture annos incorruptum repererant, tolerunt partem de capillis, quam more reliquiarum regantibus auicis dare vel ostendere in signum miraculi possent. Harum particularum reliquiarum eo tempore habebat

penes

operimento
partitum orato-
rii S. Cudber-
ti, in vultu
mundatur.

i

S. Willibor-
dus

Edilwaldus

A penes se quidam de Presbyteris ejusdem monasterii, nomine Tridredus, qui nunc ipsius monasterii Abbas est. Qui cum die quadam ingressus Ecclesiam, apergisset thecam reliquiarum, ut portionem earum roganti amico præstaret, contigit et ipsum adolescentem, cui oculus languebat, in eadem tunc Ecclesia adesse. Cumque Presbyter portionem (quantum volunt) amico dedisset, residuum dedit adolescenti, ut suo in loco reponeret. At ille salubri instinctu admonitus, cum accepisset capillos sancti capitis, apposuit palpebre languenti, et aliquandiu tumorem illum infestum horum appositione comprimeret ac molire curabat. Quo facto reliquias ut jussaret sua in theca recondidit, credens suum oculum capillis viri Dei, quibus attactus fuerat, ocyus esse sanandum. Neque enim eum sua fides fecellit (erat enim, ut referre est solitus, tunc circiter horam secundam diei.) Sed cum alia, queque dies ille exigebat, cogitaret et faceret; imminentे hora ipsius diei sexta, repente contingens oculum ita sanum cum palpebra inventit, ac si nihil unquam in eo deformitatis ac tumoris apparuisse.

ALIA VITA

B Auctore eodem Beda carmine scripta.

Benevolē Lector, Constitucramus hic subjecere hanc Vitam, ut supra in Commentario p̄cōvio insinuārimus, potissimum quia vi Martii ad Vitam SS Kneburgæ, Kueswithæ et Tibbae § iv probavimus Alfridos dnos Reges, filios Regis Osƿii, apud Nordanumbros regnasse, productis ex hoc poemate aliquot versibus. *Veturum* quia illud extat excusum, et moles videtur nonium ex crescere, etiam in ipsius S. Cuthberti Actis, Translatiōibus et miraculis, cogimur hanc Vitam omittere.

TERTIA VITA

Auctore monacho Lindisfarnensi coævo.

Ex variis MSS. Codicibus.

PROLOGUS.

Praeceptis tuis utinam, sancte Episcope Eadfride, et totius familiae tam affectu valeam parere quam voto. Est enim mibi, et hoc opus arduum, et me intelligentiae facultas exigua. Ego autem quod ad me pertinet, etiam si delicate materiae b superer quantitate, satis halieo, iussioni vestrae possibilis tis mea, obedientiam non defuisse, que tametsi ministerium minime explevit injunctum, certe debitum exolvit obsequium. Vosque deprecor, ut, si quidpiam secus quam voluistis, provenerit. imbecillitatem neam atque onus impositum a quo jure perpendentes, imperfecti laborem negotii, officii magis aestimetis quam meriti. Maximum enim indicium erga vos mere reverentie est, imperitis vestris amplius me impendere voluisse, quam possim. Quod si dignum aliquid vestrae lectioni consecero, id erit profecto divini munieris. Tum etiam benevolentia vestra inertes quoque ad profectum excitat, nec dubitatur ipsorum fide perficiendum, quorum est adhortatione susceptum, cum mihi quoque fiducia sit peragere posse, quod præcipitis, qui id tam confidenter injungitis. Quis namque non intelligit, vestris orationibus jam presumptum esse, quod etiam per me creditis adimplendum? Magna namque cum letitia suscepit vestrae caritatis imperium. Etenim ingens mihi loerum est atque utilitas, hoc ipsum quod recordor S. Cuthberti. Est siquidem perfecta via ad virtutem illum scire quis fuerit. Ideo ut breviter dicam omnia que de eo sermo refrenda jactavit, credite, et minima vos estimate de maximis audisse: non enim ambigonee

vos potuisse omnia cognoscere. c Igitur Vitam S. Cuthberti exscribere exordiar, et qualem se vel ante Episcopatum vel in Episcopatu gesserit, quamvis nequam ad omnes illius potuerim pervenire virtutes: ideo enim ea, in quibus ipse tantum sibi consensu fuit, nesciuntur, quia laudem ab hominibus non requirens, quantum in ipso fuit omnes virtutes suas latere voluisset. Quamquam etiam ex his, quae nobis comperta erant, plura omisimus, quia sufficere credidimus, si tantum excellentiora notarentur; simul et legentibus consulendum fuit, ne quod alius pararet copia congesta fastidium. Obscurò itaque eos, qui lectri sunt, ut fidem dictis adhibeant, neque me quidquam, nisi quod cūpētum et probatum sit, scripsisse arbitrentur: ahoquin tacere quam dicere falsa malissem. Verum quoniam ad omnium operum ejus numerum nec littera nec sermo proficeret, ad ei quae gesta sunt, accedamus.

a Debet in MS. Tervarense S. Marium. — b Etegraphum auctum super quantitatem, quod correctus. — c Hinc incipit dictum MS. S. Marium. In alio MS. interponebatur titulus: De Praefatione scribendi.

LIBER I.

Vita ante ingressum in monasterium acta.

Primum quidem ponimus, quod in prima rebus natus relata multorum dicitur, ex quibus est sanctæ memorie Episcopus b Tuna, qui spiritalem Dei electionem p̄destinatam a S. Cuthberto audiens didicit, et Presbyter nostræ Ecclesie c Elias, dicentes. Dum ergo puer esset annorum octo, omnes coetaneos in agilitate et petulantia superauit, ita ut semper postquam fessis membris requiescebat aliis, ille adhuc in loco joci, quasi in stadio, triumphans, aliquem secum ludificarem expectaret. Tunc congregati sunt quadam die multi juvenes in campi planitiem, inter quos ille inventus, et joci varietatem, et securitatem agere cœperunt: alii namque stantes nudi versis caputib⁹ contra naturam doversum ad terram, et expansis cruribus, erecti pedes ad celos sursum prominabant: alii sic, alii vero sic fecerunt. Interea quidam infans erat cum eis, ferme trimm annorum: hic incipiebat constanter ad eum dicere: Esto stabilis, et relinquā vanitatem joci. Qui et iteravit negligentiverba precepti ejus, plorans et lacrymans, quod eum pene nullus consolari potuit. Postremo tamen interrogatus quid sibi esset, clamare coepit: O sancte Episcope et Presbyter Cuthberte, huc tibi et tui gradus contraria natura, propter agilitatem non conveniunt. Ille vero non bene intelligens adhuc, tamen joci vanitatem derelinques, consolari infinitem coepit. Revertensque ad domum suam, prophetia verba prædicta Jesu memorans conservabat. Videat, fratres quoniodi iste antequam per ihorem operum suorum agnoscat, per providentiam Dei electus ostenditur: sicut de Patriarcha per Prophetam dicitur: Jacob dilexi, Esau autem odio huius. Samuel quoque et David utriusque in infancia electi inveniuntur. Jeremias vero Propheta et Joannes Baptista in officium Domini a vulva matris sanctificati leguntur. Sicut doctor gentium affirmavit, dicens: Quos auctoritatem p̄destinavit hos et vocavit.

2 In eadem iusta alio miraculo Dei electioni p̄destinatam Dominus magnificavit eum. Dum ergo esset puer, ut dixi, adhuc laicus, in infirmitate premente eum acriter detinebatur. Namque genitudo timente astrictis nervis claudicans, pede altero terram non tangens, foris deportatus juxta parietem in solis ardore jacens, vidi hominem honorabilem, et mirum pulchritudinis, super equum ornatissimum, in albis vestimentis sedentem, de loginquo ad se venire. Qui appropinquans ei salutansque verbis pacificis, interrogavit

scripsi
comperio sibi,

infinite
monitus cum
Episcopalis
dignitas
præsagio

Malach 1, 9
Jerem. 15
Luc. 1, 24
Rom 1, 30

et iudicans
iudicato ab
Angelo empla-
tro sonatur:

A rogavit, si volait tali hospiti ministrare. Ille etiam intrepida mente corporis infirmitatem revelans, ait: Si Deus voluntet, et me nolis infirmitatem pro peccatis non obligasset, in honorem ejus ministrare hospitibus piger non essem. Deinde itaque vir ille post hanc verba descendens de equo, considerato genu ejus, quod a molles medicis, ut dixerat ante, curatum erat, praecepit ei dicens: Coquere farinam tritici simum et lac, et cum calido anguens linire deles. Puer autem post dictum suum, viri praecepto obediens, Angelum Dei esse intellexit. Post paucos dies secundum fidem ejus sanatus, gratias agebat Deo misericordi, qui sanitatem integre, sicut vocato Tobie per Angelum suum curarentem dederat. Et ab hoc tempore, ut ille probatissimus viris revelavit, Angelorum auxilio, deprecatus Iesum in maximis angustiis suis, non est defrondatus.

B Alio quoque, tempore in adolescentia sua, dum albus esset in populari vita quod ardo in montanis iuxta fluminis, quod dicitur *b* Leder, cum aliis Pastoriibus pecora domini sui pascerbat, pernoctans in vigiliis, secundum morem episcopi, mente fidei uberrimis orationibus, vidi visionem, quam ei Dominus revelavit. Hoc est credo aperto, non reservatione elementorum, sed spiritualibus sensibus intuens (sicut beatus Jacob Patriarcha in Luce, que cognominatur Beatus Angelus) Angelos ascendentis et descendentes videbat; et inter annus eorum anninam sanctam, quasi in globo igneo ad eosdem efficeret. Denique illam visionem tam mirabilem statim suscepit pastoribus, ut viderat, indicaverit, prophetans quoque eis animum esse sanctissimi Episcopi aut alterius magnae personae, ut rei effectus proderet: etenim post pauca dies, celebrissimum obtutum sancti Episcopi nostri Agdalani, eadem hora mortis, qua ille viderat visionem, longe latque multitudine esse audebunt.

C Unum adhuc miraculum, quod in juventute sua, ei contigit, non omittitur. Pergenti namque eo ad Ausstro ad Iamnum, quod e Wir nominatur, in eo logo, ubi *f* Lenekeester dicitur: Et transvalvato eo, ad habitacula vernalia et strigula, propter imbreu et tempestatem, reversus est. Nam quia illo tempore biennali desertis habitaculis, sibi equo epus fatigato, cassa tenuis et fumis, ab hominibus ibi consolacionem non inventus, distractum equum trahens in dominum, et alligans ad parietem expectans serenitatem, oransque ibi ad Dominum, vobis equum caput sursum elevante col teata domine, parteque feni tecorum avide apprehendens, traxit ad se: cum quo statim panis calidus cum carne, involutus in primo linea dil'genter, seorsum radens emisus est. Ille vero consummata oratione proderat animadversusque sibi esse eum a Deo predestinatum per emissionem Angeli, qui scipit in angustiis suis adjuvit eum, gratias agens Deo, benedixit, et manducavit; jamque divino modo satatus et suffultus, in fortitudine ejus glorificans Dominum, prospere proficesceretur.

D Cetera vero opera juventutis floride pullulauit silentio pretereo, ne fastidium factorem ingenerent, audiebant perfecta adatis fructum paradissimum, in virtutibus Christi, sub servitu Dei singulariter intimare. Domito namque quonodo in castis contra hostem, cum exercitu sedens, ibique labens stipendiaria parva, tamen omnino spatiu m abundanter vivens divine auctor est: sicut Daniel et tres pueri eibar gal non contenti, servili tamen et eo parvissimo more saginati sunt. Nec non pretereo, quonodo amici Propheti in obitu suo ad eosdem elevari videntur. Taceo quoque quam mire daemones effugavit, ei insimilantes verba orationis sue sanavit.

E Blodebat in aliquo capitu, quo numeri adjuncti respondunt. — *b* Titus, *c* Taurina, *d* supra Trunwinus, *e* quas plurimum aliorum — *f* Leder, *g* apud Turgolum Sedl, *h* forsitan

itteris inventis est Tesis, et montana circa Bernardi-castrum D intelliguntur. — e Wir, Wira et Wirus secul Juniperusca dictus. — f Aunc Lunley Castle, circa Chester. — g sequentia desunt Brdr. — h Id est cunctus, licet parce.

LIBER II.

Vita monastica, virtus predicta: miracula.

Bene ergo disponens duriori se vita lege in monasterio confringere, a populari vita revertens, religiosa tamen atque immaculata, et ad meliora proficiens, sanctum laborem toleranter serebat, quem voluntarie servitus longum in Dei opere studium consumtudoque in naturam verterat. In die autem, et vigiliorum intantum patiens erat, ut incredulitas tem viribus vinceret. Pernocbat in oratione saepissime, nonnumquam etiam liduo triduoque sic permanens, quarta denum die reficiebatur recordatus Pauli Apostoli dictum: *Quisquis quidem disciplina in praesenti quidem videtur non esse gaudii sed mortis: postea autem fructum paratissimum exercitatis per eam justine reddit.* O Fratres, conversatio eius digna me esse non usurpo, quinquo nullius sermonis explicari potest. Erat enim aspectu angelicus, sermone intulus, opere sanctus, corpore integer, ingenio optimus, consilio magnus fide Catholice, spe patientissimus, caritate diffusus; sed virum transtulit emulabatur.

C Fuit igitur miraculum aliud, in quo primus sanctus homo Dei Cuthbertus a Domino glorificatus est, postquam servitus Christi jugum a tonsoraeque Petri formam, in modum coronae spineae caput Christi eingentis, Dominus adjuvante, suscepit, in cœnobio, quod dicitur Hrype, sicut nostri fidelissimi testes, et adhinc viventos, indicaverunt. Ministrare namque hospitibus adventivis statim neophytes a familia electus est. Inter quos quidem quadam die in matutina hora, hyemali et invale tempore, apparuit ei Angelus Domini in forma stabitis viri perfectaque aetate, sicut Patriarcha Abraham in valle Mambræ Angel in forma virorum apparuerunt. Denique ergo suscepit eo secundum morem ejus benignus, potans adhinc hominem esse, et non Angelum, lavatis manus et pedibus, hinc etiamnisque tergens, et manus humiliter propter trigorem fricans, et calefaciens pedes ejus; ut hinc die tertiam ad capendum cibum expectaret, indecentem remuntemque causa itineris diligentissime invitabat, et postremo, adjuvando tamen in nomine Domini Iesu Christi, consentiendo superalbat. Facto jam signo dei horae tertiae et oratione consummata, mensum statim apposuit, preparato cibo desuper, quem habebat: quia, enim panis casu aliquo non erat in diversorio, tantum minus pro benedicto pone congregatas super mensam constituit. Hac etiam bona revertens ad monasterium, querens panem, et non invento eo (adhuc enim coquabant panes in fornae) reversus est ad hospitem, quem solus reliquerat manducantem, et non inventus enim ibi, nec vestigia pedum ejus: jam enim mix era super faciem terre. Obsutusque ergo sibi, mensam removit ad cubiculum, intelligens cum Angelum Dei esse. Et primo in trenta eis nates odore panis suavissimum replete sunt, et inventis quoque tribus panibus collidis, gratias egit Domino, quod in eo impeditum est dictum Domini. Qui recipit vos, me recipit: et qui recipit me, recipit eum, qui me misit. Et iterum: Qui recipit Prophetam in nomine Propheticus mercede Prophetam accipiet. Et qui recipit justum in nomine justi, mercede justi accipiet. Et ab hac iam die frequenter esuriente eo, Dominus cibavit eum, ut professus est fidelibus Fratribus, non propter jaetantiam, sed propter adulationem multorum, ut Paulus de semetipso multa locutus est.

D 3 Et hoc dicendum puto, quod relatu multorum bonorum

*nocte pro grege
vigilans*

a

*videt et ecclias
ab Anglia
detraha
calvum
S. Andree*

*f
dicit dñe
escam acceptit*

*g
multe stipendiis
parte vivit,*

h

*antem in
cœnem ferri
videt, armis
ne fugit;*

*Ingriditur
in monasterium
Mattosecne*

Hebr. 12, 16

*reditus
exercitus
virtutum.*

E

a

*Angelum
hospitio
excipit:*

*tres panes
cœstos
invenit ob
Angelo
velitos.*

Matt. 20, 40

i

A honorum agnovi : ex quibus est Plecul Presbyter. Eo tempore, quo fuit nobiscum in monasterio, quod dicitur Mailros, acersitus est a sanctimoniali vidua matreque omnium in Christo & Abba. Veniens ergo, ut invitatus est ad cornobium, quod dicitur Coloderlyrig, manensque ibi aliquot dies, non deserens relaxando sua constitutionis propositum, cepit nocte maritima loca circumire, morem consuetudinis cantandi et vigilandi servans. Quo comperto, a quadam clericio familiæ, incipiebat occulte de longinquò subsequi eum tentando, scire volens, quomodo vitam nocturnam transigeret. Ille vero homo Dei Cuthbertus in obstinata mente appropinquans ad mare [ingressus est] usque ad lumbare, in medijs fluctibus : et mari aliquando usque ad ascellas tumultuante et fluctuante tinctus est. Dum autem mare ascendsit et in arenosis littoris flectens genua orabat, venerunt statim post vestigia ejus duo pusilla animalia maritima, humiliiter prouia in terram, lanibentes pedes, volutantes tergebant pellibus suis, et calefacientes odoribus suis. Post servitum autem et ministerium impletum, accepta ab eo benedictione, ad cognatas undas maris recesserunt. Ille autem homo Dei in galli captiu revertens ad orationem communem, cum

B Fratribus [venit] ad ecclesiam Dei : Clericus vero familiæ supradictus, in scopulosis locis latens, visu pavidus et tremebundus, tota nocte coangustatus prope mortem accesserat. Crastina autem die prosternens se ante pedes hominis Dei, flebili voce veniam indulgentiae deprecavit. Cui homo Dei propheticus sermone respondit : Frater mi, quid est tibi? Numquid proprius appropinquasti mili tentando quam debuisti? Hoc tamen tibi confidenti uno modo indulgetur, si votum voveris, nuncquon te esse quandum vivere narratum. Frater autem sic: votens et perficiens, benedictus et salvatus ab eo exiit. Post vero obitum ejus multis Fratribus narrans servitionem animalium, sicut leones in veteri Lege legimus Dameli servire, et quod spiritualibus oculis latitantem eum et probantem viderat, sicut Petrus Annianum et Saphraianum Spiritum sanctum tentantes, mirabiliter diffaniavit.

C 4 Alio quoque tempore de eodem monasterio, quod dicitur Mailros, cum duobus Fratribus pergens, et navigans ad terram Pictorum, ubi Mudpieralegis prospere pervenerunt. Manserunt autem ibi aliquot dies in magna penuria, nam fames premebat eos, et tempestas maris potestatem itineris navigandi prohibuit. Ille vero homo Dei peractans juxta littora maris in oratione, pervenit ad eos mane, in die Epiphaniae Domini ; nam post natalitiam Domini pergero cooperant. Sudens autem dixit eis : Eamus, et queramus, petentes a Deo secundum id quod promisi direns : Petite et dulcitur vobis, querite et invenietis : pulsate et aperietur vobis. Puto enim quod aliquid nobis Dominus donaverit, ad celebrandum diem, in quo Magi cum munieribus adoraverunt eum, et in quo Spiritus sanctus in specie columbas baptizato in Jordane super eum descendit, et in quo squalam in Cana Galilea vertit in vinum, ad confirmandum fidem discipulorum suorum. Tunc itaque surgentes exierunt. Ille autem praecepit eos, quasi prævisor, usque ad mare pervenerunt. Et statim videntes tres partes dephini carnis, quasi humana manus cum cultello sectas et aqua mundatas inventerunt. Homo igitur Dei prævolutis gembris gratias agens Domino, dixit sociis suis : Tenete portantes, et benedicite Dominum. Ecce enim tres partes tribus viris tribusque noctibus et diebus sufficiunt : quarta vero die serenum erit mare ad navigandum. Illi namque portaverunt et coverunt, mirabiliterque suavitatem carnis degustaverunt. Marentes autem tribus diebus in valida tempestate,

quarta die secundum verbum ejus in serenitate navigantes prospere portum salutis tenuerunt, sicut nolis unus et duobus Fratribus supra, nomine Tydi, qui Presbyter est alio vivens, coram multis testibus indicavit, glorificans Deum quod eadem misericordia tunc homini Dei, qua et olim in deserto Helæ, earnes largitus est ; et eodem spiritu imbatus, tempestatem et serenitatem prævidit, quo et Apostolus Paulus in Actibus Apostolorum navigantibus prophetauit.

D 5 Supradictos autem Presbyter Tydi aliud miraculum, quod multis cognitum est, indicavit : scilicet [quodam] die proficiebatur juxta fluminum Tesgeta teudens in meridiem, inter montana docens rusticanos et baptizabat. Habens quoque puerum in comitatu ejus secum ambulante, dixit ad eum : Puta-ne quis tibi hodie prandium præparavit? Quo respondente, nullum in illa via : circuus cognatum ; et nec ab alienis incongitis aliquod genus misericordie sperante, servus Domini iterum ait ad eum : Confide fili, Dominus providebit victum sperantibus in se. Qui dixit : Quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et haec omnia adhucientur vobis. Et ut impleatus Prophecyta dictum : Junior fui etenim semini et non vidi iustum derelictum etc. Dignus namque est oportunitas mercede sui. Ergo post alia verba intona in eccliam, vidi aquilam volantem in aere, et dixit puer suo : Haec est aquila cui præoperat Dominus ministrare nobis hodie cibum. Post paullulum autem iter agentibus, viderunt aquilam super ripam fluminis sedentem. Currens etiam ad aquilam puer secundum præceptum servi Dei, hesitans, inventum pescum grandem, portantique ad eum integrum, dixit puer. Cur piscatori nostro jejunanti partem ad descendit non dedisti? Tunc vero puer, sicut præceperat vic Dei, partem piscis aquile dedit; alteram autem secum portantes, inter homines assaverunt et manducaverunt, aliisque dederunt, et satiati, adorantes Dominum, gratias agentes in voluntate Dei, ad montana, ut supra diximus, proficiebatur, doctores et baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

E 6 Eo tempore ibi inter montana baptizans, ut diximus, in villa quadam verbum Domini secundum morem ejus diligenter docuerat prophetali spiritali prævidit tentantem diabulum, et verbi Domini auditum retardare volentem illudente phantasiam, prædicens, inter alia verba ait : O Fratres carissimi, si aliqua tentatio exorta foris repente extiterit, vos tandem stabiles estote, nec foras currentes a verbis. Hei auditione tardamini, per illusionem prohibiti. Post haec iterum coepit ordine Evangelii verba exponebas, audierunt accensa domo strepitum lignis, vociferantesque homines. Tunc itaque homines, exceptis paucis, quos manu retinuit, instabiliter currentes prosilivorum, et ad dominum quasi inflammatum usque pervenerunt, dissipantes parietes ejus, et extinguere flammarum volentes. Denique exemplo, nec vestigia finit quod ignem præcedit et sequuntur videntes, et agnoscentes se illatos esse secundum predictum servi Dei perphantiam diaboli, ad dominum, unde venerunt reversi sunt, prævolutis genibus ante pedes Prædicatoris. Orante jam eo pro illis per illusionem Sathanas fallatis, veniam indulgentiam impetraverunt confiteentes se, multifariam fallaciam astutie seductionis spiritualem, per visibiliaphantastica intelligere. Igitur unusquisque per doctrinam ejus bene emendatus et confirmatus, gaudentes ad dominum suum reversi sunt.

F 7 Eodem tempore invitatus est sanctus homo Dei a quadam muliere, que dicitur Kenspid, adhuc vi precibus venus sanctimonialis vidua, que enutravit eum ab octo annorum usque ad perfectam ætatem, in qua servit.

titia.

Invisit
sanctimonial
les.

b

nocte mare
ingressus
oral i

egressus a
feris foretur :

prohibet id
se in eo aliis
inducere.

Don. 14

Act. 5

navigatio
Pictor.

Matth. 7, 7
prædictus
escus
in ex pecato
ubi comparat;

Math. 5, 33
Ezal. 6, 45
Math. 20, 10
unquam ab
capitu
incipit

d'eccliam
ignem phan
tasticum
ex i. anton
fugit :

reducere

A sum Dei arripiunt. Ideo namque eam matrem appellavimus, siue visitans eam. Venit quadam die ad villam in qua habitabat, que dicitur Hroringabam, tunc ardente domo, que in extrema parte vici ad Orientem posita videbatur, et de eodem climate, flante maximo vento, ignis excitatus est. Mater vero pavida ad dominum, ubi manebat, eucurrerit, et ut auxilium Deipetere dignitor, a globis igneis circumundantibus, habitacula eorum servari poposcit. Ille jam intrepida mente matris stabilitatem intimavit, dicens: Noli timere, haec enim flamma, tibi non nocet. Et procedens ante jannam pronus in terram, oravit in silentio; et statim etiam deprecante eo, ventus ingens extitit ab Occidente, et omnem magnitudinem flammarum ab omnibus innocenter alegit. Et sic evidenter in se esse Dei virtutem videntes, protectione Iesu innoxii serviti sunt: gratia, agentes, benedixerunt Dominum.

S Fuit quidam vir religiosus specialiter carnis homini Dei, nomine Hildner, cuius uxor a demone vexabatur nimis. Illa namque multum vastata,

*energumenam
factam
absens novit:*

B et usque ad exitum mortis coangustata, freniens dentibus, genitum lacrymabilem emittebat. Supradicta vero vir de amara morte nihil dubitans, ad monasterium nostrum proficisciens, vocavit ad se S. Cuthbertum (nam illo tempore Ecclesie nostrae Praepositus erat) et indicans ei uxorem suam, pene usque ad mortem insinuarem, quod calamitas esset insana non revelavit: jam enim erubescerat illam olim religiosam, tamen a demone vexatanam indicare. Nesciebat etiam nec intelligebat, quod talis tentatio frequenter Christians accidere solet: sed tantum Proshyterum aliquem secum mittere, et requiem sepulture deposebat. Statim autem homo Dei exiit preparare aliquem admittendum eum illi: et primo recessit ejus a Spiritu Dei imbutus, cito conversus, revocans eum, dixit: Hoé quippe ministerium meum, est, et non est alterius tecum pergere. Tunc vero preparavit se homo Dei et omnes simul portati sunt eius: et videns socium suum flentem et lacrymantem duabus cassis (hoc est pro moriente uxore se deserto, et orphanis relictis, et maxime pro ignominiosa insana in qua horribiliter redactam, et impudenter contractam, et saliva pollutam, olim tantum pulicam et castam, sciebat homini Dei expectandum) consideri cum cepit mississimis verbis et omniu[m] infiltratatem, quam ei colaverat, qualis esset revelavit: et postremo addit propheticis ore dicens: Jam enim quando venimus ad habitacula vestra

*prædicti
liberandam -*

C oxor tua, quam mortuam putas, in obviam mili occurrens in acceptio[n]e habenarum istius equi, quas nunc in manus teneo, per Dei adjutorium effigato demone salvata ministrabit nobis. Igitur pervenerunt, sicut homo Dei dixerat, ad villam et mulier quasi de somno surgens venit in obviam, et primo tacto iure plene pulsata demone sanitati pristina reddita (ut illa cum gratiarum actione testata est) ministravit illis.

*a rana
excipitur.*

a Haec curare formam cum Paschale Romano suscepserant Northumber in Syodo Strewhollen anno 636, quam Stephodus Rex fundator monasterii Hypensis jam ante videtur prescripisse, nisi fuisse a posteriori interea ea verba. - b Elda Bado et alii, in ea et monasterio Colindingano, hic Goduderig supra actum.

Liber III

Vita anachoretica. Beneficia caritus accepta. Varii prædicta.

*Lindisfarne
situs Regulam
prescribit,*

Bene igitur in superadieta coenobio, quod Maitros dicitur. Praepositus S. Cuthbertus serviens Domino et plura mirabilia per eum Dominus faciens quae propter inflammatum infidelitatem conatus sum scribere, profrenos tamen secularem gloriam fogens, clam et occulta ad aedes enavigavit. Deinde a vene-

rabilis et sancto Episcopo Eata invitatos, et coacte ad D hanc insulam nostram, qua dicitur Lindisfarne, cum adjutorio Dei voluntatis advenit, presens et absens daemonicos sanxit, et alios varios languores curavit. Vivens quoque ibi secundum sanctam Scripturam, contemplativam vitam in actuali agens, et nobis Regularem vitam primum componens constituit, quam usque hodie cum Regula Benedicti observamus. Post plures itaque annos ad insulam, quam Farne nominant, undique in medio mari fluctibus circumcinctam, solitariam vitam concupiscentem competit: ubi prius pene nullus potuit sedus, propter varias draconum phantasias, aliquod spatium manere. Ille quippe intrepida mente fugavit eos, durissimam et lapideam rupem deorsum ferme cubitum viri in terram fodens, loci spatium fecit, alterum vero cubitum mirabilem morum despicer cum lapidibus incredibilis magnitudinis (nisi scientibus tantam Dei virtutem in eo esse) et terra commixtis constructum edificavit, faciens ibi domunculas, de quibus, nisi sursum eadem, videre nihil potest.

*migrat in
Fernem
insulam :*

*et traxit
domunculas :*

2 Fuit namque ipsi in interiori parte insule, quem vehere in vehiculo suo quatuor Fratribus visitantibus eum, in adjutorium adficii sui præcepit: illi sine mora statim obedientes venerunt ad lapidem, quem in media via, ne vehiculum ejus confringereant, aut se ipsos laderent, non perducentes reliquerunt. Deinde ergo navigantes Fratres post non plures dies iterum visitantes eum, venerunt; et videnderunt agnoscentes lapidem suum ab illis immobilem in structura servi Dei apte compositum, laudantes et glorificantes Deum magnifice in servis suis mira operantem: recordantes, Mirabilis Deus in Sanetis suis etc.

*Lapidem
magnum scis
restitutus :*

3 Herum alia die visitantes Fratres venerunt ad eum: quibus ille secundum morem ejus primum verbum Dei predicavit, deinde etiam post predicationem, ceperit dicere: t) Fratres carissimi, scitis quia locus iste pene inhabitalis est propter aqua penuria: ideo oremus Domini auxilium, et fodite in medio pavimento domus hanc saxosam terram, quia potens est Dominus Deus de rupe petrina patienti aquam suscitare: ille enim olim Moysi percussi virga de petra aquam sicuti populo dedit, Samsonem quoque de maxillis asini sicuti potavit. Fratres vero secundum præceptum ejus foderunt terram, et orante eo, statim aqua vivac a sursum in obviam ejus manantem de saxosa terra erumpere invenerunt: eups nos magnam suavitatem dulcedinis, usque hodie degustantes eum gratiarum actione probavimus. Ille etiam servus Dei anachoreta professus est, ut relatu fidelissimorum agnovi, in ea aqua a Deo donata omnia liquoris sibi esse suavitatem.

*prædictus
fontem
impetrat :*

4 Miraculum quoque aliud, quod Dominus pro amore militis sui fecerat, silentio non pretereo. Composcens enim petivit a venientibus Fratribus et visitantibus cum lignum duodecim pedum in longitudinem ad fundamentum aliquius domineule. Nam illuc scopulum concavatum fluctibus mare irrumptus extremam partem loci illius contigit: supra enijs scopuli oram loco adherentes transversum lignum duodecim pedum, ut diximus, componere predestinans, desuper etiam adficiem domuncule construere cogitavit. Hoc vero a Fratribus deposens, non impetrasset (et hoc illis Deus non imputet in malum) nisi a Deo nostro Jesu Christo facta oratione, adjutorium accepisset: nam eadem nocte mare fluctibus undans, in honorem servi Dei, stipitem duodecim pedum deferens, specialiter ad ostium scopuli, ubi ponendus erat in adficiem manantem deportavit. Fratres itaque mane vigilantes videbant, gratias agentes Deo et admirantes, quod mare in honorem Christi

*lignum te
pedum
expeditum,*

*ultra ob
Oceano
extatuum
accipit :*

A Christi magis obediens anachoretæ quam homines patraverant, et adhuc usque hodie navigantibus, domus super lignum transversum ædificata appetat.

Sicut ergo mare servivit homini Dei, ita et aves cœli obedierunt ei : nam cum quadam die in insula sua fodientis sulcalat terram (primum enim duobus vel tribus annis de opere mammum suarum, antequam clansus obstructis januis intus maneret, labrans quotidianum victum accepit, sciens dictum esse, Qui non laborat, nec manducet) vidit duos corvos, ante illic longo tempore manentes, tecta domus navigantium in portu positæ dissipantes, nidumque sibi facientes. Prohibuit autem eos levi motu manus, ne hanc injuriam Fratribus nidificantes facerent. Illis vero negligenteribus, postremo mutato spiritu, austere precipiens in nomine Iesu Christi, de insula discedere exterminavit. Illis igitur, nec requies nec mora, patrum secundum præceptum ejus deserentibus, post triduum alter e duobus revertens ante pedes hominis Dei, fodientis terram, supra sulem expansionis alii et inclinato capite sedens et moerens, humili corde veniam indulgentiae deposcens, crocicare coepit. Servus autem Dei intelligens poenitentiam eorum, veniam revertendi dedit. Illi vero corvi in eadem hora perpetrata pace, cum quodam manuscule ad insulam ambo reversi sunt. Habens enim in ore suo quasi dimidiati suis adipem ante pedes ejus depositum. Illis jam indulgens hoc peccatum, usque adhuc illic manent. Hæc mihi testes fidelissimi, visitantes eum, et de adipe per totum anni spatium cœcamenta sua linientes, cum glorificatione Ita indicaverunt.

B Praeterea sanctimonialis Virgo et regalis Efteda Abbatissa, sanctum anachoretum Dei humiliter, in nomine Domini, in obviam sibi navigare ad Coquedese petivit : cui ancilla Dei flectens genua, multa interrogare coepit, postremo autem per nomen Domini nostri Iesu Christi et per novem Ordines Angelorum et omnium Sanctorum personas filialiter adjuravit, interrogans de longitudine vite fratris sui Regis Egfridi. Ipse autem homo Dei graviter adjuratus, timens Dominum, coepit dicere de brevitate vite hominis circuitu verborum, et adjunxit dicens : O ancilla Dei, numquid non parvum est, licet aliquis vivat duodecim menses? Illa vero statim arripiens mente esse dictum, amaro fletu lacrymavit; sicut ei et multis aliis post anni spatium casus regalium a maligna manu hostilis gladii omnem amaritudinem renovavit. Adhuc adjungit, dicens : Per eamdem Unitatem et Trinitatem supradictam, adjuro te, ut dicas, quem haeredem habebit. Ipse etiam paullulum facens, dixit : Illum autem non minus tibi esse fratrem usurpatoris, quam alterum. Hoc quippe et incredibile videbatur : diligenter tamen interrogavit, in quo loco esset. Ipse vero patienter sustinens eam, ait : O serva Dei, quid miraris, licet sit in aliqua insula super hoc mare? Illa jam cito remoravit de Alfrido, qui nunc regnat pacifice, fuisse dictum, qui tunc erat in insula, quam b Hy nominavit. Addens quoque interrogationem de eometypo, quia sciebat Regem invitare eum voluisse, ad Episcopatum, si sic Regi affectus evenisset, et quale spatium esset in Episcopatu : ipse vero se non esse dignum excusans, tamen neque in mari, neque in terra, a tali honore gradus occultari potuisse dicebat et in brevi spatio annorum duorum requiem laboris inveniam. Et tu quoque audi, quod ego præcipio tibi in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut quandiu vixeris, nulli hoc indicaveris. Et post multa verba prophetica, quæ omnia sine dubio acciderunt, ad locum suum navigavit.

C Sic namque vivens per plures annos, solitarius perdurabat, ab hominum aspectibus segregatus,

æquali quoque ad cuncta serebatur examine : nam eodem vultu, eodem animo perseverabat. Omni hora hilaris et letus, nec recordatione peccati tristia ora contraxit, nec magnis stupentum præconizatione ejus elatus laudibus. Sermo vero modestus sale conditus, consolabatur moestos, docebat inscos, concordabat iratos, omnibus suadens nihil amori Christi esse præponendum. Præponebatque ante oculos omnium magnitudinem bonorum futurorum, et beneficia retexebat indulta : quia proprio filio suo non pepercit, sed pro omnium salute tradidit illum.

D *omnibus virtutibus ornatus.*

a Id est. Scutriginem : quo sensu soure Francis hodie in usu est. — b Hy sive Hu insula, vulgo Kolomkil, id est, cella seu monasterium S. Columbae Abbatissæ, inter Malam et Flan majoris Insulas Scottæ, versus Hiberniam.

LIBER IV

Episcopatus Lindisfarnensis. Mors, sepultura. Elevatio. Miracula ante et post obitum.

P ostquam igitur ab Egfrido Rege et Episcopis Sachorum omnique Senatu depositenti ad Episcopatum nostræ Ecclesie Lindisfarnensem electus est, tunc supradicto Rege, et Episcopo sanctæ memorie Thunna, et de familia nostra electissimis viris venientibus ad eum, intus clauso cum consilio Senatus, prævolutis genibus adjurantibusque eum per Dominum nostrum Jesum Christum, invitus, coacte, lacrymans, et flens abstractus est, expectante etiam adhuc Senatu Cum Archiepiscopo Theodoro. Jam vero post spatium sumptu Episcopatu, qualem se quantumque præstisset, non est nostræ facultatis evolvere : sed tamen melius est partem aliquam exponere, quam totum omittere. Idem enim constantissime perseverat, qui prius fuerat : eadem in corde humilitas, eadem in vestitu vilitas erat : atque ita plenus auctoritas et gratiae, implebat Episcopi dignitatem, non tamen ut propositum monachi et anachoretæ virtutem desereret. In omnibus jam observans Pauli Apostoli doctrinam, ad Titum dicentem, recordatus est : Oportet Episcopum sine crimen esse, ut Dei Dispensatorem : non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non litigiosum, non turpe lucrum seatantem : sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidem sermone, ut petens sit exhortari ad doctrinam a, et contradicentes revincere. Ideo namque purus fuit ejus sermo et apertus, plenus gravitatis et honestatis, plenus suavitatis et gratiae, tractans de ministerio legis, de doctrina fidei, de virtute continentie, de disciplina justitiae. Unumquemque diversa admouens exhortatione, secundum morum qualitatem, videlicet, ut prænosceret, quid, cui, quando, quomodo proferret. Cui præ ceteris speciale officium erat, ut jejuniis et orationibus et vigiliis incumbere, Scripturas legens. Memoriam enim pro libris habuit, percurrentes canones, exempla Sanctorum imitatus, cum Fratribus pacem implens ; tenens quoque humilitatem, et illam supereminetem caritatem, sine qua omnis virtus nihil est. Curam pauperum gerens, esurientes pascens, nudos vestiens, peregrinos suscipiens, captivos redimens, viduas et pupilos tuens, ut mercedem vita æternæ inter choros Angelorum, cum Domino nostro Iesu Christo accipere meatur.

excedit omni generi virtutum, p

2 In Episcopatu igitur S. Cuthbertus, pollens virtutibus, dignitatem gradus et anoritatem Dominus claret miraculus :

Matt. 18, 18
Act. 5, 12

Martii T. III.

A bis. Fiebant enim, ut in Actibus Apostolorum dictum est, signa et prodigia multa in plebe.

3 Ex quibus est, quod cuiusdam Comitis Aldfridi Regis, nomine Hennae, in regione qua dicitur Hennit habitans, uxor eius pene usque ad mortem, infirmitatis languore detinebatur. Pergens vero sanctus Episcopus noster prædicans verbum Dei in populo, peruenit ad supradicti Comitis vicum. Ille autem statim in obviam exiens Episcopo, et gratias agens Domino pro adventu ejus, suscipiens benigne ministravit ei; et lavatis manibus et pedibus, rem, ut erat miserabilis et hieronymibilis omni familiariter, hoc est, uxoris velut mortuae, vitam desperabilem Episcopo sancto revelavit. Benedictionem aquæ ab eo petivit, credens quod si aquæ addicta esset, facilis moretur, aut si vita reddit, citius sanaretur. Ille sanctus Episcopus, coram omnibus benedixit aquam, deditque Presbytero suo, Beta nomine, qui adhuc vivit. Ipse vero suscipiens, portavit ad cubiculum, ubi illa uelut mortua, ultimum spiritum trahens jacebat. Aspergensque super eam et lectum ejus, osque aperius, partem aqua degustavit. Ipse itaque arripiens statim sensum intellectus, gratias agens benedixit Domini, qui tales hospites ad reddendam sanitatem emiserat ei. Jam jamque surgens, sicut

B scrus Petri, sanata ministrait eis. Illa enim primum totius familie Episcopo populum latitiae dedit, qui sibi expiranti calicem mortis infererent.

4 Presbyter Edewald, qui tunc est Praepositos cœnobii, quod dicitur Maihos, sibi præsenté alterum infirmitatis languorem sanari relato ejus cognovi. Nam dixit: Quodam die cum Episcopo sancto venimus ad vicum qui Bedesfeld dicitur. Ibi autem quodam puella cognata mea et propinquæ infirmabatur: tantum enim dolorem capitis, et totius alterius lateris pene per totum annum spatiuum patiebatur, quod nullus medicus malagmata corporali potuit sanare. Noster itaque Episcopus, audiens infirmitatem, qua premebatur puella, rogauit nobis, misericordia est ei, uigens eam christmate benedictione sua consecrato, quo ab illa hora cito virtute proficiens, dolorum de die in diem deserens, sanitati pristine redita est.

Aiu campum adit, suum qui illuc pasebat equum ascondit, et in monasterium ante ipsum Crucifixum cum impetu magno venit, ululans horrabiliterque proclamans: Miserere, et parce mihi S. Cuthbertus: sed, quoniam non vis, scio, quia haec et haec (nominavit enim ea quatuor) in monasterio surari presumpsi. Talia in monasterio hic et illic discurrens atque insaniens, dura sine intermissione vociferaretur; invitus inde ad hospitium abducitur, lorisque fortibus constringitur: quoniam quidquid ore vel manibus apprehendere poterat, velut canis dilacerabat. Cumque tres sive quatuor noctes in tali tormentogens, in horas magis magisque insaniret; tandem (qualiter nescio) a vinculis elapsus, in monasterium furis agitatus prorupit. Corruat quoque mox coram dilecti Deo Confessoris tumba: et dum chorus, Te Deum laudamus (nam nocturne interim laudes agabantur) persunaret, ille ululando et horribiliter clamando, que supra posuisse frequenter iteravat, his quoque alia quædam super adjicet. Nam cum clamaret, Miserere mei S. Cuthberto, adiecit: sed quia non vis, scio, postquam me tuo haculo tuo graviter impulisti. Fataebatur enim sanctissimum Confessorem nocturna visione ad se venisse, magnaenque indignatione tres sibi influisse ictus graves: quorum dolore cor summi jani penetrante ad mortem torqueretur. Hac atque hujusmodi plura dum vesanis motibus atque clamoribus frequentaret: in eodem loco, mox toto corpore contrahitur, miseraque illius anima intermahter arsura inde abstractitur.

9

29 g Ubi autem prius jacuerat, miracula coruscare et inferni sanitatem corporum recuperare. Transacto namque tempore non parvo, feminæ quædam de natione Scottorum, toto corpore ab infanta debili, Dunelmum fuerat perducta: cuius miseria nemo tam inhumanus, qui non posset candolere. Pedes namque et crura post tergum retorta post se trahebat, atque ita manus reptando de loco ad locum, se miseranda ferebat. Contigit autem ut ad profatum locum, ubi sanctum corpus pacis diebus requieverat, miserabilis illicet trahendo perveneret. Ubi se in suum Officium retrouentibus nervis subito illa exhibe coepit, et rursus ad terram endere, et clamore universos portubare. Quæ post paululum erecta pedibus suis sanissima constituit, et salvatori suo Christo per intercessionem S. Cuthberti gratiarum actiones retulit. Hoc audito, civitas tuta festinat ad Ecclesiam, signa pulsantur, Cleros Te Deum laudamus personaliter, populus suis vocibus in Dei laudem concerpat, Cuthbertum vere magnum et Deo dilectum praedicat. Illa vera, que sancta fuerat, per multas regiones ac nationes discurrevit, et iterum omnes pedes incedendo peregit. Nam et Romanum gratia orationis adit, et inde revertens, in Hiberniam profecta est, omnibus per factum in se mirabilem Dei gloriam et ejus dilecti Confessoris ubique prædicans sanctitatis excellentiam. Hoc sane ita factum quoniam modum descripsimus, a quibusdam Presbyteris, qui viderunt, religiosis et ætate proiectis et omnino simplicibus, frequenter audivimus h.

h

Cospatrickus

3 Cospatrickus seu Gopalticus, filius Moldredi, generi Algir, filio Agelredi Regis, Comitatus Northumbriæ multo preciso apud Gallum Regem emit. — b. s. Oswaldus Rex Northumbriæ regit. 5 Augusti. — c. Anno 1072. d. anno 1070. Consule Dunelmensis — e Waltherus seu Waleherius de genro Northumbriæ, oculi nobilis, divina et humana scientia letitians, ab ipso Rege elegitur: et conservatus anno 1073. Tergo lib. 3 cap. 18. — f. Contigit Walther eret anno 1080, 14 Marti, feria 5, in ultimum seculi Regalpi, nobilis generaque matris. — g. Adjungitur ex Tergo lib. 3 cap. 3. — h. Donatiory facta a Conulo Rege, Tostio Comiti et Lindisfornio Conquistatore, videri possunt apud Tergo lib. 3 cap. 8, 13 et 20.

TRANSLATI CORPORIS

in novam tumban anno mil.

Historia Translationis editio ex MSS.

Eius mentio apud Simeonem Dunelmensem,

E

Illustris facta est haec corporis S. Cuthberti ad novam ecclesiam translatio, quando illud anno ab ejus obituccccxviii plane integrum atque incorruptum est repertum. Historiam hujus Translationis damus ex codice MS. Robervallis proprie Bruzelias, collatam cum MS. codice D. Nicolai Belfortii. Habemus alio duo apographa iussum Translationis, sed maiis contracta. Auctor est gravis et accuratus scriptor, alius plane ab auctore Historie prioris Translationis, licet in MS. Belfortiana eadem unuectatur. Vixisse illum priore seculo xi supra ostendimus, istum seculo sequente ad medium habentes, sub cuius initium ipsa Translatio est solenniter peracta. De corporis incorrupti inventione Simeon Dunelmensis de gestis Regum Anglorum ad annum mscv ista tradit: Corpus S. Cuthberti Episcopi ob quorundam incredulitatem Abbatum, Pontificante Ranulfo Episcopo, ostensus est, et a Radulfo Sagensi Abate, postmodum Hrofeusi Episcopo, et deinde Cantuariensi Archiepiscopo, et a Fratribus Dunelmensis Ecclesie certo indicio incorruptum inventum est, et ita flexilibus artibus, ut magis ducimeti, quam mortuæ similis videretur, presente E Alexander Comite, postea Scottorum Rege, et multis aliis, post annum depositionis suecccc et xvii, et vi menses et xii dies, qui est annis quintus Henrici Regis, et Episcopatus Ranulfi sextus, ab initio mundi fuerat transacti v. millia ccccviii. Eadem fere habet Hoveden, Hoveden parte priore Annales, ubi male dicitur annus sextus Henrici Regis, nam fratri Guilelmo anno sic dicitur IV Nonas Augstii, feria v. Indictione viii occiso successu, et unicum solum viensem anni quarti regni absolviat. Florentius Wigorniensis aliqua sub finem addit de Alexandro deo Rege Scotie. Hic, inquit, quia tam sanctæ rei sibi licuit interesse, datis quam plurimi marci auri et argenti, parari fecit seruum, in quo sanctum corpus novis induitum vestimentis honorib[us] est reconcudit. Malmesburiensis, qui proxime illa tempora attigit, nonnulla in Historia mox danda non recensita adserit, quæ operæ pretium duxiimus, h[ic] proferre. Ita ergo habet sub finem libri 3 de Gratia Pontificum Anglorum.

Wigornensem

et polissimum Malmesburiensem.

F Invenit cum corpore incorrupto

2 Extulit Ranulphi Episcopi famam sancti corporis beatissimi Cuthberti elatio, quod e mausoleo levatum enemis valentius fecit conspicuum. Traxit illud ansi felici Radulphus, tunc Sagienis Abbas, postea Archiepiscopus Cantuariensis, et propalam illatum protulit: quod quibusdam venisset in dubium, utrum olim vulgatum adhuc de integritate compagnis miraculoum duraret. Veste quoque omnes recenti splendori nitentes: calix super pectus ejus, cuius superior pars aurea, inferior onychina esset. Facies tan striete olivolita sudario, ut nullo Abbatis nisi dissociari posset. Caput Oswaldi Regis et Martyris inter brachia ejus inventum. Ossa SS. Bedie et Celvuli, qui apud Lindisfornium monachus et Sanctus, in singulis sacris lineis reperta. Erat spectaculum ingens in coemeterio, sereno aere, nulla pendente rubrum crassitudine, monachis omnibus sollemnibus indutis vestibus, longa pompa cunctum et redemptum, magnaenque constipatio se ingerentium, dum semel visum juvat iterum iterumque videre. Visum ergo, ut putatur Sancto indignum, quod ita esset expositus ad spectaculum, pluviaenque ingens inopinata exorta omnes intra ecclesiam coegerit. Nec caruit miraculo, quod monachorum vestes tanta inundante procolla non solum illisæ fuerunt, sed nec etiam indefactæ. Maete virtute, Praesul sanctissime, præclarum omnino miraculoum et tunc sanctitati congruum: qui etiam nea multis diebus ante aliud

S. Cuthbertus
invocatur a
Malmesbu-
riensis,

intra nova
miracula.

Patronus
Anglia
contra
Scotos :

Corpus epus
sub Henrico
in incorrup-
tum,

sub humo
repositum,

A aliud exhibueras. Ad Translationem corporis parata erant omnia in nova ecclesia, chorus monachorum, altare, sepulcrum : expectabatur tantum, ut materia lignorum, que recentem presbyterii testudinem sustinebat, leviter deponeretur. Sed non passus es, Beatisime, sanctum tuorum desiderium prolongari, et omnia nocte intempesta subruisti. Quis enim alias tanti facti auctor? Accurrit Prior sono excitus, altari et pavimento timens, de lignis cura minor. Sed non solum illa, de quibus metuebatur, sed et ligna ita servaveras integra, ut fuerant apposita. Merito a monachis tuis timeris, ut nullus rebellionis contra Priorem vel in se gravis criminis consciens, pernoscere audeat delicti sine confessione rens. Quapropter te supplex oro, ut mei in bono meminisse digneris, qui, ubi se occasio dedit, laudem tui, quamvis exemplum, prætermittere nolui, Domine sancte et merito dilecte Pater. Hac Malmesburiensis ex prissimo suo erga S. Cuthbertum affectu. Similem aut certe majorum expresserunt lib. 2 repertum in S. Alfwoldo Episcopo Schireburnensi, cuius Acta, quia infra dumus xxv Martii, eo lectorem remittimus.

B 3 Cambdenus in Episcopatu Dunelmensi tradit, Anglorum Reges et Proceres credidisse S. Cuthbertum contra Scotos tutelarem Divum fuisse : quod illustri faciore confirmat Henricus de Knyghton Canonicus Leycestrensis lib. 3 de Eventibus Anglie cap. 10, ita asseverans ad annum gratie mcccxcv. Cum esset Scotorum propositum, ut in Episcopatum Dunelmensem aciem dirigerent, impedivit eos Deus et gloriosus ejusdem loci Patronus S. Cuthbertus. Supervenit enim tempestas maxima grandinis, nivis et forte gelu iuxta easdem Octavas B. Martini : ita quod multi Scotorum fame et frigore perierunt. Exploratores enim eorum venientes dicebant, euidentem Episcopatum armis præparatum, et bene munitum immenso populo; et tamen non erant centum armati, et vix tria millia peditum electorum. Qui licet multo plures ante ad resistendum in confinio manserant, eodem tamen tempore perterriti, ad propria fugerunt. Sed deficiente populo, non desuistis gloriosus Cuthbertus, quin, ut pie creditur, Scotorum propositum suis sanctis precibus quassatum est.

C Quomodo autem a Translatione Corporis invorrupti, facta anno sciv, usque ad tempora Regis Henrici vii in eadem ecclesia permanserit, et quid tunc de illo ab impiis hominibus factum sit, declarat Nicolaus Harpsfeldius secundum vii Historia Ecclesiastice Inglicanae cap. 31 prope finem his verbis: A quo tempore quadragesimam supra viginti tres efflucere, quando nostris temporibus novum rursus documentum de eadem integritate datum est. Cum enim Regis Henrici octavi jussu Divorum thecae ubique in Anglia diviperentur atque confringerentur, et beate illorum reliquiae in loca ignobilia abjicerentur, contracta est et lignea area Beati hujus corporis, que tegebatur albo marmore. Cumque is, cui dissipandi atque confringendi sepulcri negotium datum erat, arcum graviter confregisset, delatus est ictus in ipsum Beati corpus tibiamque vulneravit, vulnerisque mox manifestum in carne signum apparuit. Quo viso, totiusque simili corporis integritate, nisi quod summa nasi pars, nescio qua de causa defuerat; res delata est ad Cuthbertum Tunstallum, Dunelmensem eo tempore Episcopum: quem, quid de corpore agendum statueret, consulabant: quod ejus jussu effossa humo, eo loci, ubi pretiosum ejus scrinium prius locabatur, repositum est. Nec corpus modo, sed et vestimenta, quibus induebatur, integra prorsus erant, et ab omni labe atque corruptela libera et immunita. Haec vero in digito annulum aureum sapphiro ornatum, quem ego aliquando vidi et contrectavi, et tamquam divium quoddam monumen-

Martii T. III.

tum omnique thesauro pretiosius mirifice amplexus D atque exosculatus sum. Huic autem sacri corporis in ^{EX MS} lucem producti spectaculo adsuere inter ceteros Doctor Whitead cenobii Præses cum Doctore Sparke et Doctore Tod et Gulielmo Witam sacri feretri custode. Atque ita satis jam constat Divi Cuthberti corpus inviolatum atque incontaminatum octingentos et quadraginta annos perdurasse. Hec ibi, sed annos clausos ab obitu S. Cuthberti octingentos et quinquaginta plane arbitrariur, quia Henricus vii captus illecebris Anne regalis, anno mccccxlii repulsa Catharinam legitimam conjugem, ac Romanum Pontificis sententia notatus, se cum omni regno anno mccccxlv ab ejus communione divulsat, et ab infarto suis cossitis abhorrentes Thomam Morum, Joannem Fischerum aliosque, supremo affectu supplicio; et sequentibus annis servit in templis, monasteria, sacras reliquias. Eodem modo sub initium quadringenti supra triginta tres dicendi effluuisse ab anno mcccvi ad annum mccccxvii. Uti ab anno mccccxviii ad eundem annum octingentos et quinquaginta. Qui supra tunc Episcopus Dunelmensis assertur Cuthbertus Donstallus, fuit in Ito Henrico Regi circa divortium, ex postea facti pænitens, Catharinæ Reginæ partes acerrime tutatus, tandem regnante Elizabetha, anno Christi mcccix pro fidei Catholice defensio Confessor in carcere obiit.

anno 1337.

HISTORICA NARRATIO

Ex variis codicibus MSS.

CAPUT I.

Corpus S. Cuthberti xxiv et xxv Augusti nocte expositum et repositum.

Inter miraculorum opera non eadem apud omnes, tam de præsentia sacri corporis S. Cuthberti, quam de incorruptione habebatur opinio: alii namque b occulite ante hunc etatem illud alio translatum varis sibi conjecturis omnianhant, ac sepolerunt, hec nuntiatis depositi caret commendato, non tamen evanua: i virtutum gloria, sed ad indicium pristini inhabitatoris, nunc quoque celebrante effulgere miraculis. Alii autem sacras quidem reliquias ibidem contineri, sed humani corporis compaginem per tot seculorum volumina indissolutam permanere, jura dicebant exceedere naturæ: et licet virtus divina omnibus, quod vult et quoniam vult, imperet naturis; hanc tamen in hujus corporis incorruptione, nullus, qui vel manu vel visu explorasset, testimonio sibi patere: atque ideo difficile sibi de hoc, quamlibet F Saneto, corpore credere inexpertum, quod raro paucissimis aliorum Sanctorum corporibus noverant concessum. Taliter his ablationem sancti corporis conjectantibus, istis incorruptionem non adhuc tentibus, affirmantium illud et adesse et incorruptum perdurare Fratrum fidei detrahebatur, ideoque pudor, aliquantisper auxilii ingerebatur. Quapropter ipsi Fratres mentibus ac precibus ad Iteum conversi monachi rotellii divorum implorant opem:

*multis de
S. Cuthberti
corporis aut
præsentia aut
incorruptione
dicituribus*

2 e Imminente itaque quarto Cal. Septembbris, die scilicet qui ad solennem fuerat translationem præfinitus, inierunt consilium Fratres: ut (quoniam nemo supererat, qui per experimentum edoceret) ipsi quantum Deo permittente licet, qualiter circa corpus sanctum singula essent composita et ordinata

consilio intu-

EX MS.
e. omibus
debet
depositis,
d

Turgo Prior
et novem
monach. 24
aug.

a. certunt
sepulcrum et
arcum corio
involutum:

reperiunt
loculum
panno
obductum,

et observa
b. s. corpus
s. cuthberti
convenit
judicant,

et desunt

in actione
2000
Ugovore

f

A nata, explorarent, atque ad id die venturo transportandum, d queque digna et convenientia viderentur maturius prepararent: ne videliret, cum hora festivae processionis institerit, aliqua ex improvidentia difficultas impedimentum faciat, atque ex mora ita expectationi universorum, qui advenerint, ingrata agendis solemibus obsequiis fiat injuria. Jussi ergo Fratres numero novem, adjuncto sibi Priore ipsius Ecclesie, Turgo nomine, qui jejuniis et obsecrationibus ad hoc sese jam ante preparaverant, nono Cal. Septembri noctis initio ante venerabile sepulcrum prosternuntur, effusisque larynis et precibus non sine timore ac tremore manus apponunt, ut illud aperiant. Quo tandem instrumentis ferens patescat, stupeentes inveniunt aream, quam ex omni parte diligenter parata clavisque affixa fereis coria totam obduxerant: quae videlicet arca pondere et magnitudine sui, aliisque quoque quibusdam indicis facile dabat intelligi, intra sua claustra loculi alterius depositum contineri. Sed hanc aperire cum diu timore impidente dubitarent, superannomato Priore his terve jubente, confisi phantasticis virtute, ineptum opus repetunt, ac dissolutis ferreis ligaminibus arcum quandamque aperiunt.

B 3 Vident introcos posita loculum de ligno, quem grossior de lino tricisis texture pannus uniuersus circumdederat, ad mensuram stature virilis longum, ejusdemque generis tabula cooperatum. Hasc habuit dim: non enim satis elucebat utrum ipsum Sancti corporis hospitium esset, an et aliud adhuc sacras continxens reliquias intra se domiciliuum contineret. Tandem in se reversi memores dictorum Bedae, qui corpus beati Cuthberti Fratibus quondam Lindisfarnensis Ecclesie, post undecim sepulturam annos incorruptum inventum, et supra pavimentum dignae venerationis gratia reconditum describit. Horum, inquam, dictorum reminiscentes, hanc eamdem esse arcum animadverunt, que per tot annos tantum coelestis depositi thesauros conservasset, Iariter ergo coruentes in tecum, orabant suppliciter, ut sua B. Cuthbertus intercessione ab ipsis omnipotentis Dei iram averberet, si hanc aliquatenus ex presumptione meruerint. Inerat eis gaudium cum pavore mixtum, quia et i ex auxilia rimebant offensam, ex certitudine tamen tam numeris ingentem conceperant letitiam. Agente itaque gadio resolvuntur in larynas; et gratiarum actione Dominus reddita, desiderio suo satisfactum reputabant. Unde C ad ipsa sacri corporis secreta altius perseruanda, manus admovevere videbatur temeritas, quam, ut portabani secundum divinitus ultro nullo modo relinquere imponit. Remisa ergo intentione ulterius quidquam perquirerint, tractabunt viessim, quo et quame congreuo apparatu futura translationis die, corpus sanctum deberet asportari.

4 Porro inter alios ibidem aderat quidam magus in Christo constantiae Frater, qui eam, quam nomine pretendebat, per effectum gratiae caritatem ipsa effectu consecutus fuerat: vocabatur enim Leofinus, quod Anglorum lingua dicitur *fearnus amicus*: ipse ubique charus Deocunicus et Deus illi: patrem namque illius se fuisse Deus ostendit, continua illius infirmitate castigando; ille illum Dei se fuisse demonstravit, flagella eius patienter tolerando et gratias semper agendo: eius vita conversationem quicunque novaret, sanctum in illius pectore spiritum requiescere non dubitabat. Is cum videret Fratres trepidantes ad inventum aperiendum loculum, et quid gratias coelestis, quidvis exultationis novis sibi offerret introspicere, accedens in medium, et ferventiori quam solitus fuerat, spiritu prologens: Quid agitis, inquit, Fratres: quid timatis? Bonum semper finem illa actio merebitur, que Deo auctore inspirata, inchoatur. Dat nobis spem inveniendi, qui dedit voluntatem inquirendi. Ea vero quae hucusque sine difficultate peregimus, indicio sunt, quid boni de hoc, quod restat agendum, sperare debeamus. Nunquam tam prospere nobis cessissent initia, si hoc usque in finem perducere vollet dispositio divina: nec unquam a Deo arguetur temeritatis, quod procedit ex animo devotionis. Neque enim ex contemptu vel ex diffidentia sanctitatis ejus aggredimur explorare illius reliquias, sed ut virtutum Dominus ipse Rex gloria eo devotus ab omnibus glorificetur, quo [magis] his temporibus ex ejus virtute miraculum monstratur. Proinde sacri hospiti videamus interiora, quatenus de hoc, quod viderimus, manus nostrae constrectaverint, nobis constanter attestantibus, nullum detrahentibus relinquatur argumentum; quo id quod asserimus, deinceps possit esse ambiguum. Hac viri Deo devoti admonitione Fratres resumpta fiducia venerandum corpus de post altare, ubi eatenus jacuerat, in medium chori detulerunt, ubi largioris loci spatio, quod res posceret, bientius agere valerent.

5 Tunc ablato, quod loculum obtexerat, velamine non statim ausi sunt aperire, sed cum candelis circumuenientes, diligenter explorarunt, si per aliquas forte rimulas vel aliud quilibet indicium quid intrinsecus Interet comprehendere possent. Sed cum haec agentibus nil certum pateret, tandem amoto, hect non sine pavore, operculo, vident librum Evangeliorum ad caput supra tabulam positum, ipsorumque tabulam tribus per transversum positis sustentari lignolis, que ad mensuram loculi in longum et latum sese ostendens, ea quae subter erant universa cooperauerat: habuerunt autem immixtos sibi duos, unum a capitis et alterum a parte pedum ex ferro circulos per quos hanc levare voluntibus nullum difficultas faceret impeditum. Certum erat sub manibus esse quod quererant, sed utrum id inter manus tractarent, incertum habebant. Inerat namque illis ex amore desiderium violenti atque tractandi quod dilexerant, sed ex conscientia peccatorum timor illas, ne auferent, repellent: atque ita inter haec duo dubii pendebant, ut pene nescirent quid magis vellent.

6 Tandem vero latiter titubantes jussione Prioris ethortatione Fratris predicti roborati, tabulam quandoque levant, ablatoque, quod proxime post tabulam compernerat sacras reliquias, linteamine, suavissimi odoris fragrantiam naribus trahunt. Et ecce beati Patris venerabile corpus, scilicet fructum sui desiderii reperiunt: quod in dextero latere jacens, tota sui integritate, artumque flexibilitate dormientem magis representabat quam mortuum. Quo viso, pavore percelluntur non modico: et pauclo longius recedentes, non ausi sunt quod pareant intueri miraculum. Corporis flexis crebro genibus pectora juginis tundere, et oculis cum manibus in altum levatis saepius inclamare, Miserere nostri Domine, miserere. Interdum hoc quod singuli viderant ac si non vidissent sibi invicem nuntiavere. Prostrati tandem toto corpore, larynis ubertim fluentibus, septem Psalmis Psalmitib[us] supplicant Dominum, ne in furor suo illos argueret, neque in ira sua eos corriperet. Quibus finitis, genibus ac manibus repletando potius quam incedendo, accedentes, tot Sanctorum reliquias ibidem conspicunt, ut eos illius loculi angustia minime capere posset, nisi sanctum Patris corpus in latus, ut dictum est incumbens, largius eis una secundum quiescendi spatium hinc, et inde permitteret. Quas profecto reliquias, ut in antiquis libris legitur, constat esse caput gloriosi Regis et Martyris Oswaldi, ossa quoque verabilium Confessorum Christi ac Sacerdotum, Aidani videlicet, et successorum

D
choatur. Dat nobis spem inveniendi, qui dedit voluntatem inquirendi. Ea vero quae hucusque sine difficultate peregimus, indicio sunt, quid boni de hoc, quod restat agendum, sperare debeamus. Nunquam tam prospere nobis cessissent initia, si hoc usque in finem perducere vollet dispositio divina: nec unquam a Deo arguetur temeritatis, quod procedit ex animo devotionis. Neque enim ex contemptu vel ex diffidentia sanctitatis ejus aggredimur explorare illius reliquias, sed ut virtutum Dominus ipse Rex gloria eo devotus ab omnibus glorificetur, quo [magis] his temporibus ex ejus virtute miraculum monstratur. Proinde sacri hospiti videamus interiora, quatenus de hoc, quod viderimus, manus nostrae constrectaverint, nobis constanter attestantibus, nullum detrahentibus relinquatur argumentum; quo id quod asserimus, deinceps possit esse ambiguum. Hac viri Deo devoti admonitione Fratres resumpta fiducia venerandum corpus de post altare, ubi eatenus jacuerat, in medium chori detulerunt, ubi largioris loci spatio, quod res posceret, bientius agere valerent.

*decernit ad
medium chori.*

*oblato velu
mine*
E

et operculo,

*reperiunt
librum Evangeliorum et
tabulum
interiora
legantem;*

*motis libula
et linteamine
suavissimi
odoris*
Y

*vident corpus
incorruptum
quasi
dormientia,*

*pro trahi
legunt Psalmos
Pandentiales;*

A successorum illius venerandi Patris Cuthberti, Eadberti, Eadfridi, et Ethelwoldi. Praeterea et ossa venerabilis Bedae, qui Vitam S. Cuthberti dilucide conscripsisset, una cum illius corpore hospitium quietis habuerant, quæ pariter continebat sacculus de lino. A quo autem de Girvum, ubi post illius obitum sepulta fuerant, illuc translatæ sunt, alibi plenius describitur. Qui enim ossa B. Boysili, ipse et doctoris Bedæ sibi revelata in Dunelmensem ecclesiam comportavit, sed in diversis ejusdem Ecclesie locis ea collocavit. Aliorum quoque Sanctorum plurimæ ibidem sunt reperta Reliquiae: voluerunt ergo corpus sanatum prius respinare, quod erat ex latere versum: sed quia hoc propter circumpositorum multitudinem Reliquiarum comode non poterant, placuit, ut amato inde paullulum sancto corpore, Sanctorum reliquias pariter congregarent, eisque seorsum depositis, suam deinceps quietis sedem singulariter corpus incorruptum servaret. Sed cum illud contingere manibus formidarent, oratione Fratris prænominati animos resumunt, ut ad omne quod majores jussissent prompti obedirent.

B Cum ergo duo quibus jussum fuerat, unus a capite alter a pedibus, venerabile corpus de loco suæ dormitionis eleverant, ecce illud quasi adhuc vivens per medium inflecti, carneque solidum et ossibus pondere naturali ad ima demergi. Protinus ex præcepto accurrens tertius, brachii complexus est medium, sive illud subtractis tapetis ac palliis reverenter in pavimentum depontit. Quæ tunc illorum omnium lacrymæ, quas magnitudo effuderat latitare, que voces gratulationis, quo landes exultationis, cum jam ante oculos bunc gratiae coelestis haherent thesaurem, in ejus comparatione omne eis vilnerat aurum? Jam sibi nihil defuturum reputabant, cum in præsentiarum quasi viventem cernerent, per quem sibi largitas divina et præsentis vita subsidia et futura gaudia conferret. Interea Reliquiæ Sanctorum ablatis, suam in theca Patris corpus reposuerunt, ventura nocte condignius illud ac decentius locaturi, pro eo quod jam tunc, instantे hora nocturna laudes, angustia temporis non patiabantur eos diutius immorari: quapropter decantato humili voce, Te Deum laudamus, corpus sanctum illo, unde transtulerant, in Psalmis, jubilantes Dominum retulerunt. Cum autem mane facto in cœtu Fratrum collecto memoriam facerent mirabilium Iei illi ex novitate rei primo in quedam quasi stuporem versi, postea magis lacrymis quam vocibus conceptum ex hoc sue mentis gaudium sunt attestati:

C flexisque in terram genibus gratias reddiderunt Jesu Christo, qui eis cuius meriti esset, quem Patronum habebant, ostendere, et quid sibi de meritis illius sperare potuissent, dignatus sit edocere. Atque Episcopus non facile his accommodans fidem omnino judecavat incredibile, corpus, quamlibet sanctum, tamen humannum, per tantum temporis, id est, per quadragesimam decem et octo annos ab omni corruptionis habe incorruptum perdurare: cui vix aliquando satisfacere illi jurejurando poterant, qui etiam non iurando non verum dicere, crimen duebant.

D Nocte vero sequenti iudeo, qui ante alſuerant Fratres in spiritu humilitatis et in animo contrito, delatum rursus in medium chori venerabile corpus super pallia ac tapetis per pavimentum strata depontit, quod primo extrinsecus pretiosi generis pallium, et post hoc ex purpura Dalmatica, deinde hinc amba obvolverant, que omnia sine ulla corruptionis macula integra et candida priscam sui novitatem reservabant. Casula antea, quam per undecim annos habuerat in sepulcro, jam a Fratribus tunc inde ablata, alibi pro ostendendo incorruptionis signo nunc servatur in ecclesia. Cum ergo nervis solidum

et incorruptum corpus ex integro visi et manibus tractando, levando ac deponendo pro certo cognovissent, atque solenni apparatu curatum vidissent, ad ea, quibus ante fuerat involutum, exabundanti pallio, quod præ ceteris in ecclesia pretiosius poterat inveniri, subtilissimam superaddiderunt sindonem: quibus magna cum diligentia circumdatum in suæ quietis placide habitaculum cum magna precium et multa dulcium lacrymarum devotione repauserunt. Sei et alia, sicut fuerant, inventa cum illo recondiuerunt, peccinem scilicet churneum et forcipes sue adhuc novitatis decorum retinentes, et quæ Sacerdotem dereliquerunt, altare videlicet argenteum, corporalia cum patina, etiam caliceum paryum quidem sed materia et opere pretiosum: ejus inferior pars figuram leonis ex auro purissimo habens, gestat dorso lapidem onichinum, arte palecherrima cavatum, quinque ex studio artificis ita inheret leoni, ut manu facile possit in gyrum verti, nec tanen inde anferri. Porro ex omnibus reliquiis, quæ ibi reperta fuerant, solum caput beati Regis Oswaldi juxta corpus gloriosi Pontificis, sicut et ante fuerat, locaverunt. Nam ceteræ reliquie, sicut jam dictum est, inde elatæ, aliter solenniter compositæ, in loco ecclesie celebri reservantur. Clauso ergo in suam theram beati Patris corpore, eam panno ex lino grossiori, quæ totum cera insuderat, undique circumdatam usque post altare, ubi prius requieverat, retulerunt; Dominum virtutum benedicentes in operibus suis, qui facit mirabilia solus, ejus magna opera exquisita in omnes voluntates ejus,

a In MS. Belfortiano cum precedentibus historia concutiebatur Verum alterius et junioris esse constat. — b Item MS. Belfortum multo ante hanc altarem vi quadam occulta alio translatum, vanis sibi conjecturis coniunctis. — c Itine incipiat utruo duo apographa nostra. — d MS. Belfort necessaria quæque. — e In Vita num. 63 et 64. — f Sic omibus Testimonibus hec carum significat wim ambo, vetustioribus astutissimum. In Apographis multis haec contenuta sunt, et in altero eorum appellatur Rieswitzius. — g Raufus ex Capellano Gasticus Regis Episcopus Dunelmensis 1099, et mortuus anno 1129.

CAPUT II.

Corpus S. Cuthberti XXIX Augusti solenni accusru ostensum, et delitum ad novam ecclesiam.

I Interea promulgato longe lateque ventura Translationis die, ingens fit molecumque Dunelmensis que populorum concursus, sicut diverse dignitatis et ualatis, ita et professionis, secularis scilicet vita et spiritualis personæ perpulches: qui agnito incorrupti tam longa tempore corporis miraculo, plurimum in Domino letabantur, eique voce lauds et gratiarum actione redditæ, sua exaltabant tempora tantæ virtutis ostensione visitari. Inter haec quinam ex numero Abbatum, qui advenierant, in his, qua facta fuerant, injuriam sibi calumniantur illatam; arguunt improvisæ temeritatis Fratres Ecclesie, qui, se inconsulto nec adhibito, tale tamque insolitus opus per se ausi fuissent aggredi: Oportere namque, aiebat, se, cum vicimus esset, futurum hujus facti participem adveniri: ejus assertione testimonium veritatis posset comprobari. Fratres namque, qui his secretis nullum ex alia ecclesia testem voruerant, verisimile esse dixit, non tam verum de suo facto dicere, quam fingere: Unde, ait, ratio videtur expovere tam incredibilis rei veritatem etiam ab aliis indagandam, ut populo, qui tanta frequens accurrerit, id nostro testimonio affirmare possumus, quod etiam nos ipsi oculis nostris perspexerimus. Haec in auribus illorum, qui convenerant, sapientis replicans, quorumdam animos in suum inclinavit assensum. Jam denuntiata translationis dies instabat, et calumnia Abbatis in conventum Fratrum delata, mementes illorum Fratrum gravi concutiebantur secundum

E ihæca panno certa involuta.

F Ex accusribus ad Translationem

G Abbas quædam duobus etiam monachorum pudet arrengat.

nocte 23
Augusti ad
churum reper-
tum corpus
cum vestibus

et altiorum
Sanctorum

removentur:

Corpus et loculo
levatum,

in pavimentum
depositum:

alii reliquias
ablatis,

cantato Te
Deum referunt

narrant
monachis ideo
tristis

g
et Episcopo
volenter crederet

EX MSS.

et alis ostendi
corpus expertusreclamantibus
monachisa
Radulphus
Abbas fit
mediatoret monachus
vult credi,c
et corpus
B. Cuthberti
terum
ostendi,d
drempla
controversia,

A dalo, quod et mendacii notarentur infamia, et iteranda sancti corporis appeteretur revelatio : quam nec extraneis permittere, nec ipsi ulterius ausi sunt iterare. Fit ergo partium magna contentio : Abbate obtidente, solam Fratrum ipsius Ecclesiae non esse admittendam attestationem de suo facto, Fratribus ex suspecta fide sua confusis et reclamantibus vel loci desolationem, vel suam de loro expulsionem enim moliri, qui cum illorum conjuramento testimonium quasi fictum repellens, sacrilegos eos et omnibus detestandos judicaret. Quapropter absit, inquit, ut ad sacra intuenda hinc concedatur aditus, quo agente in suspicionem gravis mendacia pervenimus. Qui enim heri nobiscum exultantes, gloria in excellisis Deo, cantaverant, hodie nonnulli illorum, caluniantem Abbatem, ex mendacio nos suspectos habent.

B 10 His ita contendentibus graviter cum contentione nullus possit finis proponi, mediatorum se interposuit venerabilis memoria ^a Radulphus, tunc quidem Abbas Sagiensis monasterii, sed postea Cantuariensis Archiepiscopus. Is cum multe mansuetudinis vir esset et religiosus, atque in Scripturis quoque sanctis nobiliter eruditus, copiens inter dissidentes reformare pacem : Verum est, ait, quid Scriptura dicit. In ore duorum vel trium testimoniis stabit omne verbum, quanto igitur magis in ore plurimorum, et tanquam probatum ut de illorum testimonio nulla queruntur ratio permittat dubitare? Credimus plane divinae virtutis opus voluisse in B. Cuthberti corpore revelatum : credimus, inquit, propter quod laudem Domini loquitur os meum, et benedic anima mea Domino. Cum autem tanta sit huius miraculi evidenter, temerarius forte videbor, si vobis ostendam corporis sancti incorruptionem etiam nobis ostendi postulavero : et tamen in hac postulatione nec temerarius videbi debeo, nec superfluum : sed quia perfecta caritas foras mislit timorem, id ex multa caritate postulandum presumo, quod ex dilectione prae sumendum postulo. Adjuvat preces nostras etiam, quae in preventiarum accedit causa : ista scilicet Fratris nostri Abbatis dubietas, quae nisi et aliorum testimonio a corde illius fuerit exclosa, justas contra vos sibi videbitur movisse columnas, et in futurum ad has plures sibi contrahet consentaneos : nam ut video, ex Dei providentia facta est haec dubitatio, ut, unde vos estimatis grande fieri scandalum, inde, ordinante Deo, emulatior huic loco gloria provinat. Num prospicere preces nostras gratia vestre favore, cum iam, sicut audivimus, etiam nosipsi viderimus : tanto citius obmutescet obtractantium calumna, quanto et vestrum et nostrum testimonium eadem corroboraverit experientia : tantoque latius in B. Cuthberto gloria Dei praedebatur, quanto nos, qui hanc oculis probavimus, per diversas longius partes hinc rementes dispersi, eam omnibus pandere institerimus.

C 11 His venerandi Aldatis precibus jam Episcopus praebuisset assensum, nisi Fratribus videbatur non statim ei consentendum, qui grave silicea iudicio Dei periculum imminentem formidabant, si denouo cuiquam sanctum corpus ostendendum inconsulto permettirent. Sed prudentius amicorum flexi consilio, tandem, licet difficultime, in hoc consenserunt, ut Abbate amoto, qui eis non credendum censuerat, humili ac religiosus petitor cum aliis, qui digni viderentur, ad novam iuraculam inspectionem admitteretur. Imo et a consulentibus persuasum est eis, ut etiam illua quam maxime huic rei interesse concederent, qui de ipsorum testimonio dubius dubitare alios fecerat : quatenus ejus et ipse miraculi contemplator assistens crederet, quod ei attestantibus credere noluisse. Taliter contentione sedata, du-

cente Priore, ingrediuunt oratorium albis induiti, D predictus Abbas Sagiensis, et Richardus Abbas monasterii S. Albani, et ^b Stephanus Abbas S. Mariae Eboraci, et Hugo Abbas S. Germani in Ollesby, post quos ^c Alexander frater Regis Scotorum Edgari, paullo post ejusdem fratris sui futurus in regnum successor, et ^d Gulielmus tunc Dunelmensis Episcopi Clericus, sed post saepdictum Radulphum Cantuariensis Archiepiscopos : deinde et alii designati religiose vite tam monachique quam clerici numero quadraginta sequuntur : prætere aplices ejusdem ecclesie Fratres : nam ceteri Episcopo assistebant jam tunc in ecclesia altare dedicanti. Præmissa igitur ab omnibus suppliciter oratione, sanctum corpus defertur in chorum, ubi loculo a Fratribus, qui prius concluserant patefacto, Prior relata manu, gravi interdicto prohibuit, ne vel ad corpus, ut ad aliquid eorum, que circa illud erant, contingendum quisquam præter Abbatem Sagiensem manum admoveat. Ceteros jubet propriis assistere et visu potius quam contactu veritatem rei experiendo capere : Fratres quoque monasterii præcepit uides in teneri assistere, et vigilanti semper obtutu observare, ne vel particulari fili indumentorum, quos corpus obvolverant,ullo modo aliquis auferret. Fiunt que jussa fuerant.

E 12 Memoratus Abbas uno ejusdem ecclesie Fratrese juvante, involuta explicans vestimenta circa venerandum caput, utraque illud manu cunctis aspicientibus paullulum erexit, et in diversas reflectendo partes integrum omnibus juncturis colla compage, reliquo id corpori coherere invenit. Deinde manu admota firmius aurem trahens ac retrahens, et post hoc alias quoque corporis partes manu perscrutante explorans, solidum nervis et ossibus cum carnis molle reperit corpus. Id etiam per caput tenendo concentius, adeo in sublime erexit, ut in habitaculo sue quietis pone sedere videretur, et ne quid diligenter inquirentis deasset, circa pedes quoque et crura eamdem experiri studuit integratam. Fuerant autem nonnulli, qui hoc aliquanto diutius intueri paventes, positis super oculos manus exclamarent, enim plus, quam res postularet, veritate exequi probationem, cuius tam evidentem ipse tenuisset certitudinem. Cum ergo incorruptionis miraculum salutis superque pius inquisitor explorasset, elevata in medium voce exclamavit : Ecce, inquit, Fratres hoc corpus jacet hic quidem examine, sed ita sanum et integrum sicut ea die, quam sancta anima ecclastia petens, id reliquerat. Diligenter deinde compositis, sicut antea fuerant, omnibus, Fratres monasterii veraces et fide digni ab omnibus predicatorum, et ille, qui ante eis non credendum iudicaverat, simul cum aliis hoc quod ante abnuerat credendum, sive volens sive nolens, affirmabat.

F 13 Jamque Te Deum laudamus solenniter exultantibus canticis decantato, omnibusque que res poposcerat, decenter dispositis, Patris sanctum corpus humeris portantium excipitur, et in honorem omnipotens Dei cantantium voces hymnis late concrepat ecclesiis : præcedentibus cum aliorum Sanctorum reliquiis, serioso, cum ad ultimum venerabile beati Cuthberti Episcopi corpus, cum festivioris obsequiis apparatu efficeretur ostio, frequens qui foris expectaverat populus in lacrymis præ gudio resolutus, totus obviae ruit, ut portatores sancti corporis vix in tanta constituzione procedere possent, et tanto clamore commixtiorum, exultantium, et exultando flentiorum voces premerentur cantantium. Circumventes intem novam ecclesiam extrinsecus, ad Orientalem ejus plagam stationem fecerunt, ubi seruonem faciente Episcopo, astabant et ipsi, qui miraculum incorruptionis invente, quæ jam per quadringtonos

duce Turgo
Priore
⁴ Abbates
^b
^c
^d
Alexander
dein rex
Scotiar.
Willelmus
post Archiep.
Cantuar.

et alit 40
accidunt ad
loculum :

dein datum
in chorum

Abbas
Saqen. ts
corpis
varie moveb. :

et integrum
tarumque
palam
osuendit :

cantato
Te deum,

totem : cum
supplicatione
circumfertur
corpus :

*concio ab
Episcopo sub
dio habetur;*

*ob pluviam
et riuam in
ecclasiam
infertur:*

*Missa solennis
canitur.*

A dringentes decem et octo annos in humano corpore perduraverat, se et vidisse et cōrectasse omnibus qui ad venerant populus pandebant. Nova illi exultatione ad agendas Deo gratias accedunt, qui sue devotionem mentis dignitas est remunerare tanta gratiae cœlestis manifestatione. Jam dies in ultum processerat, et Episcopus multa, que præsentis negotii causa non postulabat, interserens, longioris multos sermonis serie fecerat tñdere. Sed cum tanta celi serenitas esset, ut nullum venturae pluviae signum in aere appareret, tanta cōperant inundatione subito imbræ ruere, ut confessus interrupto sermone locum sancti corporis Fratres corriperent, et ecclesiæ concite inferre festinarent: quo illato pluvia continuo cessavit, ut hic nimirum daretur intelligi, Deo non esse placitum, famuli sui sanctum corpus aliquanto diutius extra loca sancta detineri. Sed et hoc nullatenus silentio prætereundum videtur, quod cum tanta esset effusio pluviae inundantis, non tam vel ornamento ecclesie, quam tunc omnia fuerant exposita, vel vestes quoniamlibet, qui tunc culti procedebant, ullam ex pluvia vel decoris sui vel usus contraxerunt lesionem. Demum collocato, ubi decenter paratum fuerat, corpore beati Pontificis, resultante laudibus Dei ecclesia, solennis celebratur Missa: peractisque in salutem fidelium saerosanctis mysteriis, ad propria omnes remearunt cum gaudio glorificantes et laudantes Deum in omnibus quæ viderant et audierant.

B 14 Venerat autem inter alios jam dictus Abbas monasterii S. Albani Richardus, memorata translationis minister devotus, qui B. Cuthbertum multo semper excoluit amore ejusque sepulcrum sèpius sobitus fuerat invisiere. Is per multum temporis sinistram manus gravi laborebat incommodo: ita ut nec Missas celebrare, nec olim quidpiam operis facile sine alterius auxilio posset peragere: cui medicorum quidem sedula aderat sollicitudo, sed nullus industria quidquam potuerat conferre. Collecto fratrum cœtu ante horam Translationis humiliiter ille toto prostratus corpore petit, ut confratres sibi fraterna caritas a Beato Cuthberto postularet, quatenus suo ipse interventu a Salvatore omnium salutis ei donum impetraret. Annuit petenti prompta. Fratrum devo-
tio, et oratione indicta precabantur, ut non sua peccata, sed fidem petentis aspiceret, et ad gloriam nominis Dei a Deo gratiam ei sanitatis obtineret. Auditæ sunt et exauditi utrique: ille per fidem (omnia enim possibilia credenti) isti per caritatem: quæ quanto magis inclinantur proximo, tanto magis appropinquat Deo. Peraacta igitur, si supra dictum est, solenni processione, loculus incorrupti corporis sublimus post altare elevandus erat super lajolum, quem gratia tanti onoris sustentandi diligenter manu artificium preparatum, novem pro sui magnitudine altius a terra sustinuit columnæ. Ascendit ergo lapidem sæpe-nominatus Prior, ubi cum ad suscipiendam a portantibus sacri corporis glebas, indigeret adjutorio, conversus ad Abbatem, Domine, inquit, Abbas ascende citius, et adjuva nos. Ascendit ille, et ictus infirmitatis, theram sancti corporis suscipiendo et recomendo contingens, cooperator insistebat studiosus. Quam cum suocin loco compoississent, tunc demum ad memoriæ rediit manus infirma: sed hauc ita sanata sensit, acsi in illa nihil umquam molestiae pertulisset, fuctumque in sese miraculum facilis digitorum infexione, quod ante non poterat, tota die jactando pandere non cessavit. Quo facto in se Dri beneficio, ad laudandum Deum et ad mirandam B. Cuthberti sanctitatem multorum animos sustulit: domumque reversus continuo in honorem sancti Confessoris oratorio constructo, tanto cum devotius deinceps excoluit, quanto illius opem sibi celerius

adfuisse sensit. Facta est autem hæc incorrupti corporis Manifestatio sive Translatio post annos Depositionis ejus quadringentes et decem et octo, et quinque menses et duodecim dies, hoc est anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quarto, qui est quintus annus regni Henrici, Episcopatus vero Ralnulphi sextus, ad Iudicium Dei omnipotentis Patris et Fili et Spiritus sancti, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum: Amen.

a Radulphus de Turbie ex Abbe Sagiensi in Normannia anno 1108 Roffensis Episcopus, deinde anno 1114 Archiepiscopus Cantuarium, defunctus est anno 1122. — b Richardus de Albineto xv. Abbas Ecclesie S. Albini in agro Herfordensi ab anno 1096 usque ad annum 1119. Legenda: Abbreviations Choucourum Radulphi de Biceto. — c Alexander regnus ab anno 1106 usque ad annum 1123, quo dicitur apud Buonlemonsem, deceas vi Kalendas Maii cum regnasset 18 annis et 3 mensibus. Fuerunt Edgarius et Alexander filii Malcolm et S. Margaretæ, quo Divis adscripta colitur 10 Junii. — d Guillelmus de Corbetio familiaris S. Aucterii, primus e Clerici conservatus Archip. Cantuarium 18 Februario anni 1122, obiit 26 Novembris anni 1136. — e ab anno scilicet 1127, quo 20 Martii obiit, ad annum hunc 1104 ac diem 29 Augusti, sunt solus anni 41, mensis quinque, dies novem. In Historia Dunelmensis lib. I cap. 10, numeratur annus currens 18, cui male meuses et dies adjuncti.

CAPUT III. *Miracula furis puniti et sanati.*

E

*Liber
Evangelii
S. Joannis
et SS. Boisito
et Cuthberto
portatus:*

*in Translatio-
ne populo
ostenditur:*

*suspendiculi
filum furax,*

*gravi eritis
dolore
opprimitur,*

*facta restitu-
tione,*

sonatur.

L egitur in Vita b ejusdem beati Confessoris Cuthberti, quod ipse adolescus adhuc in monasterio, dum B. Botsili dictis pariter et exemplis informaretur, ab eodem ægrotante et jam iamque coelestia ascessuro, Evangelium sancti Joannis didicerit: quod in codice septem quaternionum septem diebus invicem simpliciter conferendo compleverit. Nunc codicem (qui pro merito utriusque, videlicet docentis et discentis, retinet gratiam) inter alias sacrie venerationis reliquias, honesto hæc, scilicet Dunelmensis, ecclesia reservat loco. Est autem hinc, in quo ponitur, ex pelle rubricata in modum pere loculus, habens ex serico, quod jam vetusta dissolvit, in fila suspicendum: quo per colla, ut dicitur, Sanctorum, videlicet beati Magistri, et post eum discipuli sui pii haeredis, liber circumferebatur pendulus. Hunc Episcopus cum inter sermonem, quem in Translatione, ut dictum est, ad populum faciebat, elata manu omnibus ostenderet; portatore int̄rim paulo negligenter peram vacuam inter compressas turbas tenente, quidam ex Officialeibus Episcopi, filum de suspicendo furatus, inter enigmas et calceamenta sibi abscondit: ibique donec iret cubitum, irreverenter tale servavit furtum. Nocte vero secenta tam gravi eruris ipsius, cui filum illud fuerat appositum (dolore opprimitur) ut non solum nullam dormiendo haberet quietem, verum etiam grossescere crux non alium lumen molestiae finem potaret, quam mortem. Tristius ergo ac pavens accersiri fecit Presbyterum: qui confitens reatum, id accepit consilii, ut sanctarum reliquiarum facta restitutione, Fratrum erga se reformaret gratiam. Annuit ille: baculoque ac ministris sustentatus, perducitur ad Priorem, filumque reddit: petens cum lacrymis pro se orari S. Cuthbertum, ut ejus merito et perpetrate teneritatis veniam et sanitatis mereretur gratiam. Cui Prior, Quem, inquit, offendisti, ei reconciliare, deposito super ejus sepulcrum, quod abstulisti. At ille non audebat illuc accedere: donec commitantibus quandoque Fratribus adducitur: ubi eis pariter orantibus dolor omnis cœpit mitescere, et deformis inflatio detumescere. Nec multo post sanitatem ad plenum rechutegrata, unde ad tempus corpore deficiebat, inde animo, ad veram animæ salutem vires reparabat, experimento tenens illud: Stolto flagellato, insipiens sapientior erit.

a Hoc miraculum est solum in MS. Belfortiano, in quo debeat clausa præcedens capituli. — b In Vita per Bedam num. 15.

DE

G. H.
ANIMADV.
PAP. 13

DE S. HEREBERTO PRESBYTERO, ANACHORETA IN ANGLIA.

ANNO
DCCLXXXVII
XX MART.

In Cambria
fornit
S. Heribertus

Vita et
Cultus :

Cumbria ad Oceanum Hibernicum ultimum Anglie prope Scotiam prouincia est, quom Derwentius fluvius medium secut exortus in valle Borocaudale, et per montes, Derwentfels vocatus, lapus, diffunditur in prae grande stagnum, in quo tres eminere insulas asserti in Brigantibus Cambdrus, quarum tertia illa eximatur, in qua S. Heribertus eremiticam vitam duxisse scribit Beda lib. 4 Historiarum Gentis Anglorum cap. 29, et in Vita S. Cuthberti jani nunc ad hinc xx diem Martii edita num. 46, ut in altera per hunc discipulum lib. 4 num. 9 appellatur Heriberti. Est autem Heribertus Presbyter et Confessor: qui cum S. Cuthbertus Episcopus diceret se migraturn v. seculo, ille pedibus ejus ad voluntus rogavit, ut sibi a Domino impetraret, quatenus secundum gaudiū leterna transire posset: factumque est ut petrerat: ut his verbis inscrivisset eum suis ad Uuardum Additionibus ad xx Martii Hermannus Grevius, qui in Cartis Coloniensis ante ducentes annos floruit. Eadem fere habet Causas in Martyrologio Germanorum, quorū paucioribus retulit Ferrarius in Catalogo Generali, scutus, ut in Notationibus osserit, Martyrologium Anglicanum, in quo longius rucuum præferatur ex Beda histori: ex qua latissime Acta S. Heriberti deducuntur ab Hieronymo Portero in Floribus Vitorum Illustrum Sanctorum. Ingham, Hibernia et Scotia. Inscriptus est etiam antiquo MS. Martyrologio Marianum Gorium Iohannem Luthensem in Hibernia.

2 Edwardus Mathew in Trophœis Congregationis Anglicanae Ordinis S. Benedicti cumdem S. Heriberto Presbyterum et Eremitam hinc suo Ordini adscribit, date sub finem hac ratione: Quoniam, iugnit, his seculis non nisi a monastica et cœnobitica vita ad eremiticanum progreder consuetudo fuit: quod mallem solidius probari, ut vel illud maxime, nullam his seculis monasticam et cœnobitacum vitam fuisse, præterquam unius et solius Ordinis S. Benedicti. Nounulla de his attigimus infra ad Vitam S. Cuthberti. Edwardum Mathew sequuntur Hugo, Menardus et Galerius Buechius in Martyrologio seu Menologio Benedictino, et codem errore teatunt hi tres S. Heriberto in Comitatu Eboracensi, in insula videlicet stagni prægranicis, unde fluvius Derwentio manat, vitam eremiticam egisse; cum nusquam Comitatus Eboracensis confignus sit provincie Cumbricæ, in qua exoriri fluvium Derventionem, et dictum stagnum reperi certum est. Dein in eadem provincia in confiniis Scotie est Lugubalia seu Luguvallum Rumanarum, nunc Carleiolum, inde Carlile: ad quam urbem cum S. Heriberto sciret venisse S. Cuthbertum, ad illum accessit, et ultimum cum ea de felici obitu colloquium habuit: quod apud Bedam supra pag. 110 et in altera Vita pag. 123 legi potest: unde et constat eum anno DCCLXXXVII, non sequenti ut variis scribunt, cum S. Cuthbertus eadem die vadi nique hora ex hue mortali vita migrasse.

an monachus
fuerit et
Benedictinus.

G. H.

ANIMADV.
PAP. 13

DE S. VULFRANNO EP. SENONENSI FONTANELLE ET ABBAVILLÆ IN GALLIA, Commentarius prævious.

ANNO
DCCLXII
XXI MART.

S. Vulfranus
Archiepiscopus
Senonensis

Fontanellæ
hortus
monachus :

Inscriptus
Martyrologius
MSS. et
excusus :

**§. Cultus suer dici Natum et Translationis
prior : Vita scripta, alia interpolata.**

Illustravit sanctum sua conuersatione varia loca S. Vulfrannus, ne prima velicta Regum Hispanorum nata, Archiepiscopus constitutus est urbis Senonensis ad Ieronum fluvium, qui deu Sequane ministris Parisis deruditur: rupes urbis Epis-
copi ad nostru usque tempora. Archiepiscopus Senonensis
C 21 Erat autem quidam vir dives, Gunduinus nomine, in cuius domum fures ingressi sunt suffosso pariete. Qui dormientibus concretis, qui in domo illa erant, ad aream, ubi meliora ejus habebantur vestimenta accesserunt, enque reserata, que inveneront, nullo sciente auferentes abierunt. Cumque per dies aliquot quiescere diligenter indutem invenirent, uxor illius ad locum, ubi Sancti sepultura virtutum gloria pollet, properare studuit: aliis super damno suo vulno uesti oravit, et votum eum devotione faciens, cassum suum populo qui aderat innovet; et ut pro hac re Sanctum, ad quem consergerat, venient fideles obsernauit. Cum igitur manu facto in ecclesia illa cum plebe, que noctis vigilias celebraverat, exiret; occurrit illi homo ignotus, multum subsarcinatus, qui velut unicus, oculis labentibus,

trementique corpore stupebat attonitus. Qui cum talibus indiciis deprehensus, diligenter discuteretur, nihil resistens substitit, deinde furtum quod latebat subinvolutum exposuit: sivecum demum cuncta, quæ egerat cunctis, qui aderant intimavit. Tunc mulier præfata omnia, quæ perdiderat, læta valde recipit, et Deo Sanctoque Confessori cum multa exultatione gratias obtulit, qui sic sibi absque dilatione supplicantis adfuit: fureque detecto amissa vestimenta sine aliqua diminutione restituit.

D 22 Alia nihilominus mulier juvenis ætate, sed cana fide, manu habebat contractis digitis ad omne opus invalidam, quæ Sancto tandem votum facere studuit, si sibi gloriosis meritis suis obtineret apud Denum, ut ab illa mereretur debilitate liberari. Erat autem de territorio Caletensi, et de villa, quæ vocatur S. e Honorine, dedicata vero sanctæ religioni.

curantur
contractio
digitorum,

Voto itaque facto, ita plene ac perfectly sanata est, ut quod promiserat illico ageret, ac deinceps omne opus feminum sine aliquo impedimento infirmitatis opportune ac decenter expleret. Præterea in pago Baiocassino villa / Tilliacus, puer quidam claris ortus parentibus, annorum octo dicebatur, qui gravi infirmitate deprehensus, ita intumuit ut toto corpore distentus tabesceret, atque a lecto per prolixum temporis intervallum surgere requiret. Pro quo parentes ejus votum sancto Confessori facere studuerunt.

inflatio
corporis,
E

Nec mora: puer dolore recedente, ac sanitate redenente, turpi illa liberatus est corporis inflatione, et pristinæ donatus incolumenti. Sic itaque pius Pastor, atque gloriosus Christi Confessor Vulfrannus invocantes se ubique, suaque patrocinia fideliter implorantes consuevit audire, justisque eorum precibus ac votis annuire, infirmos sanitati restituere, periclitantes liberare, mœstos lætificare. Mihi quoque scriptori in oculum pulvinulus eodem tempore dolor oculi:

incident, et vehementer me afflicere coepit. Propterea cum Sancti nomen tacita mente revolverem, meque, qui illius miracula scribebam, tale quid non debere pati mecum reputarem; uno oculo coepi circumspicere cuinam Fratrum oculum mibi dolentem inspicientem purgandumque deberem committere. Cumque uni, qui mihi perspicacior aptiorque tali negotio volebatur, hoc ut ageret decrevissem me committere et credere, accessi manumque ut mihi illum converterem tetendi. Sed priusquam caussam signarem, miro modo, mihi satis optato dolor quievit repente, ita ut mecum rem mirarer, oculumque an doleret ulterius manu apposita confricans diligenter explorarem. Ubi ergo me ita sanum acsi numquam dohuissem personi, gratias agens a Fratre, quem F expetebam, recessi.

g
equum strati
redduntur
immoti;

D 23 Quidam homo S. Vulfranni misericordiam expetiit, qui in quosdam ministros incurrit. Hi autem equum, cui ille insidebat, eo dejecto rapuerunt, et hunc, eo super hoc conquerente, equitare coepiunt. At ille coepit eos rogare, ut pro amore Domini et sancti Confessoris, quem expetebat cabalum redderent, nec eum aliquo modo impidirent. Illi vero petitionem ejus contemnentes dixerunt, se domini sui servitum prius implere velle, et sic ei, si tanen eos sequerentur, redire. Haec ille audiens et spem ullam jam non habens, ex Domini clementia presumit, et cum lacrymis ait: Sancte et electe Dei Vulfranne, placet tibi, ut ab his hostibus equus milu te devote requirent auferatur? Fer, obsecro, auxilium, quem credo magni meritum apud Deum. His peroratis, confessum illi omnem vim corporis amittentes, ne si aliquis vineculo nexi divinitus, steterunt rigidi et immobiles. Cumque niterent ultra pregreedi, nec valerent; recognoscentes haec sibi pro persidia sua contigisse, ceperunt illum rogare, ut equum suum dignaretur accipere, et pro eis orare. Quo suscepto protinus

A protinus illie absoluti, quo tendebant abierunt. Ille vero Fontanellam accessit: et hæc ita gesta cunctis audientibus narravit: et voto soluto, ad propria reddit.

*caser ultro
aperitus,*

*ægritudo
molesta
sublatia.*

24 Alius quidam ab hostibus captus est, et in custodia missus, qui S. Vulfrannum meritum omnime deprecatus est, ut sibi misereri dignaretur. Nec mora: illo orante, pessulum, quo vinculum ferreum firmabatur, dissiliuit, et illum admodum lætificavit. Veniens autem Fontanellam vinculum illud, id est, boias serum detulit, et eas ibi in testimonium virtutis in edito suspendit, et gratias agens abscessit. Clericus quidam ægritudinem quandam incurrit, ita ut nec a lecto surgere, neque quidquam operis per duorum ferme annorum curriens valeret exercere. Hic autem saniori consilio fretus S. Vulfrannum, ut opitulari dignaretur crebrius invocabat. Num autem precibus devotis insisteret: non multo post sensit adesse virtutem Sancti, cuius auxilio ab incommmodo liberatus, testis ipse virtutis extitit.

a *Gothelmus Comes, alius Dux, Normannix, successor Roberto II patris suo paenultimo anno 1035, postea anno 1066 factus Rex Anglie.* — b *Pagus Colitanus, vulgo Cauzensis in superiore Normannia versus Depum, ubi et vicus S. Iusti in mappis Geographicis ostetur.* — c *Sequentia hujus numeri sunt solnia in nostro MS.* — Capelinus pro gabro aut ptero, usitatus apud Mattheum Parisiensem ad annum 1235. — e *S. Honoria cultur in oppido Confluentia, ubi Oesta sive Isara, in Seguanam defuit. Eddius ejus Acta 27 Februarii.* — f *Ultra Cadomum dubius tenuis versus Occidentem.* — g *In Officio S. Vulfranni, ubi id mense Februario litur, est additum: quos vulpus gravatibus appellat. Forte indicantur iustitiae: sic ipse locus reorum suppliciis deputatus Parisus vacatur la Greve.*

B *anno 1036
ob edictum
Regis
Biblonii,
Christiani
peregrini 300,*

*C *c Terra
sancia
redemptio,**

*m tempore
maris
invenialis
S. Vulfranno
et Nicolo,*

CAPUT III.

Tempestas sedata: desperita recuperata: incendium extinctum: morbi hominum et brutorum sublati.

A anno Incarnationis millesimo quinquagesimo sexto Babylonius Rex Hierosolymam misit, Sanctumque sepulcrum, ut occluderetur præcepit, ac ne quisquam Christianorum in illud ulterius introiret, prohibuit. Quo comperto Christiani, qui ex omni terrarum orbe illuc confluxerant, tristati sunt: et quia devotionis sua desiderium circa visitationem Sanctorum locorum ex more non poterant explere, graviter ingenerunt. Habito deinde cum Patriarcha, qui sancto loci illi præferat consilio, de civitate ne caperentur maturius exierunt: cupientes antequam res innosceret, urbes, per quas redendi transitus erat, ne impedirentur, excidere. Sed enim hujusmodi præceptum jana longe lataque percrebui se perpendente, ac per hor terra illa se nullatenus aliisque illicrimine exituros timerent, ad portum, quem vicinius adire potuerunt, gratia effugii, quod in solo illis negalatur, velocius diverterunt. Ubi ut desiderabant reporto consilio navigi mare intraverant, dato quod ab eis petebatur sine mora nauio: erant autem numero plus quam trecenti. Euntibus autem illis, cum jam secundo successu ac prosperis ventis prolixiora pelagi spatia cœurrissent, immensa exoritur tempestas, qua vehementer eos vexavit atque diutius ne inceptum perficerent retentavit. At illi graviter angustiati, ac ingenti pavore consternati, sicut ex diversis regionibus erant, ita nihilominus diversa Sanctorum nomina invocabant, non tamen aliquid præsticiebant. Erat autem inter eos vir quidam non ignobilis Ausfridus nomine. Hic cum præfatis viris suprema in necessitate constitutus, S. Vulfrannum fortiter invocare crepit, et veteros, ut idem agerent sollicito admonavit. At illi quos extrema perurgebat angustia et horrende mortis vicinitas exterrerat, una omnes voce simul inclamaverrunt dicentes: Kyrie eleison, Sancte Vulfranne ora pro nobis: Kyrie eleison, Sancte Nicolae ora pro nobis. Ad hanc vocem supplicationis expaverunt horribiles venti, ac

tempestas illa gravis, quæ solito amplius incandescat, sedata quievit: ita ut nulli foret ambiguum tranquillitatem mari non casu redisse, sed potius meritis Sanctorum, quos invokeaverant. Verum enim vero præfatus Ausfridus cum post multas prolixi itineris difficultates in patriam sanus remeasset, haec ita circa se sociosque suos acta fideliter narravit, Sanctumque Patronum suum Vulfrannum cum S. Nicolao vitam sibi ac salutem, in illo pelagi discrimine et hostili Paganorum terrore, protestatus est obtinuisse.

26 Sanctimonialis quedam, nomine Eulalia, Fontanella degebatur: huic erat filia, quæ a quadam monacho pictacum accepit, in qui videbatur imago Salvatoris, quasi pendens in cruce, honeste expressa, et nomina ipsius descripta. Haec itaque dominum rediens secum detulit, matræ custodiendum ob reverentiam videlicet Domini characteris comisit. Quod mater accipiens aperuit, deinde adorato reverenter Salvatore in sua figura complacent, ac mox in lecto suo inter cervicale pulvillum ad horam reposuit. Inter ea vulpecula domestica super stratum dominæ suæ, ubi ipsa quoque frequenter jacere ac dormire conueverat, ascendit casuque parcamenti illud invenit: quod statim subripiens clanculo discessit, et in nemore domui contiguo facta scrobo humo operuit. Prædicta vero Dei famula paullo post ad stratum rediens, quod posuisse se caute suspicata fuerat, quæsivit, nec invenit. Sciscitur filiam, interrogat familiaram, omnes se habere negant. Proinde omnia, que in lecto erant, evolvuntur, omne etiam acus seu stramen, quod inferius jacebat, carpiti discutitur, nec sic quod quereretur reperitur. Interea frater ille depositum instanter reponcit, perditum audit, nec credit: insistit vehementer, stomachatur, nec posse se eo carere profitetur. Itaque valde molestus in repetendo erat, et amaris sermonibus Dei ancillæ animam mœstificabat. Sic ille et aliis dies transiit: tertio vero die cum acris exigendo commovisset, illa domum redit, et super his vehementer anxia, cum redisset, flere coepit. Tunc sanctimonialis illa altius suspensus, caussasque illius tantæ molestiæ merito impatians, et perturbatis omnibus qui aderant, vulpecula, quam supra diximus inter eos, ut solebat deambulare coepit. Tunc illa, Tu, inquit, mala bestia expilatrix semper et subdola, tu mihi hæc omnia fecisti mala, tu plane, non aliis, furata, quod quero, exististi, et alicubi, tu defodisti: ego vero tribulor, et toto corde ingemisco. At nunc te præmissa Dei omnipotentis virtute per gloriosum S. Vulfranni nomen conjuro, ut sicut vera sunt mirabilia, quæ per illum Divina misericordia operatur, sic nobis absque dilatione, quod abstulisti, referas, et damnum familiare, quod præsumpsisti, restituas. O mira Dei virtus! o pretiosum et potens meritum Sancti ejus. Illico bestiola illa Divinam præsensit virtutem et invocationem, nec factam per Sancti nomen pertulit contestationem: sed confessim exiens in proximum nemus terram scabere coepit, pictacum illud, quod absconderat deoperit ore tulit, cunctisque cerneutibus et attonitis coram vestigiis dominæ et altricis suis relatum exposuit, ibique nullo cogente reliquit: in quo nulla omnino lesura erat, nihil corruptionis apparebat. Omnibus igitur super inventione rei amissæ exultantibus, Dei ancilla, cui altior erat intellectus, in virtute sancti Patroni et meritorum gloria ejus amplius gloriabatur.

27 In villa, quæ Bodaliel nuncupatur, homo quidam, Anschetillus nomine, manebat, qui molendinum ibi super Olnam fluvium constructum sub censu tenebat. Is aliquando meatus aquarum, ut mos est recuperantur cœrves in fluvium a lapax, suminis

*Pictacum,
in quo erat
imago
Saluatoris &
vulpecula
año detulatum.*

*post triduum
invocato
S. Vulfranno
referunt :*

A fluminis divertit. Cui opificiодum vires suas studiosius impenderet, claves, quas cingulo negligenter appenderat, solutae in aquas corruerunt: que pondere suo, quia ferreas erant, ima alvei petierunt protinus. At ille, ut sensit, vehementer tristis effectus ingemuit. Quia vero multe erant aquae, et fluvius altus valde, nec facultas ei requirendi eas aliqua suppetebat, nec invenieendi spes illa restabat; Sancti postulavit suffragium, quem jam multorum relatu potentem didicerat gloria miraculorum. Itaque dominum, Sanctum frequenter invocans, petit, nec multo post, potentibus qui molere habebant, ad maledicendum redit. Quid cum ut aperiret ascenderet, claves quas perdisserat vidit de pale pendentes: quibus visis inenarrabiliter gavisus est, et cognito tanti beneficii auctore, gratias egit, et numeru reponissa fidei devotione persolvere curavit. Sic sic nimurum superna pietas Sanctum summa invocantes in rebus etiam minimis nonnunquam exaudit, nec rem sed fidem attendit, neque vilitatem causae pensat; sed devotionem potentium remunerat.

B 28 Quidam civis Rotomagensis ab equo corruens brachium fecit, ita ut dolore gravi valde deficeret, et nihil operis exercere ex eo valeret. Quambuscum sancti Confessoris auxilium poscere studuit, et mox impetravit: proinde cereum sibi brachium formavit, et ad locum sepulturem Sancti cum multa devotione portavit. Et quia propositi corporis amissum recipere mernit membrum, cera figuratum in memoria tanto virtutis novus pectori institutum simulacrum, quod illi dedicando non immerto decrevit, a quo sili se reddidem recognoscit. Præterea muliercula quedam introque lumine privata dñe deducta venit, qua cum in cryptam illius Ecclesie descendisset, ad sepulcrum, in quo Sanctus ambiguus jacuerat, oravit: ibique statim per eum vocata, quem fideli exspectaverat, illuminata, valens et luctabunda recessit. In pago Oximensi villa est, quam vocant incolae Columellas, in qua quendam hemina Durandum nomine habebat, enjus uxorem Albretram nomine, morbus gravis in maxilla percussit. Qui carminatus inde recessit: sed mox guttur illius invasit. Unde postmodum magistrus dextrum opus latus obsecit, a quo nullo carmine demecps transferri, nullo valuit malugnate aboleri. Porro illo in loco multos jam similes morbus abstulerat, et quisquis eo tactus fuisset, nullam evadendi vita disponit. Adiacuum habebat. Quapropter mulier præfata valde timens, non imprudenter sibi consuluit, suaque saluti prævidens. Sancti nomen, omni nomine valentius, omnii antideo potenter, fidelerat invocavit. Quo facto, mirum in modum morbus ille crepsit, uelens elberit, ex quo virus omne decurrat: domo dolor intolerabilis, qui jam ipsa torquebat vitalia, quievit: ac denum in paucis diebus sanato ulcere, obducta cicatrix, mulier plene convalluit, ac pristinæ restituta est sanitati. Quod vir eius videns et invocati Patroni beneficium evidenter intelligens, cum uxore sua volvita salutis illius munera gratanter parsolvit.

C 29 Jam vero illud, quod huc usque distulimus, qualiter videlicet sanctos Confessores nisi suorum monachorum, cui lediuinus nomen erat, subvenient, atque openi suæ intercessionis illi contulerit deliberauimus evolvere, litterisque ad futurorum tradendo notitiam, quia et persona nota est, et res non parva proculatur. Eum igitur aliquando gravis adiudicium infirmitas, quæ dysenteria vorator, invaserit, et longa viscerum tortura, atque indeſinenti fluxu ventris ita confecit, ut tenui vite aduersa formidare mortisque vicina confinia se, jam gravi fractus mollesca, contingisse speraret. Quapropter Sancti implorare patricium repente deliberavit, quia nihil sibi remedii humana cura praestare potuit. Accessit spe ergo re-

euperante sospitatis, et in vigiliis ejusdem noctis D cum populo interfuit: sed nihil, ut volebat, sibi contigit. Venit etiam secundo et vigilavit, nihil tamen commodi retulit. Tertio autem redit, et in medio turbæ turbatus valde astitit. Ubi graviter conquerens atque velut adversus Sanctum indignans, in auditu circumfusæ plebis hujusmodi protulit verba doloris: Quidnam, inquit, est hoc, Pater sancte?

reptus
S. Vulfrann
opem
implorat,
et ignotos aspicis, infirmos curas, languentibus mede-
ris, et me servum tuum, qui tot annorum circulis
servivi tibi, negligis: languidum non sanas, dolen-
tem minime consolaris. Quantus honor est tibi, qui
me turpi languore deficere conspicis, nec miseraris;
morientem spectas, et auxilium subtrahis? Sed for-
san vis, ut eam, et ad sepulturam tuam inter pau-
peres istos resideam, in quibus nemo est, ut fateor,
me panperior, qui nihil meum prorsus habeo. Ne ta-
men pro hac re, quod desidero, non obtineam: ecce
paratus sum ascendere, et in hoc ipso ceteris me
coequare. His ita perturbato animo peroratis acces-
sit, et pedem, ut sibi locum ficeret juxta paupre-
lam, que illi sibi sativæ cœca, posuit. At illa indi-
gnans ductrici sua sibi propius assidenti ait: Amove
hinc, quæso monachum hunc, qui sibi juxta me pa-
rat sedendi locum: Cui illa, Quomodo, inquit, nosti,
quod iste monachus sit. Tunc illa, Bene, ait, novi,
quoniam video illum oculis meis, nam et tres cande-
las hic conspicio ardore, populumque circumstare.
Ad hæc illa respondit: Surge ergo, et da locum aliis,
quando, ut dicas, visum, quem amiseras recipere me-
ruisti. Quod cum monachus ille audisset, altius in-
geminavit, dolorisque verba ingeminans, sic ait: Sic
Pater Vulfranno placuit tibi: ecce vetula isti
paullus post morituræ lumen reddidisti, et propter
hoc, quod te expedit citius indubisti, quæ modo ve-
nit, ac iam recessit, nec saltu gratas egit: mihi-
que seruo tuo, qui ab inueniente ætate tibi hactenus
deserviri ecce tertio venienti gratiam diffusa huc us-
que impertiri. Ecce hic, unde surrexit, residebo:
nec plane recedam, quo usque gratiam promerero.
Sic ait, atque in pavimento juxta Sancti sepulturam
so levavit. Ubi cum aliquantis per resedisset, sonno
gravatus paullulum olidorimivit. Interea, ut sibi vi-
sus est, S. Vulfrannus albis induitus, pallio amictus,
apparuit quasi per majorem fenestram ingrediens a
parte Orientali: qui propius assistens, ait illi:
Vade, aquam tibi posce, quæ hesterno die late fne-
runt Sanctorum reliquie, ex qua securus bibe. ven-
trom dilue, sic pristinæ donaberis sanitati. His dic-
tis, sanctæ dexterae digitos, quasi aquam respargens,
super illius vultum excussum. Siquidem Frater illi ex-
pergefactus, visione enim sonano recedente, fetus
sorredit: nec eum ita resedisse peintuit, qui sa-
nitatis gratiam, Sanctique visitationem promeruit.
Qui cum primo ovigilasset, faciemque suam manu
admissa fricasset, guttulas illas aquæ, quæ se a
Sancto respersi in somnis vidit, miro modo etiam in
suo corpore rotantes visibiliter sensit. Petita itaque
mpni, Reliquiarum attulit sacra, et accepta, ven-
trem diluit, visceraque ex ea potando, ut sibi fuerat
imperatur, infundit. Siquidem actutum restitutus sa-
nitati, inde recessit.

F 30 Præterea non est omittendum, quod Sancti-
monialis quedam, religiosa valde et prudens, de se-
metipsa retulit: quæ in loco, qui Pratellus antiquitus
vocatur, inconspicuæ Virginum gubernatrix constituta,
suscepit regnum officium, et magnifice gessit. No-
bis, inquit, S. Vulfrannus bene compertus est, suamque
in meo pectore memoriam aeternaliter fixit, et
amoris sui reverentiam pro his, quæ ipso operari in
me dignatus est, in corde meo indelibilem colloca-
vit. Contigit enim milii infirmari, paullatiusque cres-
cente

curatur
brachium
laxum;

cœca
illuminatur,

diffluis
mantus
defellitur,

monachus
divinitaria
laborans

plebeiale se
timiscet:
locum cœre
illuminaat
occupat:

a S. Vulfranno
apparente
jusus bibit
aqua quæ
late Reliquæ,

et sanatur.

Abbasura de
sanitate
desperata.

ex us

immobilis redditus,

E

*et restitutur:**alios subito
intra
prostratus**sana nec:*

EX MS.

A illa audivit, morentem sermonibus, quibus potuit, consolata, similiter sibi contigisse intimavit: atque ut S. Vulfranni praesidium imploraret perdocuit. At ille his auditis, domum festinus petiit, et ut instrutus fuerat, stupam multis mirantibus poposeit, qua retorta, jacentique equo per longum applicata, votum facere curavit. Nec mors aliqua intercessit; a solo caballus ille se excutiens assurrit, ac cernentibus omniibus qui aderant, ad stabulum, unde pene mortuus eductus paulo ante fuerat, nullo monitore redit, et stenai pabulo quod invenit coepit vesci. Quo viso, dominus ille multo gadio perfusus, vota pro tanto beneficio S. Vulfranno persolvere matravit, et gratiarum actiones Deo, qui in Sanctis suis est mirabilis, devote repedit.

34 Praeterea bos cuiusdam, qui Turchitulus dicebatur, morbo inopinato tactus, sub jugo corruit, diuque moribundus lorisque solitus in terra jacuit. Cumque nulla ulterius spes homini adesset, quod bos suus de cetero viveret, vocata conjugi, Albretha nomine (ipse enim cum ceteris bovis carrum, ut potuit, ad villam duxit) ait illi: *Vade in sylvam cum mercenario, bovem nostrum tali require in loco, a quo mox detracto corio festina redire.* At illa concita perexit: animal adhuc pene mortuum invenit. Verum nihil cunctata, sed prudenter consilio freta, immensam Dei clementiam supplici cordis affectu implorat: deligne S. Vulfranni nomen flebiliter invocat, etc., ut sibi bovem suum pretiosissimam ineritis suis restituere dignetur, exorat. Itaque jacenti pecudi appropiat, et a summo cornuum ejus usque ad ima clunium accepta mensura in honore Sancti, pari longitudine vovet candelam. Necdum illi manus amoverat, et ecce repente bos, qui extenuus pene examinis jacuerat, caput erexit, cervicem excurrentem: ac sic demum, domina mirante et lacrymas pro gaudio fundente, a tellure surrexit, et viridia juxta se tamquam nihil doluisse, alacriter ablingere coepit. Tunc ista ingenti ovans letitiae, et gratias Deo omnipotenti atque Sancto ejus, qui silii misertos fuerat, devote repedit, et ad vicum cum suo animali est reversa. Rem itaque marito diligenter exponit, votum declarat: ille super hoc satis letus effectus divinam miratur clementiam, Sanctique Vulfranni praedictam meritorum potentiam, nec multo post Fontanellam venit, gratias egit, votum salvit, rem, ut gesta fuerat, pandit, sicque dominum plenus gaudio reddit.

35 a Puerulus quidam ex urina petram contraxerat, perque dies plurimos oculoso meatu vesiere, plenumque sanguinem videbatur elucere: cuius doloris nimicet modo miserabiliter frequenter vociferans, ita per curriculum hebdomadis aggravatus est, ut subito mori putaretur. Interen dolor tenerie sobolis ipsa viscera pertransibat propter genitricis. Porro patris iussa mater rototo illo pueri renes circumcinxit, plurimumque de Dei clementia Sanctique Vulfranni presumentes, non medicum secantem quesierunt, sed ipsi Sancto tota cordis devotione preces fuderunt. Mox mirum diut: infantulus ille petram minxit, citissimeque toto corpore convaluit: quam petram postmodum pater nobis ostendit, puerumque suo liberatori in servum contradidit. Alium quemdam simili contactum molestia, pater expenso in medicis pretio fecit incidi: sed studium illorum summo desiderium sinistra cessisse indoluit: nam puer incisus in mortem pene est resolutus. Super quo pater materque nimis dolentes, ac se homicidi reatum incurrisse vehementissime formidantes, sancti Confessoris advocarunt praesidium, quod nulli eredebant deesse devote petitionem. Quid plura! Obedientia catarice vulneris, puer Dei misericordia totus coualuit.

39 Et vero quoniam pace haec pluribus omissis

ntcumque explicimus, nec omnia, que gesta sunt, D
virtutum insignia nostro proseque stylo sufficiimus, *concl sio
ne modum plura innectendo videarque excedere,
dicendi finem facere decrevimus. Jam vero oratio
nostra ad sanctum Patronum nostrum hactenus est
vertenda indeficerenter.*

a Hac duo miracula solum sunt in antiquo MS. nostro.

TRANSLATIO CORPORIS

Fontanella Abbavillam.

§ I. An idem S. Vulfranni corpus fuerit Gaudi. Solennis ejus ibi veneratio.

A actus de Translatione corporis S. Vulfranni ad civitatem Abbavillanam, necessario inquirendum est, num illud ipsum corpus autem fuerit defalum Gaudavum, et in celebrissimo S. Petri monasterio, Blandinio appellato, depositum. Ex statu 2 Scriptorum historis Francorum apud Indrecaudum Cheseum Chronicon de Gestis Normannorum in Francia, et in his pagina 325 ista leguntur: Anno Domini 1066 pyrato Danorum Fresium adeuntes, provincias et reuelas vastaverunt et populum in eis occidern. Quod audientes Flandrenses, vicinariisque urbium Pontifices et Abbaties, cum Sanctorum suorum reliquiis ad Sanctum venerunt Audomarum, quia muro valido et torribus atrium ejus divina providentia invenitum erat. Iste sunt Sancti, qui propter persecutionem illam pervenerant ad idem castrum, SS. Bayo, Wandregisilus, Ansbertus, Vulfranus, Walsulphus, Piatus, Baius, Winnocus et S. Austreberta Virgo, et quadraginta annis eorum aliqui ibi permaneserunt. *Hac ibi, quæ in Gestis Normannorum ante Rollonem Dicem pag. 2 habentur, nonnullis sub finem sic intitulata: Iste sunt Sancti, qui propter persecutionem illam convenerunt, S. Wandregisilus et SS. Vulfranum, Ansbertum, Bayo, Walnulfum, Piatum, Barcius, Winnocum et S. Austreberta, et al. ambi ibi fuerunt. Additurque ex fine Codicis eo translata esse, atque ideo sunt purpurei inslusa, cum ubi his diversa narratur illo anno a Normannis in Frisia et Britania Gallica perpetrata: unde signum est ea imprudenter sub finem Codicis relata, et ab priore auctore sua historiæ inserta. Meierus lib. 2 Annalum Flauhiv. ista solum tunc gesta scribit: Anno 1066 Corpora SS. Bayonis et* Non fuit
corvus
S. Vulfranni
cum aliis
corvo illus
Sanctorum
anno 846
Audomarum
defalatum

E

Pharalildis Enckeriensis Abbas Gandensis ac Frangerus Prator metu Normannorum trasportaverunt ad eastrum Fani Audomari. Dein anno octauum Tasridus Gandensis Abbas corpora Divorum Bayonis F. Pharalildis ex castro Divi Audomari terrore Normannorum Laudunum transtulit. Postea in Arnulpho Magno Comite Flaudir ista habet: Anno pccxxi. Arnulphus cum Gerardo Cellensi, Alba Gandensi, corpora Divorum Bayonis et Pharalildis Lauduno Gandavum rotulit. Hoc Meierus ex antiquis Chronicis Gaudavensibus, ex quibus fabula supra indicata evanescit, ac certiora inquirendi locum præbat.

*sed etiam
corpora
SS. Bayonis et
Pharalildis*

2 Historiam miraculorum S. Wandregisili graviter scriptam a monacho Fontanellensi, habemus ex tribus antiquis codicibus MSS. in quo de Translatione hujus et S. Ansberti, cui ille videtur interfuisse, ista describuntur: Anno Karoli Regis xvii, sive Christi 1066, ut ex adjunctis liquet, Sanctissimi ossa piisque cineres egregii Confessoris Christi Wandregisili ac Sancti Praesulis Ansberti, ob metum et conciliationem nefandorum Gentilium, de Fontanelle monasterio propriis effossa sepulcris ad villam Bladulphi deportata sunt, unde ad ecclesiam S. Petri, vicinam Quantavicem, tum ad villam Walbodeghem, inde iterum anno 1066 ad ecclesiam S. Petri relata, ac deinceps rursum in Walbodeghem. Postmodum anno 1068 corpora SS. Wandregisili et Ansberti Confessorum venerantur

*Fontanellam:
deportatis
corporibus
SS. Wandregisili
et Ansberti
anno 1068*

item aliis
equus
moribundus,

bos pro
mortuo
derelictus,
subito surgit
sanus.

a
puerulus
calculeo
liberatur;

atius post
incisionem
moribundus
sanatur;

A venerunt ad Carnotenam urbem etc. Quæ aliquanto latius deduximus ad Vitam S. Ansberti, integre daturi xxii Iulii ad Vitam S. Wandregisili. In qua relatione frequentissima mentio fit SS. Wandregisili et Ansberti, nulla S. Vulfranni: quia hujus corpus Fontanellæ adserendum est: et tempore Gerardi Abbatis inventum, capse argenteæ impostum, et anno mxxvii magna cum solennitate translatum: quod quam plurimus claruit miraculis, ut ea ab auctore coarcto et in pluribus teste oculato descripta jam dedimus. Interum, ut ad Gandenses redeamus. Carnuto corpora SS. Wandregisili et Ansberti primo Bononiam translata fuere, ac postmodum anno DCCCCXLIV Gauduum aut dictum monasterium Blandinium. Creditum a posteris adfuisse ossa S. Vulfranni, quod tam hujus, quam aliorum referantur in MSS. Chronicis sacre vestes aliisque vasa translatum, que sic reperimus: De reliquiis dictorum Sanctorum nobiscum detulimus, de casula S. Wandregisili, capellum etiam capitii ejus, unanque ex caligis ejus, subtulares, spartam, partemque illius crincis, quam alio ligno inseruimus, et auro argento decoravimus. Hæc vero sunt, que de S. Ansberti habemus reliquiis, tunicam ejus et partem ipsius casulae, marsupium vero et anaphum, seu pyxidem atque cultellos. Ex S. Vulfranni Dalmatica, pars est apud nos maxima, et cultellus cum vagina.

B Hæc ibi, e quibus videtur arrepta ansa erroris, quo trididerunt posteri etiam corpus S. Vulfranni Gandavum translatum.

3 Fuit interim post inventum hujus apud Fontanelenses corpus magna hos inter et Blandinienses monachos rerum communicatio. Nam cum Robertus præcesset Fontanellensis Abbas, ad coenobium S. Wandregisili relatum fuit, de monasterio S. Petri Blandinii montis juxta Gaudium in Flandria, brachium ejusdem Sancti cum multa miraculorum gloria: ut ex Tabulis MSS. Fontanellensis refert in Neustria pia Arturus du Monstier in dicto Roberto xxxxi Abbate, qui cum ab anno mXLVII præfuerit Fontanellensis usque ad annum mXXXI, institutus est Abbas Parisus in monasterio S. Germani de Pratis. Legitur in serie antiqui Brevarii Fontanellensis xvi Kalendis Julii solennitas bracillii S. Wandregisili, scilicet recepti, ut nobis per Fredericum Flovetum Societatis Jesu Sacerdotem Rotomagi residentem indicatum est. Hinc licet inferre, cum monachi Blandinienses tunc potuerint scrive, in sua ecclesiæ corpus S. Vulfranni non adservari, quidam petierint aliquot sacra ossa ejus, ut si forsitan ejus apud se cultum veneracionemque habuissent possent securius progredi, aut certe, si ante non fuissent

C venerati aliquo Officio Ecclesiastico, posseut incipere et honore tertium Patronum monasterii Fontanellensis: cuius duas præcipuas Patronos, Santos, inquam, Wandregisilum et Ansbertum, ob sacra eorum corpora ibidem adservata, venerabantur. Certe in Officiis propriis Blandiniensis monasterii habet S. Vulfranni xx Martii Officium sub ritu duplicitis majoris, et xv Octobris ob corporis primam elevationem iterum sub ritu duplicitis. Præterea ob Translationem SS. Wandregisili Ansberti et Vulfranni xxxi Martii recitat Officium sub ritu duplicitis minoris, quam Translationem supra ostendimus de duabus præribus, non de S. Vulfranno, dici debere: quod idem arbitramur dicendum esse de solemnitate sub duplice maiore, quæ celebratur in Septembris. Hinc in nouultus Martyrologio Gandavo attribuitur, etiam in MSS. Bruxellensi S. Gudila et Trivirensi S. Martini, et ultis postmodum excusis.

§ II. Abbarilla ecclesiæ dux S. Vulfranni, corpus hujus eo delatum, nuper ostensum, Veneratio sacra.

A Abbarilla sive Abbatisvilla, Picardia civitas est, od Martii T. III.

Somononam fluvium in Ponticensi Comitatu sita: cujus D magnitudinem et elegantiam, quando eam aliquando Abbatis ingressi fuimus, admirati sumus, cum et ipsa civitas, templorum etiam et monasteriorum multitudo et magnitudo multum nostram opinionem superaret. Patronus sunt 2 ecclesiæ hujus civitatis est S. Vulfrannus, cui duplex in ea est S. Vulfranno dicata: altera parochialis, Chaussea sive Adagerevem cognominata, in antiqua civitatis parte sita; altera raque primaria est Collegiata olim Deiparae Virginis dicata, in qua corpus S. Vulfranni adseratur, ex monasterio Fontanellensi, ut tradito fuit civium antiqua, eo sub Comitibus Ponticensibus deportatum, ejus corpus eorum donationis et translationis chartæ perierunt.

De antiquis Comitibus Ponticensibus legi potest Adrianus Morlerius in Synopsi illustrissima familiarum Picardie: multus etiam recenset Ignatius Josephus de

Jesu-Maria in Historia Ecclesiastica civitatis Abblauz et Archidiaconatus Ponticensis, qui lib. I cap. 24

refert fundationis xx Canonicorum diploma: ex quo

excerpta hæc damus? Ego Joannes Comes Pontivi... Canonicorum

notum facio, quod ecclesiam S. Vulfranni ad titulum

Capellanorum antiquitus ædificata, et beneficio

antecessorum nostrorum dotatam et fundatam in

duodecim Capellanos. Nos igitur divina inspiratio

commoti, ob salutem animæ nostræ fecimus,

instituimus et Deo dicimus et B. Vulfranno viginti

Canonicatus et præbendas... quas statuimus et ordi-

namus esse cum Capellaniis ejusdem ad honorem

Dei et ampliationem divini cultus in eadem ecclesia

S. Vulfranni... Signavi sigillo meo anno Incarnati

Verbi mXXI. Forsus anno mCLXI aut mCLXII scriben-

dum; nam Wilelmus Belesmarus, cognomento Talvas,

dicti Joannis pater, traditur anno mCLV et mCLIX variis

possessiones Cisterciensibus monachis, et Abbatie

S. Judoci donasse. Inter antecessores dicti Joannis re-

peritur apud Morlerium Wido sen Gundo, per quem

donatio aliqua fundorum prope Dolendium sitorum,

facta est monachis Cluniacensibus anno mLXXV, et idem

aut certe filius dicitur anno xc fundasse Prioratum S.

Petri in Castræ loco iuxta Abbarillam: ad quæ tem-

pora arbitramur referendam esse translationem corporis

S. Vulfranni ac fundationem dicitrum duodecim Capel-

lanorum. Iterum Joannes ii Comes Pontivi et Mon-

strolii cum Beatrice uxore ultra viginti Canonicatus,

quos pater ejus fundavit, dotat sex alias Canonicatus

ob salutem animarum suarum et Willermi filii,

anno mCXXXVIII, uti diploma habet cap. 25 in dicta

Historia Abbarillana, sed simili annorum errore, ut

videatur scribendum anno mCLXXXIII, aut quid simile.

Nam Beatriz fuit filia Anselmi Canduveni, Comitis

S. Pauli ab anno mCLI, ut en anno mCXXXVIII non fue-

rit prognata, quæ tamen hic censetur haberere Wilhel-

mum filium aliquo modo adultum, cui dedit Philippus

Augustus Rex in uxorem sororem suam Alesiam filiam

Ludovici vii seu Junioris Regis Francorum ex Alesia

tertia uxore. Hujus Wilhelmi tempore impostum est

corpus S. Vulfranni capse argenteæ a Richardo Epi-

scopo Ambianensi (qui in ea dignitate vizit ab anno mCCV

ad annum mCCXI) uti ex hoc authentico instrumento

constat.

5 Anno Dominicæ Incarnationis millesimo sex-

centesimo sexagesimo secundo, die vigesima prima

Maii, que incidit in Dominicam post Ascensionem

Domini nostri, regnante Ludovico decimo quarto

Francorum et Navarreorum Rege Christianissimo,

Nos Franciscus Faure miseratione divina et Sanctæ

Sedis Apostolicæ gratia Ambianensis Episcopus,

dum Abbarillam tunc temporis in cursu visita-

tionis nostræ dioceseos dies aliquot immorarem;

postulatione Nobis facta ex parte directorum Deca-

min, Canonicorum et Capituli Ecclesiæ Regalis et

Collegiata S. Vulfranni, et omnini Magistratum

Ordinumque urbis, ad dictam ecclesiam accessimus

Anno 1662
aperitur
capsa
reliquarum
S. Vulfranni :

A hora ferme octava matutina : et capsam argenteam in qua reconditum erat corpus Sanctissimi Vulfranni Senonensis Archiepiscopi, Abbatisselle Patroni meritissimi, (numquam alias, quantum omnes meminisse poterant, detectam, ex quo pia antiquorum Pontivi Comitum liberalitate sacrae illae Reliquiae in eam orbem translate sunt) aperiri coram Nobis curavimus, presentibus et illo obnoxio requirementibus viris omnibus Primatis civitatis ex utroque Ordine tam Ecclesiastico quam seculari. In qua capsam deprehendimus duas schedulas ex pergameno, suo utramque munitam sigillo integro; alteram scilicet datam a Reverendissimo Domino Richardo Ambianensi Episcopo, cuius tenor est qui sequitur : Richardus Dei gratia Ambianensis Episcopus, omnibus praesens scriptum visuris salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod per manum nostram, coniuvante Spiritu sancto, repositorum est hoc sacrosanctum Corpus Beatissimi Vellranni Archiepiscopi et Confessoris in hac cassa, temporibus Nobilis Viri Wilhelmi Comitis Pontivi anno Verbi Incarnationis millesimo ducentesimo quinto. Alteram vero schedulam a Comite Pontivi Wilhelmo, enjus etiam hic est tenor : Wilhelmus Comes Monasterii et Pontivi omnibus praesens scriptum visuris salutem et dilectionem. Noverit universitas vestra, quod per manus Viri Venerabilis Richardi, Dei gratia Ambianensis Episcopi, repositorum est hoc sacrosanctum Corpus Beatissimi Vulfranni Archiepiscopi et Confessoris in hac capsam temporibus meis, anno Verbi Incarnationis millesimo ducentesimo quinto. Deinde ex eadem Capsa Codicem antiquum manuscriptum ex pergameno extraximus : in quo Latino idiomate descripta continentur vita et miracula gloriosi Pontificis Vulfranni, auctore Jona monacho Fontanellensi : quem vita et miraculorum descriptionem accepisse se ipse refert ab Ovone Frisone etiam monacho Fontanellensi, qui et ipse sese proficitetur esse liberatum ab instanti mortis periculo per insigne miraculum S. Vulfranni, cui ipse Ovo posseta semper adhaesit individuus comes ad morte usque.

B 6 Deinde coram omnibus de eadem capsa proutius sacrum ex fina una cum similione ejus, in quo saeculus continebatur aliis ex ponito pretioso purpureo floribus variis intertexto, et auro addito ad texturem circa saeculi lumbum, quem simeculum ex serico variis coloris constringebat. Ad eujus aperturam saeculi non sine admiratione visa sunt omnia ossa corporis humani, eximie, ut apparebant, statuta, eaque integra et solidia. Domine omnes qui inferunt viri primarii suo ordine accederent, sacras Reliquias magna enim devotione venerantur, Cantum SS. Ambrosii et Augustini Nobis clara voce incipientibus, proserpus est chorus musicorum et organa alterius vocibus maxima enim exultatione, puisque ex gaudio lacrimis totus qui viderat populi, quem nec ipsa ecclesia, quantumvis amplius, capere poterat, explosis etiam tunc tempore in signum laetitiae tormentis bellieris. Quo peracto Canticum, Missum solennem de S. Vulfranno celebravimus in Pontificibus eadem cum populi frequentia, ad quem unte ex ipsis altoris gradibus concionem exhortatoriam habuimus. Hora vero sexta pomericiana ad diem ecclesiam iterum accessimus, et sacram capsam, post Reliquiarum, que toto reliquo die ad populi devotionem exhibebat sunt, in ei repositorem, claudi curavimus et exinde de dicta ecclesia, una cum universo totius orbi Clero virisque omnibus Primariis et frequentissimo populo ad S. Petri ecclesiam solemniter et in Pontificalibus processions, unde redeentes capsam in ecclesia S. Vulfranni reliquimus integrum. Ad eujus insignis facti me-

D moriam praesens Instrumentum manu nostra signatum et sigillo nostro una cum sigillo Capituli dictae Ecclesiae S. Vulfranni iunctum confici voluimus, et in capsam ad perpetuum monumentum recordamus.

E 7 Extut ibidem Instrumentum Gallice excusum anno MDCXIII sub finem Officii S. Vulfranni pro Ecclesia Abbavillana ordinatu, quod recitatur et xx Martii et xv Octobris, et tunc cum Octava : quod in priori festa ob tempus Quadragesimale non est permisum. Præterea inferu quatuor non impedita festo novem Lectio[n]um recitatur Officiu[m] de eodem Sancto, et tertia Lectio propria assignatur ex miraculis eiusdem Sancti. De aliis munib[us] a dicto Wielhelmo Comite, aliusque Principibus ac Regis dicto Ecclesie collatis legendu[m] est jam citata Historia Abbavillana : in qua eitate 30 enumerantur Diversi ipsudem Ecclesie Collegiate S. Vulfranni, etiamt[er]: Sub Joanne Bartholemio anno MDXXV, ad instantiam Ludovici xii Regis Christianissimi, apertum fuisse xxii Junii brachium argenteum, continens os brachii ab humero ad cubitum reliquias S. Vulfranni, indeque desumptas particulas duas, alteram pro iam dicto Rege, alteram pro Senonensi Capitulo, ut eorum postulato jam pridem facta simul satisficeret. Apographum huius donationis a Francisco de Feure de Caumartin Episcopo Ambianensi consuetum, dicto argenteo brachio ad perpetuam rei memoriam insertum, Habent prætrix Senonenses vertebram anno MDXXI a Canonicis Abbavillans dono missam. Utrum habetur in Catalogo Reliquiarum Ecclesie Senonensis nobis inde a Francisco Perei Societatis nostrae curato.

F 8 Concludimus hunc dissertationem cum Historia aliquot miraculorum, quæ olim Abbavilla accurrentibus ad sacrum S. Vulfranni corpus virtute divina collata sunt : et in supra indicatis MSS. tam Dominus Joannis de S. Martino Ordinis Fulicensis, quam Dominus nostræ Professæ continentur. Præterea litteris Abbavillæ scriptis, et anno MDCLXII per R. P. Philippum Bructinum Abbavillanum, litteris variis editis ora notum, ad nos missis, rivedemus hoc insuper notatum dignum esse, quod etiamnun Deus non esset ad Sacrosanctum illud corpus quotidiana et quamplurima patrare miracula : interque suggestuntur ista duo : Alterum in tenerrima virgine, filia imperi defuncti Dianini Baronis de Vimenes, loci in Vimacensi pago siti : quæ dum ad pietatem educetur apud devotas Deo moniales in monasterio dicto de Bertancourt in eam paralysum incidit, ut vix inmove se posset, et ne quadam loqui, cuncte jam per multos menses labaret, delata ad ecclesiam S. Vulfranni, ut sacrum Corpus veneraretur, statim ut votum absolvit, ita convalescit, ut pedes et exiliens redierit in monasterium, usq[ue] etiam linguae liberrimo restituto. Alterum in pno fere septembris oriundo ex alio loco, dicto Balancee, in Pontivensi pago : qui a pluribus mensibus smalli morbo detinuit ant etiam graviori, ut ne quadam verbum preferre posset, etiam ad dictam ecclesiam per parentes delatus est : statimque ad sacras Reliquias admotus ut eas deoscularetur, interrogatus non primus nostra fidei articulos teneret, et fiduciam salutis obtinenda in precibus S. Vulfranni reponeret, clara voce protulit, credere se in Deum unum in essentiali et trinum in personis, et sanctum se Vulfrannum in auxilium invocare, redditique sausus omnino. Cujus utrusque insignis miraculi acta, signo plurimum testimoniis dignissimorum roboretur, exstant inter dictæ Ecclesie monumenta.

MIRACULA PATRATA ABBAVILLÆ

Igitur in a Pontivensi patria, in villa, quæ Moricampus nuncupatur, quidam morabatur, qui a renibus

reperta duplex
charta
repositionis
facta anno
1203.

et Vita
S. Vulfranni,

tum ossa
solida ejus,

cunctationi
Te Deum,

et Sacrum
solenne,

habita
processio;

Veneratio
Abbatisselle

reliquia data
Ludovico xii,

et Capitulo
Senonensi.
E

Miracula
olim Abbavilla
facia,

nihil jam
funt.

sunt
paralyticæ,
F

et paralyticæ.

*sanctur
muere
contractus.*

A bus usque ad imos pedes nervorum viribus ita des-
titutus est, ut prae nimia ariditate nervorum ad in-
vicem glomeratis pedibus et cruribus, nullo conami-
ne alburno se posset erigere. Adeo pessima invale-
tudine preventus est: ut per se numquam valnerit
declinare, nec etiam per terram repere. In omnibus
suis corporeis necessitatibus conjugis sue suorum
quoque affinium succumbat misericordia. Nulla
spes alterius recuperanda solitus supererat; et quod
viveret, uxori sua, imo sibi net ipsi, tedium esse
poterat. Sed quid ejus definiendo miserias Christi
atque pretiosissimi Pontificis Vulfranni occulatas
prolighia? Eo enim tempore cognovit debilis ille,
quanta per S. Vulfranni praesidia consequentiantur
remedia, qui apud Abbativillam sui corporis requiri-
abant presentiam. Igitur veniendi accensus desi-
derio, de paupertatis sua munusculo asellum van-
ciscitur, qui illum in quodam vehiculo reclinantem
Abbativillam ante sancti Confessoris traheret clementiam. Cum autem taliter reeubans cum singulari
conjugis sue consolatione, longe a villarum vici-
nitate rotis currentibus processisset, placuit divinae
pietati, ut in quodam declivi currus subverteretur,
et pauper, ut adhuc miseris cumularetur, ad terram
projiceretur. Quid itaque agerent, ille moles quedam
sine nisu aliquo, illa vero in relevatione tanti pon-
deris, sexus fragilis et debilis? Ambo ergo nimia
spiritus anxietate gementes inierunt consilium, qua-
tenus illa ad villam repedaret, et a notis suis opitala-
men imploraret, et ille ad terram interim solus re-
euharet. O quam incomprehensibilia sunt omnipot-
tentis iusticia! Feliciter enim corruit: salubriter
ut solus remaneret peroravit; et saniore concilio
nomen Sancti Vulfranni instantius solito reclamavit. Illico enim adest quedam persona, que taliter affla-
tur ejus miseriis. Quid hic jaces? Cur lacrymis red-
dendas? Et appropinquans ejus manibus, nominis
Christi mentionem faciendo erexit pedibus suis. His
autem ita gestis, qualiter virile Angelicus disparuit,
ille penitus ignoravit. Siquidem vir ille pristine in-
columenti reparatus, et prae nimia ubertate gandii
obortis lacrymis uxori sua de predicto opere re-
vertenti, qualiter beatum Vulfrannum facie ad fac-
iem videre meruerat, et quoslibet consolationis verba
protulerat, et quomodo illum adtrectaverat, revela-
vit. Nec humenor tanti beneficii Abbativillam felici-
erius quam primitus disposuerat petiit, et Deo sancto
que Confessori gratiarum actiones obtulit, et cleri-
cos coram populo, miraculum in se taliter, ut dixi-
mus, perpetuum perdocevit.

C 2 Quid et in hor miraculo censem, quid et admiratione non dignum? In Pontiveni quoque terri-
torio villa, quæ *b* Kanis vocalulo assignatur, quæ-
dam mulier hydropica laborabat molestia. Tumor
ejus uteri mortis excesserat; cutis ejus non mediocri-
ter extra relucebat. Cum autem nulla medicorum
ante referrari valisset, ne ideo non mediocri mor-
ore tabesceret; tandem reperto consilio Abbativillam,
utrumque valut, accedere maturavit. Mariti
vero sui et cuiusdam alterius ulnis ex ultraque parte
subnixa, ante sancti Pontificis presentiam, reverum
votum deferendo, solo recubuit: et de salute sua
tantis precibus devote peroravit. Et cum dintius
ocasser, his blandis suggestionibus maritus ejus illam
aggreditor: Tineo ne duriter solo strata, gra-
viora patiaris incommoda. Ergo patere et in ulnis
meis paulisper sovearis. At illa: Ignoras, inquit, ut
audio divinae consolationis dulcedinem. Numquid
enim tei auxilio indigo, S. Vulfranni meditata pa-
tronio? Ecce non sum, quae modo fueram, ecce
Sancti precibus vides corporis mei redisse decorum,
et hydropicum evasisse tumorem. O quantus est iste
Pontifex? O quam promptus subventor constitutorum

in periculis! O quam optimus Medicus animarum et D ex ms.
corporum: qui tam celeriter indulget remedium, nec
optatum differt dantis flagitium beneficium! In ipso
enim orationis momento reformatur, que ab omnibus
humanis praesidiis destituta, de salute sua deinceps
desperabat. Igitur non immerito ad laudem
omnes excitati, quis edicere valeat, quanto mentis
gaudio tripudiarunt, quas lacrymas salutis testes
virtutisque in illa gesu perfuderunt. Itaque cum
Abbatensi plebe, Clericorum laude modulata per
corrugiam ancilla sui reparatoris esse voluit, et pos-
tea incolunis ad propria remeavit.

3 Mirandis plus miranda cognovimus succedere. Abbativillæ mendicabat quædam pauperula, que
transverso collo faciem suam in humero suo reflexam
tenebat, et sine intermissione miserabilis commo-
tionis capitis titubabat, omnibusque exemplum esse
poterat compunctionis et doloris. In illa plasmatio
Cauditoris praedebabatur mirabilis. Argumentum ve-
ritatis in tribulatione sua exhibuit, que per quam
pluri hominum anorum curricula Abbativillæ deguit
cum tali capitum molestia. Igitur pro medicinali præ-
sidio S. Vulfrannum votis et precibus in gemini suo
implorabat, et frequenter ante ejus presentiam ex-
eubabat: fide et confortata quædamque de illius consola-
tione non desperabat. Cauditor vero pauperum, E
consolator miserorum, pauperula respexit miserias:
et dintius consuebat pietatis operi non subtraxit. Quæ-
dam enim die dum vota sua humilior mulier illa
amplius solito pretendebat, supremo Speculatori
placeuit, quatenus B. Vulfranni opitulatione adtrec-
tata, sanitatem recuperaret, et sine illa deformitate
sui capitis eadem hora plenarie convaleret. Quo audito, Abbatenses ad hoc factum mirabile
convererunt, et quanto magis illam in deformitate
predicta mirabilem noverant, tanto magis Domini
sanctique Praesulis honorem et gloriam voce et corde
decantabant. Sed quid non immensitate gaudii
tripudiarent? Eadem etenim hora, quædam alia
pauperula longo intervallo caritatis temere involu-
ta, relatione prefati miraculi attonita, et de virtute
S. Vulfranni sane credula, a conductore suo ad ecclesi-
am trahitur, ubi Clerus et populus jacunditate
ineffabili resultat. O mira res! Ut enim introiun
ipius ecclésie manibus et ore palpavit, illico excla-
mavit: Ecce que circa huc descendit, suffragis *alia circa,*
S. Vulfranni umbram cœpit amisi, et visum recipi-
pere merui. Igitur Clerus cum populo ampliori at-
testatione miraculi congratulans, iterum, prout
poterunt, Domini sanctique Antistiti gloriam et
honorem modulaverunt, et merito ad invicem ita F
protulerunt: O quam felices sumus, qui talen Pat-
ronum habemus! quam lati quam bilares esse pos-
sumus, qui tali tunc potenti Sancto servire me-
ruiimus! His itaque gestis, diem illam cum menarabi
tripudio peregerunt, et deinceps de gloriis
Pontificis presentia nihil hasitaverunt.

4 In e Viniacensi quoque pago, villa Vilches
nominata, quædam Walterus nimio languore residu-
tus, lecto decenti. Postmodum vero tantus exagitus
est incommodis, ut præ maximo furore capituli oculi
ejus exilirent, et in facie sua per nerviculus depen-
derent. Demum vero omne corporis officium perdidit,
ut defunctus esse crederetur: nisi solus in eo re-
manisset pectoris anhelitus. Quid longius morer!
Vicini ejus morti sua miserabiliter compatientes,
ut conjugis ejus delinquent dolorum convenerunt:
et ejusdem villa Gilbertum Sacerdotem, ad illius
commendationem animo invitaverunt: et superim-
minente vespere recedentes, familiaris illius miser
imotuerunt, quod ceteris in morte quiesceret, et omnes
pariter revocarent. Omnes itaque quasi jam mor-
tuum relinquunt, et quid de illo divina provideat
Celsitudo

*b
hydropica
mulier*

*quædam
faciem in
humero
reflexam
tenens,*

*c
moribundus
oculis in
genas
detapse, 1*

EX MS.

A Celsitudo, prorsus ignorant : feliciter enim ab omnibus derelictus jacet, ut ab Domini et S. Vulfranni pietate consoletur : salubriter de vita sua desperatur, ut ampliore dignitate B. Vulfrannus in terris glorificetur. O stupenda et raro inaudita Christi clementia! In ipso enim noctis silentio B. Vulfrannus miserrimo homini apparuit, et propriis manibus oculos taliter, ut diximus, avulso, in foveis suis reposuit, et eodem momento ab omni infirmitate consolidavit. Sic itaque ille endem nocte convulsuit, ut rei eventus postea comprobavit : quasi enim de gravi somno evigilans a stratu funeris surrexit, et vestimentis suis se diligenter adornavit. Uxor autem ejus divina pie-tatis ignara, super hoc nimis terrore concussa, credens illum diabolicis furoris agitatum, domo exilivit, et vicinos, ut adeum vinculis mancipandum veniant, conclamavit. Qui accedentes ita sciscitati sunt : Quid hoc est, Walter? Quid agis? Esne sensatus? At ille : Siquidem, inquit, me senzatum et incolumem videtis, nede me, sed de Christi Sanctique Vulfranni potentia mirerimini, quoniam me in tam brevi spatio ab omni molestia reparavit. Itaque vobis ille secum assumptu Gilberto Sacerdote, qui ejus fecerat commendationem anima, et vicinorum suorum familiaritate, Abbatissimam venerant, et Deum Sanctumque Vulfrannum magnificantes, in his quae viderant testimonium resurrectionis illius et oculorum reparationis coram Clericis et populo confirmaverunt.

B 5 Super his etiam mirari profiteamur, quibus fidem non abrogamus: sed tale quid natura tempeste factum uspiam non agnoscimus. Abbatissimam enim erant tres viri, quibus erat officium pagi Pontiven-sis signare monetam. Hi ab Propositio suo Rainero de more argentum receperunt, et confidatum ad opus predictum preparaverunt. Unus autem eorum non veritus justitiam, fraudem fecit. Sed postea metallum commune cum ad libram retulissent, nec totum constare deprehendisset, mola est inter eos quaestio, et in alterutrum non iusta suspicio. At ille, qui iniuriam perpetrarat, quenque rea conscientia, [cogebat] ut callide dissimularet quod egerat satisfac-tiens responsionibus, omnes remordebat. Tandem illis in cansum positis, est diffinitum quatenus supra gloriosum B. Vulfranni corpus iurando constricti, latrocinum illud negarent. Igitur ad ecclesiam profecti, supra glories Pontificis membra, et qui reus erat et qui innocens teste conscientia fuerant, pariter juraverunt. Sed quis es immensus Deus? Ut justi iustiflarentur, et noxins deprehenderetur, illico culpa perjurii patuit, argenti illud ad pedes illius, qui reus scandis fuerat, occidit. Quod ubi fuit illa sensit non minimum pudorem incurrit et ceteros ingeniti admiratione replevit. Jussione autem prefatis Praepositi numeris illicollectis et tredecim numero inventis, que amiserant, Dominum et Sanctum quoque Vulfrannum collaudantes, ad furis pedes receperunt. Sie itaque per meritum suum et Praesul's commissum facinus latero non potuit, proacitas perjurii deprehensa patuit.

C 6 Dunn scriptum sit, quia non satiatur oculus visu nec auris impletur auditu; cur Saneto audiire non sufficienti, et cui piorum gesta fidelium cognoscere salutis est negotium, ea, quae comperta tenemus, silentio superinuenemus? Quidam enim erat, Joannes nomine, qui adeo vallabatur incommoditate, ut calcaneis pedum cum cruribus adhaerentibus incessu omnino privaretur. Pro dolor! Motus humani generis proprietate fraudatus, scabellorum praesidiis manibus suis appositis, de loco ad locum prona quidem facio repero memoratur. Ille itaque de S. Vulfranni glorijs opitulatione multorum relatione fide non dubius Abbatissimam, utcumque valuit, coram Sancti praesentia sui corporis direxit infortunium.

D Quotidie et multoties in nocte in conspectu divinæ Majestatis et S. Vulfranni clementie orationum suarum incendia redolebant, et ad sospitatis sure media sanctum Patronum bimiliter invocabat. Aliquot ergo diebus evolutis quasi per importunitatem fidei Sanctus lacesitus, miserrimo homini consuluit. Nocte enim quadam debilis erigitur, sospitatis optatum presidium se adeptum fuisse gloriat, in decorum et bonorem humanæ similitudinis redisse et deformitatem contractionis amisisse congratulabatur. Fitinterea concursus Clericis et populi, aec jam de veritate mirauit hætabant, quia erectis poplitibus incedere congaudebant, quem diutius contractionis captione mancipatum ingemnerant. Ergo digne in laudem præconis jubilant, vere Deum profitentur mirabilem, sancti Pontificis honorem et gloriam solemniter concrepant, ut sarcina facinorum irretitos respiciat, vox omnium humiliter intonabat.

E 7 Alia quedam posteris intimamus, quæ quia digna sunt relatu, silentio perire non patimur. Erat quidam Sacerdos, Guinfridus nomine, qui graviter renibus dissolutus, plerumque molestia ægritudinis occupatus lecto decumbere cogebatur. Hic cum inter confina Normannia et Vimiacensis provincie talibus infestaretur doloribus; memorin beati Patroni in mentis sue armario incidit, et illius gesti suffragari meritis, Abbatissimam adiit. Ibi itaque in contemplatione divini præsidii et beati Medici, quem volis omnibus quesierat, diutius excubavit; et aliquod diebus exactis ad propria reparedare dispositus. Cum autem paullulum ab oppido processisset, nullum sibi penitus dolorem dominari comperit: sed tamen aliquantulum in fide hascit. Estimat enim ad horam cessisse sibi dolorem: ignorat coelestibus somnis se fuisse medicatum. O Sacerdotis antea inaudita peritia! Per alta eiusdem montis ascendendo fastigia cursitat, et per ejusdem collis declivia remeat, et acsi insperitate declivi tramitis dolor consuetus reverteretur explorabat. Hac etiam illaque discurrebat, et more parvolorum inter ulnas suas saltantium palmis in pulvere pressis, pedibus quoque sursum vibratis, totius corporis in sublime levabat sarcinam, et utrum momentaneam aut continuam meruerit sanitatem, importune explorabat. Corporis sui querebat miseriam, quam ex industria videbamus elongandam: etsi enim sospitatis compunctione fieret, his corporis motionibus merito lascioni succumberet. Itaque divina misericordia benignitatem et S. Vulfranni visitatione diligenter explorata, gratias egit, et pro impetrato remedio sub virtutis gesta præconio quoddam candelabrum postmodum regrediens Creatori suo obtulit, et deinceps quond usque vixit, in familiaritate et servitio pretiosi Praesul's Abbatissimam mansionem sibi eligens, perseveravit.

F His signis ac virtutum prodigiis que in Ponti fluminis partibus contigisse reteximus, memorie fiduum reservatis, et etiam alijs quampluribus omissionis, que predecessorum cauta devotio obnumbravit silentio, ideo vos Abbatenses, ut solenniter gaudetis moneo. Venerandi enim Patris habere meruistis presentiam, qui depressis sub molestissimo humano corruptionis pondere prebat solatium, et medendis corporibus non denegat salutis remedium. Iste vobis a Deo promissus ante secula Patronus, et buc usque reservatus ad nostrum decus et consolationem, et ad Pontivensis patriæ salutem multa pollet virtutum gloria. Extincta lumina hominum reparat, ut liquido insinuet, qua perfruatur in cœlis divini splendoris gratia. Claudos etiam frequenter, membrisque contractis erigit. Surdis etiam aurium officium quod amiserant restitut, virio languore detentos sanat, daemonicos liberat, adversus incommoda consulit, optata potentibus beneficia divinitus impetrata cele-reriter

renibus
graviter
dissolutus,

F

et alii vari
zyri, et
engument.deprehenditur
reus furit
et perfurit,C nummis
subito ad pedes
ejus reperiit:sanantur
membris
contractus,

A riter præstat, cooperante summo Artifice: cui cum Filio et Spiritu paraclito honor et gloria per seculorum secula Amen.

a Pontivensis ditio seu Comitatus est Inter Artesiam et su-

vum Sommonam versus Oceanum. Hujus caput est Abbavilla. D
— b An Rue oppidum. Ibi celebris cultus est S. Fulphagii
Presbyteri, cuius natalis est 7 Junii. — c Vimiacensis pagus
inter Abbavillam sive Sommonam, et Normanniam.

DE S. NICETA CONFESSORE, EPISCOPO APOLLONIADIS.

SUB
ICONOMACHIS
XX. MART.

Nomen in
fastis sacris
Latini et
Gracis:

Nomen hujus Confessoris fastis Martyrologii Romani inscriptum est his verbis: Apolloniae S. Nicetæ Episcopi: qui pro sanctarum imaginum cultu ejectus in exilium, reddidit spiritum. In Notis citatu Menologium Græcorum: in quo ista leguntur: Eodem die sancti Patris Nicetæ Episcopi Apolloniadis Confessoris. Hic pro defensione sanctarum imaginum persecutionem passus, ex quod nollet venerabilem Christi Domini et immaculatae matris ipsius et aliorum Sanctorum imaginem negare, in exilium missus et variis afflictionibus tentatus, beatam præstans confessionem, sanctam Deo ipsi animam tradidit. Aliquanto plura leguntur in Menoris, et apud Maximum Cytheræum, quæ etiam addimus.

B Eodem die memoria sancti Patris nostri et Confessoris Nicetæ Episcopi Apolloniadis. Sanctus hic noster Pater et Confessor vixit temporibus iconomachorum Episcopus Apolloniados, non solum firmat fidei, spectatae pietatis, et Catholice religionis acerrimus assertor, verum etiam benignitate in pauperes propensus, ac magna rerum divinarum cognitione atque eloquentia clarus. Unde cum ad cultum imaginum sacrarum Domini nostri Jesu Christi, et inter-

meratae Matris ejus et sanctorum ac divinorum Angelorum et omnium Sanctorum abnegandum impellebatur, neque ut id faceret adduci posset: exiliis variis damnatus est: in quibus cum maximis et intolerandis vexaretur incommodis, tandem iis malis confectus, animam sanctam in manus Dei tradidit.

2 Hactenus Græci absque illo ulteriore temporis *tempus vita.* charactere, sub quo scilicet Imperatore iconomacho pulsus fuerit in exilium. Baronius verba Menologii inseruit Annalibus suis ad annum 733 num. 2, et iterum ad annum 735 ubi num. 2 ex Menologio Basili Imperatoris narrat elogium S. Teophili monachi sub Leone Isaurico multa passi et in exilium ejecti, ac dein num. 3 addit, tunc etiam illustratos esse glorioso titulo confessoris S. Eudæmoniū Eiscopum Lampsacenum, Nicetam Episcopum Apolloniados aliosque. De Euschemone (num ita Græci, non Eudæmonem, appellant) egimus sive Marti, et nullum etiam temporis assecuti sumus characterem. Apollonia autem urbs inter alias eisdem nominis assignanda videtur, quæ in confinium Bithyniæ sub metropoli Nicomedia sita est, quod in illis partibus persecutio potissimum invaluerit contra Orthodoxos imaginum cultores.

E
situs Apollo-
niadi.

DE SS. VIGINTI MONACHIS MARTYRIBUS

D. P.
FIDE SYNAEA.
DIU TOM. I
MART. PAG. 870

JOANNE, SERGIO, PATRICIO, COSMA, ANASTASIO THE-OCTISTO ET ALIIS XIV. IN LAURA S. SABÆ PROPE HIEROSOYLYMAM,

Commentarius prævious.

AN. DCCCVIII.
XX. MART.
Ex 60
monachis
Martyr. in
Diaconio
quiescentibus

Annus circiter CCCCLXXXIV Æra Christianæ agebatur, quando duodecimo ab Urbe sancta millario, octavo a Bethleem, ad torrentem Cedron initia data sunt Laura illi, qua a numero monachorum, maximæ: ab auctore vero nomen obtinuit S. Sabæ. ad cuius Acta plenius de ejus situ, incrementis, perturbationibus ac desolutione agi poterit: nam ex omnibus ejus partibus præcipua consideratione dignum nunc est Diaconium, ejus tum in prædictis S. Sabæ Actis, tum in sequentibus num. 47 fiet mentio. Capellam vocat Quaresminus Elucardii Terre-sanctæ lib. 6 cap. 9 Peregr. 3. et in ea jussu Patriarchæ murata obstruetaque, uarrathus monachis audivisse se ait, ad secentas Religiosas a Suracenis interfectorum requiescere. Sexcentos pro se rayinta Quaresmio obrepisse persuademus nobis: eosque hic designari solos, qui non tantum sunt interfectori barbaris, sed ibi uulnus Martirum culti fuere. Nam aliqui multo plures dicendi fuerant: siquidem testatur Radzvilius ut rem regionibus istis notissimum ab Selimi Turcarum Imperatoris Sangiao quodam, mille S. Sabæ anachoretas obruiu novi Præsidii cum muneribus renientes, concidijssos: et anno CCCVIII ac DCCXII sexcentibus in Christianos Arabibus non defuisse etum ex hac Laura credimus, qui Martyrum auergerent numerum.

60 a Persis
ub Chosroe
excoluntur
11 Mart.

ad diem XVI Maii: deinde viginti, quarum nunc recurrunt veneranda solennitas, et quidem celebritate tanta, ut totum hujus dies Officium in Menoris excensis, adaptatum unus hisce inventatur, cum elogio, quod etiam in MS. Chiffletiano, aliisque reperimus his fere verbis: Isti sancti Patres diversis ex locis congregati et monasterio S. Sabæ Praefecti Deum omni religiose vita cultu et exercitatione coluerunt: sed diabolus, qui invidia et odio potissimum stimulator in eos, qui virtutem secantur, contra ipsos suscitavit. Æthiopes impios, spe multarum opum inveniendarum. Qui cum scrutati omnia nihil reperissent, iram suam effuderant in illos, truncantes capitibus aliquos, alios mutilantes. Et ipsi quidem stimulis lacinaverunt innoxios, eorumque sanguinem diversis effuderunt modis, Sancti vero cum gratiarum actione animas suas tradideront Domino, suscipientes aeternam beatamque vitam regni coelstis: propter quod et religiose exercitationis agones et martyrii certainam alacri animo sustinuerant. Hinc in Menologio, quod Cantius vulgariter Latine, refertur Certamen SS. Patrum interfectorum ab Æthiopibus ex monasterio S. Sahæ.

3 Fuere quidem Æthiopes sive Mauri (sic enim in Typico nominatur hoc loco) aliqua ex parte ministrari cedis, sed non soli; auctores vero nullo modo: quippe qui nihil egerint nisi coram dominis suis Arabibus, quorum arbitria et imperio, si non etiam munibus, magna ex parte tota haec est carnificina peracta: Arabibus, inquam, non Avaribus, ut habet excusus ante elogium titulus aut polius Arabibus interficti, 20 Mart.

A titulus, τῶν ἀρίων Αἰεῖσθαι ἀπαρθεῖστον ὑπό τῶν Αἴεισθαι Rectius quidem Chisletianus eudex βαζέζους scripsit, ut in titulo ipsorum Actorum legebatur; sed pro indeterminata voce praevisisset alteram, magis definitam addi, ut ibidem sit, βαζέζους ἔνων Σαρακηνῶν: ut barbari isti intelligentur fuisse Saraceni, de quibus actum a nobis vii Februarii ad fidem S. Moysis eorumdem Episcopi. Iporum autem tunc Syrium et Palestinae obtinentium discordis mutuis infestu erant omnia, et nihil cuiquam Christianorum tutum.

elogium
in Squazorii
imperfectum.

Acta et
Canores
conscripti

B Sed non est hic maximus elogii ex Menitis prolati defectus; gravior est quod he Martyres dicuntur fuisse monasterii Prefecti, cum constet eos idem parvus esse qui nolentibus indicare, quinam e sue numero praesentem ceteris: ne agniti crudelius torquerentur a barbaris, solos illos voluntibus. Gravissimum autem erratum videtur, quod genus mortis non expresserint elogii auctor, que plures sunt per fumum illata. Itque hinc potest, quod alibi fusiū indicatum, Canonibus Minororum multo recentiora esse elogia, et quandoque dispersiū Actis ex memoria vel obscura traditione emiserrantia. Non Canones p.r Officium ecclesiasticum distributus composuit Stephanus Sabaita idem qui acta conscripsit: qui si obliquum quinque compoenset, non utique tot talesque in eo commisisset errores. Dicta porro Acta, Elogii auctori minor visa, una cum aliis Squazoriorum ad Palestinae fere pertinentium Vitis descripsimus anno 1662 ex probatissimo annorum plusquam sercentorum codice Petri Seguberi Cancellariae Franciae, nobis Parisis communedita in gratiam R. P. Francisci Anati Confessarii Regii: cui caduc utinam par alius repertus fuisset, ad supradictum solutorum hinc inde deferentium laemos, et loca obscuriora illustranda.

S. Stephanus
Poeta

statim post
rem gestam,

scilicet post
Pascha

anno 707

C Porro Sabaitum hunc Stephanum, qui plures etiam alios Canones scriptissime notatur, auctorem fuisse hujus narrationis constat ex Vita alterius stoliditer Sabaiti Stephan, quem Thaumaturgum et S. Joannis Damasceni Negotium dietum videbimus ad xiii vel xiv Julii. In illa autem Vita noster hoc Stephanus Laurie totius doceat et ornamenti nuncupatur ex morta; quandoquidem Hierosolymitanum Typum etiam festum illius commemorationem xxvii Octobris faciendum prescribat, Poetis titulo τριῶν αἱρέσεων distinximus. Statim autem scriptissime opinamur post barbarorum dicensum, reverso ad monasterium qui absuerat Hegemoni Basilio, cum needum conscripta esset S. Stephanus Thaumaturgus vita, nuptie operosis colligenda ex multorum relatu et testimonio. Aliquot prius ille e vicis excesserat, quam huc tempestas in Lauram incurrevit: quod factum esse Acta testantur, Καὶ τὸν πινακάτον εἶπον οὐχι... οὐχιδιάτη, διακονοῦστη. Ήτο, τοῦτο τὸν ιερούτατον οὐκεπιστότερον φωνηζόταν, απὸ δὲ τοῦ εἰπεῖσθαι γεννήσας τοῦ Κυρίου Ι. Χ., ἐπαροστοῦσαν εργασιαῖσιν θύμασιν, λιδοσιάσας πτυχαῖς etc. Anno ab Orbe condito sexies millesimo, ducentesimo 88, juxta accuratissimum Ecclesie suppurationem a Christi Incarnatione septingentesimo octagesimo octavo, Indictione quinta.

D Hoc (juxta ea que ad Theophanius Chronologium notarimus) annum ubi die xvii signavit: nam Alexandrinus Err. annis octo. Erat communem suscepienti, adpeius est annus unus. Phoebe, ob causam illa expiatiū detrahebat, itaque ad Indictionem induitam pervenit: hanc autem tunc, cum rex est gesu, vere quantam fuisse, ex ea colligimus, quod in Actis significetur Quadragesimalis jejunis tempus prae exactum fuisse, cum dies Martii xxi numerabatur, et barbarorum incursu turbatim monachūs viderunt vimam fuisse, spem suam de reliquo finite propromodum. Quadragesima tempore quiete transiit. Dies enim Paschatis presbiter anno fuit xxii Aprilis: o quo per decem dies regredientes, invrimus, primum illum Saracenum incusum factum esse feria iv post Dominicam Passione, sive (ut Graeci consueverunt loqui) ante Dominicam Palmari: quod

sicut cum dicto loco optime congruit, sic nullus est ex duabus precedentibus totalemque sequentibus annis, de quo vere dici poterit die xii Martii. Quadragesimam ad finem tendere. Predicta autem temporum collatione etiam discutimus, incusum illorum Barbarorum, de quibus ipsa nocte Dominicæ duci (quæ Palmarum fuit) super se venturus nuntios geminos accepere Patres in exercubis trepidi, illa, quæ constituta erat, nocti factum non esse: quoniam pars Actorum nobis desit, quæ illud expresse narratura erat. Dilatum autem credimus insulam non tam humano aliquo casu consiliore, quam destinatione diuum Numinis. Martyres suos in dicem xx Martii, id est, Majoris hebdomadæ feriam quintam differebant, ut Dominicae Passionis propinquior memoria Christi pugiles annaret ad certamen. Desunt igitur nobis per injurium temporis quo intermediiis quatuor diebus gesta sunt.

cum passi
sunt Patres
firia 8
hebd. sancta.

ACTA MARTYRII
Auctore Stephano Monachio Sabaita,
ex MS Graeco Petri Sequiery Cancellarii
Francie.

VIDE ACTA
GRECA PAG. 2

PROLOGUS

A Eplum sane atque conveniens est, ut qui a preceptorum fare nerdum per purgaverunt animum, sed, cumdem adhuc vitiosis affectibus gerunt olumina, silentium tenent indecinerat: occultisque potius genitibus deprecantur scrutantem renes et corda Christum, ut libertatem ipsis largiatur ab ea, cui manipuli sunt, servitute; quam seribentis temere se sermonibus ingerant, quos in ecclesiā sacrisque conventibus necesse sit recitari. Maxime cum iure merito possint vereri illam Dei per prophetam irreputatis vocem: Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras justitas meas? etc. Quod si praeterea indoctus aliquis atque eloquentie expers fuerit, quantum ille de seris debet auditoribus, temeritatis simul et dementiae vitio notandus; absque eo quod ullam alterntri posset excusationem praetendere?

F 2 Verum ego quid faciam? Equidem horum omnium me insimulandum cognoscens, abdere atque evocare meipsum intra silenti secreta mulierim: sed sancti Præsidis imperio urgeat, coque, velut spirituali verbere, animum intus stimulante, compellat grave atque inevitabilem inobedientiam periculum perimescere. Melius igitur utiliusque existimans obediens bonum, meipsum paternæ iussioni committo; ejusque rationabilis fidens et roboratus, atque in ipsa oris apertione supernam spiritus gratiam attraheens, memoriā brevemque narrationem exordior, qualem optimam hic Pastor Basilius a nostra temitate conteri voluit, de incusis immanium barbarorum in nostram hanc sanctaque Patris nostri Sabae Lauram, deque carde beatorum in ea Patrum nostris hinc temporibus per eos perpetrata, quam propriis ipse conspicui oculis, utpote nimis eorum, qui saecula hanc Lauram inhabitantes ibidem reperti sunt in illa funesta eorumdem irruptione: ne scilicet tanta virtus ac fortitudo Christiana talium virorum pro veritate certantum cum tempore præterflens evanescat, silentioque obtenta in glorie tradatur oblivioni, qua multos poterat ad virtutem exercendam preparare, atque excitare ad tolerantias desiderium imitationemque.

G CAPUT I.
Primæ Saracenum expeditiones adversus Laurum irritu conatu.

A anno, ab orbe condito, sexies millesimo ducentesimo octagesimo octavo, juxta accuratissimum, sci- licet

E
Excusat
quod peccator
et inobeditus

Psal. 49 16

Hegumeni
sui Basili
montalo

F

haec historiam
scribat

oculatus testis

Bellis civiliibus Saracenorum

A licet Ecclesiasticam, supputationem: a nato vero secundum carnem Deo ac Domino et Salvatore nostro Christo Iesu, septingentesimo octogesimo octavo, Indictione quinta; cum Hierosolymitanae Ecclesie beatissimus Patriarcha Elias, et magnam hanc Lauram Sancti Patris nostri divino plenus spiritu Basilius venerabilis gubernaret; in regione Palestiniorum inter Saracenorum Tribus civile bellum exortum est ingens, auctore diabolo, qui operator in filiis diffidentiae, osor perpetuus homani generis, atque ab initio homicida: levibus illud quidem ex causis natum, sed litigio atque contentione paullatim gliscente, facileque ad armis trahente peccatis subditos atque effrenis animi passionibus servientes, coniuncta domini domus est, familia familiaria sociata, ratio ad nationem collecta pronae in seditionem perpetuo gentis, nec alind quam eadem sanguinemque spirantis, ac deinde inter nobilissimas earum Tribus dissidium exstitit capitale, inter posteros inquam Agar atque Ismael, eosque qui vetustum ex a Jectam genus deducunt.

Vastatur Palestina.

B Bifuram igitur exercitus constitulis, quos

utrumque idem et auctor mali et belli imperator ducebant, quam multa inordinate injusteque fecerint, quot preadas rapinasque bonorum egerunt, quantum effuderint sanguinis, quot caedes iniquas perpetrarent, quam multa loca, ciesis aut fugatis incolis, ab actis spolis, igne subiecto reliquerint desolata; neque virum mearum, neque praesentis est temporis, aut instituti sermonis singillatim enarrare. Etenim depopulati sunt frequentissimas urbes, non paucas: Eleutheropolita, abductis in captivitatem universis, desertam fecere: Ascolonem, Gazam et b Sariphæam aliasque civitates violente turpauerunt; per vias vero publicas, distributis qui itinera insiderent latronum manipulis, viatores rebus exitus omnibus, plagiis insuper vulneribusque multatos dimicabant nudos, gratiam non minimum vestimenta, quod mortis discriminem potuerint evadere.

C 5 Porro occasionem hanc nacti hominum sceleratissimi, non tam mutuas ulciscabantur injurias, propriaeque improbitatis atque nequitiae poena exigeant ab invicem; quam rapere aliquid aliena rei unusquisque curahat, sibique coacervare divitias ex alterius possessionibus bonisque satagebat. Quod si accidisset ut inimicita eorum alicui esset cum altero, potissimum Christiano, velut opportunitatem nactus, continuo eum per vim extirpare et vita, ejusque substantiam sibi contendebat assere. Talis ubique cum dominaretur perturbatio rerum, atque in molvi flammæ consumptis omnia popularetur; multi eorum, qui in agris variisque commorabantur, quidquid in us possederant derelinquentes, omniaque salvi posteriora habentes, ad frequenter, velut ad asylium quoddam, configabant civitates.

D 6 Quin et ipsi habitatores urbium, ebus maxime, quam Sanctam Dei nostri nuncupamus, multo timore consternati, suorum quisque operum negotiorumque seposita cura, valla fudere, extricare muros, obstruere portas, nocturnas diurnaque vigilias ordinare adversus subitas et improvisoras latroceniantium agmina irruptiones: quo possent extremam periclitum propulsare. Neque vero carbunculus istis desolatoriis, immunitibus illis atque sylvestribus feris, Tribui inquam Jectan, per omnem montanæ regionis circumatum locus ullus relictus fuerat inaccessus, jamque etiam Sanctam aggressuros sese civitatem, eamque intercepturos et propriæ Fossati numentum effectorum gloriabantur. Prout reipsa conati sunt facere, cum tota multitudine sua ad debellandum eum unanimiter omnes advenientes: fuisseque hanc suam voluntatem executi, nisi divinior quadam virtus ad eos avertendos occurrens, et custodibus urbis,

quamvis numero paucis, conjungens sese, impuros hostes mirabiliter vietus confusosque repulisset et acer frondasset spe sua: venerabilibus utique locis et sanctis Resurrectioni Christi maxima providens sollicitudine, totque in et conniorantium utriusque sexus fidelium et multitudinis monasteriorum nequam obliviscens.

E 7 Exinde in circumjectis veteri S. P. N. Charitonis Laure locis, congregati, postquam locustarum in morem aut immissis divinitus ultionis, omnes circumque pagos consumpsissent, (quid enim insatiable tot nullum ingluvie sufficiat?) ipsum demum sacrae deprædati sunt Lauram, Veterem illam scribet, nihil Patribus istis dimittentes reliqui: sed gravissima eis inferentes mala, et eorum quamplurimos diversis cruciatus subjecientes. Jamque non paucorum dierum ibi exegerant spatium napli vastatores quando cum furore interminari nobis, et adversus Lauram nostram velut feroce sapri, acuere dentes et leonum instar rugue cooperunt, hanc quoque devorare appetentes: neque enim in tota circum regione remanserat aliiquid, quod non spoliasset, nisi sola haec S. P. N. Sabae Laura, velut racemus in vite post vindemiam; extende super eam manus sue omnipotentis palmam Christo Deo nostro, emque mirabiliter defendente ad demonstrationem invictae potentie sue, suæque circa eam assidue providentia et dilectionis singularis.

F 8 Quis enim non admiretur, Fratres, et obstupescat vehementer Dei protectionem et providentiam, considerans colluviem illam pestiferam Deo invisorum barbarorum tauuliu erga nos ita affectam, ut impetum in Lauram faciendum extremaque ruinam quotidie minitaretur, invisibili tamen ac divina vi depulsam prohibitamque in nos irrumpere? Idque etiam mirabilius fuit, quod quidam inimici Christi, Lauraeque hujus ex multo tempore vicini, eam resque ipsius in suum redigere potestatem juu pridem avide desiderarent, tempusque et occasione ejusmodi confusionis atque turbaram diu sollempne observata gratianter excepérant, per quam metu omnii atque timore Magistratum solati, in solitudinem ac vastitatem repercturos se Lauram confitebant.

G 9 Neque vero, cum essent in magno illo Fossato illustres atque principes, desistebant unquam adversus nos concitare atque exacerbare multitudinem, quovis modo studentes eam in nos immittere: sed non eis recedit ex voto consilium, Deo beatissimi Patris nostri verique servi sui Sabae precibis, gregem suum moniente, et adversariorum consilia, ut olim Achitophelis dissipante, mirabilemque, pro suo sciбice arbitrio, exhibente eamque nos circumseparat custodium. Quadam namque vice præfati inimici nostri coeta impiorum manu forebantur in Lauram tanto furore concitati (quemadmodum ex iis quidam narrabant postea) ut non simpliciter depredari eam, sed vastare funditus atque delere haberent constitutum. Sed quiescentibus nobis ac nescientibus, ultio eis divina occurrit, eorumque adversarios contra ipsos in certamen eduxit. Sentientes enim motum eorum atque adventum milites ad civitatem eius todiam constituti (siquidem suis babebant exploratores, qui quidquid apud eos agebatur enim obserabant significabantque diligenter) obviau processerunt eis, quos credebant contra civitatem tendere, præbōque juxta sanctam Bethlehem commisso multis eorum sustulerunt occideruntque fugientes per solitudinem: atque ita nefaria ipsorum machinatio disturbata evanuit.

H 10 Alio quoque tempore furiosa barbarorum multitudo, a diabolo et Laure nostræ hostibus suscitata condixerat summo mane consurgere Lauramque evertere, sed defensor ipsius Dominus eorum in malum

prope Hierosolyma perpetuatorum:

spoliatur S. Charitonis Laura,

S. Subz Lauram protegente Deo :

quicquid contra eam mochinentur mea,

2 Reg. 17. 14

eb inimicis justu Beth- leem cras.

ales in mutuas cedes rebus,

AUGT. STEPH.
EX MS.
Gen. 11, 7

Alum consensum dissolvit, ut olim eorum qui ad fabricandam turrim Heberi tempore conspiraverant: cum enim in quodam oppido multi vini testas sub sarcmentorum fascibus abditas reperiissent, immodeo pleni mero, pugnare ipsi inter se sese præ ebrietate cooperant, solutumque eorum consilium simile cœtus est.

erunt
interim in
metu Lauritæ:

11 Que hunc in modum dum agerentur (per multos enim menses talis confusio rerum et inordinatio tenuit) cum per itinera ad Sanctam civitatem undique ducentia nullo fere commeante, timoris essent omnia et desperationis plenissima; quali credidit, dilectissimi, toto illo tempore versatos nos fuisse in metu, tremore atque anxietate? quanta cum tribulatione et periculorum atque malorum gravissimum expectatione conflictatus? necessaria nobis parce angustaque deferebantur ex civitate Sancta, et saepe per viam diripabantur: degebamus plerumque simul in aliquo editioni loco, diuino astu nocturnisque adusti frigoribus, reuentum impetu adventum incursumque pestilentialis: speculatoribus vero quibusdam procul in montis vertice constitutis prius operamus, ut barbarorum, sicubi compaterent, presentium iudicio nolis aliquo significarent: atque ita pro una naturali morte milles præmoriebantur, formidine sustinendorum cruciatum examinati: maxime cum suspectam habuerimus eorum, quos ante diximus, inimicorum rabiem.

12 Quoties cum multitudo eorum aliqua ex Arabia aut aliunde ad magnum suum Possatum per nos transitum haberet, prout si penumero arredit, coenitibus ipsis undique catervatum unum in locum, et (lati per speculatores indicis de eorum presentia tamquam propter nos et contra nos advenientis) pulsus strepitusque ferot ad convocatos, qui dispersi erant in suis quoque cellis Patres, velut presentis signa mortis audivimus erexitantem lignam? multo vero magis ipse conspectus barbarorum, equis et armis instructorum conturbabat et metu dissoluebat animos: cum cibaris nostris referri instructique ad iter truculentum circumspicerent, pessimamque suam in nos voluntatem ipsis oculis declarantes, disciderent, avertente illos Deo per S. P. N. Sabae orationes.

Iesuiten
Saraceni

Scorpex

Fossatum
castra.

Decernunt
in Laura
permanere
Pares,

○ *An patres Iesuani: hanc enim Abramum ex Cethura filium a patre in Arthubus esse directione tradidit Josephus, et credibile faciunt Sabati a Sabi Iesuani primogenito precesserit: Iectano autem filio Heber Gen. 10 dictiar habitatio facta de Massa per gentibus usque Septim' monendum orientulum, quibus terminus justus est Harmonia interpres: Indiarum regions turbulent, ut appareat fluctuorum errorum uberrimus in nonumbus rivis. — In parte Scarpheam seu Scarpheam: est enim inter Conciliu Hierosolymitano Patres Stephanus Scarpheensis Episcopus: nec alium ex aliis notis nominibus hic propius arredit. — E Fossato hic, nulli portavisse, alique etiam quoniam, et fere pro ipsi castis scriptis apud Gracos, unde quoniam non est posse etiam castra moti apud Throphemum regibus: hanc dulys quia ab Iasono-barbaris ad orientales derrotata vox sequens et scriptoribus instans, sed simpliciter significante profossa, Francis fusa.*

CAPUT II.

Constantiu Patrum, Saracenorum in Lauram furiosa irruptio.

Inter haec cum multum decurseret temporis, perpetua velut in agonia propter immensum timorem constituti Patres, noctu dunque supplicationibus insistentes deprecabantur Dei misericordiam, ut in ipsis perficeret beneficium suum, et quod salutis ipsorum condicilium foret. Siquidem nemo ipsorum deserta Laura ex suo aserto emigravit, quamvis tuto posset inde recedere, atque in aliqua urbium salvari, si vellet: sed quemadmodum a principio mundum et mundana omnia rehimpentes, totos se Christo sequendo tradiderant, sublataque Crimea velut mundi mortui, ab ipso fuerant in hanc eremum deducti; ita in eadem persistere ac permanere, et

quodcumque periculum tentationemque decreverant D sustinere cohortantes invicem, fraternoque affectu precipientes, ut crederent, quod Christus, cui essent desponsi et propter quem, sua quisque deserta patria, hanc solitudinem elegissent incolere; facile eos posset liberare, si vellet, ex manibus barbarorum: si vero ils essent ad necem tradendi, id utique tamquam utilis excellentiusque permetteret.

14 Suscipiamus ergo, inquietabat, de manu Domini profutura, neque propter barbarorum innumium terrorem ad mundanos strepitus revertatur, suspicione praebituri omnibus nos ignavia morbo laborare: cum jubeamur a Dominino et Salvatore nostro Iesu Christo non timere eos qui corpus occidunt animam vero non possunt occidere. Si pulchrum est videre eos qui recedentes a mundo in solitudines sese recipiunt, Christi vestigia pressiū consecantes: turpe profecto et probrosum est semel segregatos a mundo, nec modico tempore in cromo versatos, humano terrore in fugam versos remeare ad seculum. Non insultet nobis omnium inimicus, a satellitibus suis perterritos ad civitates confugisse, qui superius superatus a nobis actusque in fugam velut ejecitus canis confusissimus recessit, pugnante nobiscum contra eum Christo Rege nostro.

15 Non habemus muratas turritasque urbes, in quibus custodianur: sed pro muro indissolubili nobis Christus est, cui edicti sumus cum Davide accinere: Esto mihi in Deum protectorem, et in dominum refugii, et in eum munitum, ut salvum me facias. Non sunt nobis lorice impenetrabilis, et galea a newe pellibusque obteci clypei, quibus submoveamus hostium jacula: sed adest armatura spiritus, caritas ac spei lorica, scutum fidei, et galea salutis, quibus obarmamur. Caremus praesidio militaris phalangis, que nos propugnet: sed immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos: nobis enim et vivere Christus est, et mori lucrum. Neque enim vita conservandæ cupido ad hanc nos compulit soliditudinem. Cujus ergo rei gratia hunc inhabituabilem locum nobis duximus incolendum? Nonne evidens est quia propter Christum? Si igitur hic occidimur, propter Christum occidimur, propter quem hoc in loco commoramus.

16 Talibus invicem consolantes sermonibus, atque ad auendendum animantes, corporaque et animas sincere committentes Deo persistenterunt in Laura. Sed et alia quedam consideratio, pia æque ac religiosa, persuasit eis immutabiliter obfirmare animum et constantiam: quod vilarent scilicet, male affectis erga se vicinis nihil acridera posse optatus, quam posse devastare atque evertere Lauram, eamque monachis vacuantur videre. Si enim vel ad medicum tempus ventiret recessisse Fratres, nulla interposita mora certum erat ad futuros cum omni diligentia ut ecclesiam comburerent, destruerent cellas et solo aquarent, ipsum denique locum omnino inhabitabili in futurum efficerent. Quod ut ne fieret, generose magnanimi illi permanebant ibidem persistentesque. Non erant ut calami, qui omni vento circumferuntur: sed ut turres fundatae supra firmam petram, superveniente tentationum flumine et procella malorum spirituum ingrente, immoti inconcussaque perseverabant. Neque tamen propter lapides aut ligna periculum sibi subvenendum eredebant: sed propter gloriam Christi eo in loco et olim, et nunc glorificati, sincereque et sancte culti, atque in spiritu et veritate adorari soliti.

17 Quis enim potest ignorare, non tam multis salvari in portibus, ad eorum qui periclitantur in mari receptum patentibus, quam multis præclaris hæc divinitusque extracta Laura, eorum qui in vita pelago spirituale patiebantur naufragium, excipiens

ne inconstan-
tiae notam
incurrant,

E
regue
cohortantur
ad fiduciam
in Deum
repromendam.
Ps. 30, et 70, 3

Ephes. 6. 13
etc.

Ps. 23, 8
Phl. 1, 21

soliciti ne,
si fugerent
penitus
evertere
Laura,

F

Matt. 7. 23

qui tam
multis occasio-
erat conse-
quendis
salutis;

B

A a morte eruit: erutos deinceps conservat in vivis, Christoque sistit atque transmittit per vitam probam seriamque conversationem. Pro salute igitur animarum, et nunc ibidem salvatarum, et quotidie Deo servandarum in aeternum, cuiusvis discriminis periculum merito atque utiliter adiri strenui illi viri iudicarunt, pro qua et ipse Christus proposito sibi gaudio mori elegit: ejusque vestigia subsequentes veri Christi imitatores et servi, proposita ipsis per fugam immunitate a periculis quantumcumque gratia pati ac sustinere maluerunt.

*Ita animalia
Bens diabolo
probando
permisit.*

18 O fortis, excelsisque animi, et circumspecti, eaque quae Dei sunt tantum sapientis sententiam! o piam intentionem, conformem Christo, Deo amabillem! Quomodo vos digne celebrabo, beatissimi Patres, vosque quibus mortem pro Christo oppetere contigit, atque ad ipsum per eam transmigrare: et vos qui adhuc viventes in carne Martyres animo estis prompta ad mortem voluntate effecti? Tales animalium motus contemplans Dominus, et voluntatum arcana perscrutans, ut vidi tanto talique ardore teneri, prius animi suscepit probavitque propositum, ipsisque certaminibus eos ac tormentorum experientia coronavit.

Job 1, 9

B 19 Postquam enim sufficienter eos, contra spem omnam illhesos ut plurimum indemnesque, omnium inspector Christus in manu forti et brachio extenso inter media pericula conservasset: sic ut omnibus admirationi esset tam singularis protectio ac providentia Dei: ut non propterea diceret inimicus, quod olim de justo Job ausus fuit respondere. Numquid, inquiens, Job frustra timet Deum? Nonne tu vallastium intus et foris? Sed mitte manum tuam, et tange cuncta quae possidet; ossa quoque et carnes ejus, nisi in faciem benedixerit tibi. Ne forte, inquam, de ipsis eadem tentator diceret, qui et Petrum ausus est postulare, atque ut omnem excusationis occasionem Christus præcideret inimico, reapse demonstrans, athletas suos adversis insuperabiles victoriam ex omnibus reportare, potestatem ei concessit, ut vellet eisdem exercendi.

*a quo collecti
dispersione
Barbari,*

20 Ille vero hanc quæstionem libenter suscipiens, confestim satellites fainulosque suos, per quos infanda prius, ut antehac dictum, perpetrarat: Barbaros, inquam conquisivit, eosque, denuntiato potestatis adventantis sum imperio terrore, dissipatos quidem dispersosque reperit; pessimam nihilominus non exigui numeri societatem inveniens, atque per vicinos jam pridem infensos injusto odio elatos aduersus Lauram nostram (quorum alibi meminimus)

*accendunt ad
Lauram:*

C alias aliunde colligens, initicum Leo agmen plusquam sexaginta hominum arcu utentium circumfudit nobis; quorum enim adventu percepto, Fratrum aliqui clamore et signis eorum significavere accessum.

21 Nos vero quamvis jam liberos a discriminè speraremus (nam de barbarorum agminum dissoluzione dispersioneque inaudiveramus pridem) et quod e Santa Quadragesima jam præteralente supererat, quiete habituros existimantes, simulataque importunum pulsuum clamorunque perceperimus fragorem, cursim in consuetum tumulum congregamur decima tertia Martii mensis die, hora post solis ortum secunda. Jamque enim adventantes eos, et, velut in pugnam præparatos, gladios tensosque arcus præferre consipientes, ad demum nobis propinquos tieri, pavefacti deficitus, interim dum in duas ipsi divisi partes medios circumvenire satagebant, quidam vero Patrum resumptis animis obviam processere jam proximis, si forte blandis eos demulcere sermonibus possent, tabbus ad ipsos verbis usi.

22 Quid vos isto in habitu adventantes, tanquam ad inimicos, a quibus maxima sitis affecti injuria, et velut pessima queque passi in auctores injuriarum,

cum quibus plena sit acie contigendum, comparati adestis? Nos, o viri, pacifici sumus aduersus omnes neque vos, neque alios ullos damno vel injuria affectius nūquam; quin etiam tantum a contentione pugnisque absumus, ut mundum omniaque quæ in eo nostra fuerunt reliquerimus, istamque, ut videtis incolamus eremum, quo longius ab omni humanae vita strepitu, litigio, confusione semoti, nostra possumus incessanter deflere peccata; atque ita Deo nostro effici gratiore. Quid? quod non modo vobis nocuerimus nihil: sed et benefacere pro viribus non cessavimus. Nam eos, qui ex vobis hac forte transibant, suscepimus hospitio, ciboque et quiete studiunus refocillare. Nolite ergo pro bonis retribuere mala; cum debeatis auxiliari pro viribus, propter ea, quæ vobis semper exhibita fuere beneficia. Sed et nunc parati sumus, iis, quæ ad victimum suppeditum circa invidiam exhibitis, vos benigne suscipere, et solita humanitate recreare.

*AUCTORE
STEPH.
EX MS.
obviam els
vadunt
quidam &
Patribus, et
mitigare
conantur.*

23 Non cibariorum reponunt illi minaciter simul et injuriouse, sed pecuniarum huc caussa advenimus: unum et duobus eligendum superest: ut aut pecuniam exhibeatis nobis (surmam indicabant) aut sagittis nostris interminimi. Quibus iterum nostri responderunt: Credite, o viri, credite nobis, humiles sumus et pauperes; adeoque ab omni specie affluentie destituti, ut ne panem quidecum babeamus ad satietatem: sed nec vestium aut indumentorum possidemus suppellectilem copiosam: aurum vero, si poscitis, ne per somnum quidem de eo nobis incidit cogitare: solis enim necessariis, iisque parce et tenuiter suppeditibus, contenti hanc in luctu transgimus vitam. Dixisses contumelia gravissima provocatus, ita illi exardescere iracundia, ac demum immanem sagitarum umbrem jaculari, neque desistere prius quam pharetras vacuassent: ita e Patribus triginta circiter sauciati sunt; lethaliiter plerique, alii summa tantum in cute perstrieti.

*sed frusta,
negala
pecunia:*

24 His cum furorem suum utcumque explessent, quem tamen nulla capiebat iniuritatis satietas, ad cellas digressi sunt grandibus saxis comminuentes ostia, quæ vero reposta intus fuerant diripientes; interim dum horum incuriosi nos curabamus saueios Fratres, quos graviter pressos afflictosque in proximam deportantes cellam, et infixa jacula extrahentes, nihilo levius ipsis miseroris compassionisque telo transfixa cerebamus pectora: quippe qui cogebantur eos videre cruentatos sanguine iis in partibus corporis, quibus vulnera suscepérant; hi pectora, isti dorso, fronte alii impactas gerentes sagittas: erant etiam, qui saxis vulnerati capita; sordatos sanguine præferabant vultus omnes vero rigor et tremor cum stridore dentium, et pallor lethalis occupaverat: quos optimus medicus, idemque pientissimus Abbas Thomas (is qui postea ordinatus Veteris Laura Hegumenus est) pro ea quæ aderat facultate reclinans, convenientem cūlibet curationem exhibebat.

*umbrem
velorum
effundunt in
Monachos,*

25 Illi autem vere desolatori carbones, efferi, exitialesque barbari, tamquam dignum nihil sua per versitate fecissent, licet multis quantum in ipsis erat imperfectis, cetera omnia vertissent in prædam; cellas insuper igni tradere furioso ausu sunt aggressi usi ad id virgitorum fascibus, quos a Manuthia dicimus, collectosque et repositos de more a patribus in unaquaque repererunt, inflammandis domiciliis opportunos: unde erumpentes in caelum cum sumo copioso flammæ simul atque conspeximus, totis intus urbi præcordiis cœpimus, ineffabilem dolore atque interna mentis caligine anxietateque suffundi, tamquam foret omnino desperatum de Laura: nam et de ecclesiæ ignibus abolenda consultabant: *idem de* ecclesiæ adeo ut jam nihil restaret miseris, quam sublati in *deliberantes,*

*qvorum
vulnera curat
Thomas,*

AUCTORE
STEPH.
EX MS
nisi auctor
adventus
subsidiis eos
fugavisset.

Acolum oculis auxilium inde submittendum postulare, S. P. N. Sabæ patrocinium implorantibus.

26 Et placuit susceptori oppressorum Deo, qui prope est omnibus in veritate invocantibusesse, ut procul aliquampani consicerentur; quos videntes sacrilegi, suspicentesque in nostrum venire subsidium, ab his alisque fortasse subsecuturis, repressi diuinâ virtute sunt, et comportantes spolia recesserunt. Sed neque profectis illis, timore sumus omni levati, eo quod eorum redditum formidaremus: ideoque ad usque occasum solis lucisque defectum immobiles ipso in loco persistimus, hoc illaque circum-piciens, tamquam redituros abivisse animus praesagiret.

a *Vita S. Euthymii* 20 *Jap. num.* 138 cum colligeremus allatum in soliditudine, quod vulgo solet nominari monothelio: quem lacum si cum praesertim conferas, respice et respice prædicta figuram, non aliud poteris quam ignis ultimum intelligere. *Eccles. enim ministrorum orbiculum densitas, orbustum, dumulum certitudine.* *Etymon ab Hebreo Lingua frustra postuparet ex conjectura loci citato aliatis. Athanasius Kircherius noster monachus Monothelio Arribibus ministrorum significare quid si semi-barbarus Grecis Latini Minibus in Monotheli transiret? Vel a magia duxa sit in ea significatio, qua nos manipularis dicimus?*

D

colligentes, sedilitate precum et supplicationum instantia apud Deum utelamur, qui solus eruere nos e periculis poterat, tamquam ad extremam praesentis vite clausulam ipsi nos comparantes. Alii vero aliorum intuentis oculis et auribus speculabantur, observabantque, unde advenientes conspicere possent aut praesentiscere. Igitur saepenumero cujusvis fortuita rei aspectus motus conturbabat omnes, pro ipso impiorum adventu acceptus.

30 Tali in artibus extremaque mentis ac corporis perturbatione constituti, ecce duo quidam cum summa festinatione accedentes apparent: quorum, ubi per pins accessere, unus quidem senex visus est veneranda canitatem monachus, cui alter pro custode esset ac via dure: qui fatigatus cursu, luctu praepeditus, vocem proferebat anhelis suspiris interrupit, indistinctam et mutillam: epistolium vero manu pretendens, ex eo precabatur, ut caussam sui disceremus adventus. Illud igitur explicantes, cum legi ad lunae splendorem posset, cognovimus a Patribus sacri illius b monasterii, quod a sancto ne si-gnifero Patre nostro Euthymio cognominatur, fraternie caritatis vinculo nobiscum coniunctum, hunc in sensu fuisse conscriptum. Scire vos eupimus, Patres, prout nolam immotum per eos qui rem habebant diligenter certoque exploratam, quod synagoga malignantium, ex Gerealibus Sanctæ civitatis partibus congregata ad facinus, intendit nocte hac iuicurrere in vos. Lauramque spoliare et desolare: sed vos ipsis custodite et orate pro nobis.

*ex monasterio
S. Euthymii
mutatur,*

b

CAPUT III.

Secundus Barbarorum incursum in Lauram.

*Patres totam
hebdomadem
sin ul
permanent,*

Bencrastinum vero a primo mane usque in serum vesperam in eodem loco congregati, totum diem supplicationibus precibusque ad Deum fundendis traduximus, eadem metuentes: similiter et tota hebdomade illa incessanter egimus. In unum porro congregabamus omnes, cum quod solutione non exiguum ex mutua præsentiâ sumeremus (nam unum omnilies votum erat, ut vel vivere simus vel mori licet) tum quod crederemus ea ratione declinando enciatu, quos infererant solidarie repertis; quemadmodum in Veteri Laura fecerant igne combinctentes aliquos, in alios alias tormentorum species excogitantes.

28 Ita hebdomade illa transieta, Sabbato vesperi circa secundam noctis horam, cum in ecclesia consuetus Dominicae a die vigilia agerentur, ecce Monacheli duo fortis atque animosi, curriondo ad nos delati, et sudore circumfluentes aduentum, quas venerabiles Veteris Laura Patres nol nos salutisserant, caritatis in eo observantes præceptum, et fraternalis compassionis ardore compulsi, talia nuntiavimus: Impii illi, inquietant, et contaminati, qui ante sex dies oppresserunt vos, tota hac hebdomade socios latrociniorum et perfidias undique conquirentes, et numero volumenter amici frenunt, hac nocte super vos irruere, tamquam devastare Lauram, et quidquid inomine dirimque possunt, yello se in eos exercere minantur, furore atque iracundia pleni: prout ex eorum contribuilius nonnullis viciniis nostris potius intelligere. Juncque ex portibus nostris versus vos sub occasum solis cooperunt profligari: ideoque perterriti, et vires vestram auxili acerrimum testimenter, vobis consolere empietes, eorum per viam occursum manifestanda. Si quid igitur agendum vobis, a tutum perlicere.

29 Hac denuntiatione audita, velut si gladium quicunque suo exceperisset pectora, præmota constilii in stupore et quandam membris caliginosius, deficientibus viribus ipsam penitus membrorum sensim solvi compaginat, turbatque ac consernunt amictu quosdam quidem in ecclesia ad psalmodiam prosequendam dimisimus, plerique vero consumpti occupavimus tunnuncum; ibidemque ad auroram usque pernoctantes, frigore propinquum constructi sumus; dominus sanguinem constiparet pavor, cunctaque algor exterior coagularet. Neque tamen oblivisceremur orationis, quamvis intra ecclesiam minime versaremur: sed potius mentem omnem cogitationesque ac desideria ab exteriori evagatione revocata

c
*aliam quoque
turram
contra ipsos
venire:*

31 Ex hac epistola cognovimus diversam hanc esse e turram ab eo, de qua Paleolaurite nobis indicium fecerunt. Etenim Lauræ nostre suæque satiatis iniicii, de quibus jam ante fecimus mentionem, hanc contenti caterva una impiorum, alium quoque homicidarum cœtum cognitionemque convocabaverunt, ut utrisque conjunctis maximo numero nos invaderent. Quo intellecto, duplicatus nobis terror est, iuctusque intelaberatis erat, quia periculum carnebambus esse inevitabile. Cum vero nullam ex hominibus openè speraremus inveniendam in terra, manus oculosque sustulimus in eolum, et intuenti afflictiones nostras et angustias Deo easdem exponendo supplicabamus, dicentes:

tum obscurorumque conclusi antrum, atque hac momentanea vita privati, transivisti in campos illos spatiuosos ac semper vientes, in quibus non pertuli germinant flores, ubi lumen indeficiens semperque vesperam nesciens splendet, unde luctus omnis unde anchoris atque doloris cuiuscumque obumbratio exulat. Beati estis, Patres sanctissimi: quia Christo facti estis accessio desiderabilis, et gloriosa expressio eorum qui a seculo sunt Martyrum, etiam post persecutionis tempora perfectam martyri palam consecuti. Beati estis, Patres divino afflati spiritu, quia corpora animasque vestras sacro purgantes santificantesque jejunio, Quadragesimalis abstinentie tempus exornasti consecrasti; dum in ipso per sanguinem accessisti ad Christum, et ante salutiferam toti orbi passionem ejus, passi etiam ipsi cum eodem vivificum celebratis Pascha; liberationem, inquam, et immunitatem omnimodam a peccato, spiritualique servilium operum exactore Pharaone, et Aegyptiacæ servitutis errore ac tenebris, quemadmodum et gloriosi Christi Martyres Quadraginta a milites victores e stadio coronam reuelerunt.

79 Mementote etiam nostri, semper nobis memorani Patres, quibuscum viventes in carne estis fraterne conversati; quamvis, terrena nunc commemoratione relicita, in gaudio et lumine cohabitatis celestibus. Nolite fraternitatis nostræ hujusque Lauræ vestrae et societatis oblivici, quæ vos e terris praemisit ad celos: nam per vos. Beatissimi, nos quoque beati sumus, quod tales primitias tam opima sanctaque spolia Christo Domino subministravimus, sacrificium acceptabile Deo in odorem suavitatis, sincerum, irreprehensibile, gratissimumque. Vivificæ, divinæque, et consubstantiali Trinitati, quæ vos sibi voluit in æternum assistere, offerte, continuam perseverantemque pro nostra congregazione orationem: ut eruainur a multiplibus hostiis maligni laqueis, insidiis, et machinationibus pessimis; liberenremur a passionibus defectibusque mentis et corporis; salvemur ab invidia et fraudibus visibilium atque invisibilium inimicorum; hanc denique vitam placide pacateque transigentes ejus qua digni habiti estis bonorum immortalium participatione vitaque indeficientis requie ac loco digni inveniamur et ipsi, quamvis grande sit illud quod postulamus.

80 Orate etiam pro communione uniceque orthodoxa Ecclesia: ut cessantibus, quæ multipliciter ab iniiciis veritatis adversus eam excoxitur suscitatur, tentationibus ac tribulationibus, pax ei tranquillitasque obtingat, atque molestias perturbationiscessatio et requies. Quin et indigni famuli vestri reminiscimini, despicaliles vobis sermonis sui primitias offerentis, atque accidentis hymnos, viles illos quidem vestraque amplitudine inferiores multo, defectuososque, attamen promptissima voluntate proxirum imbecillitate compositos et exornatos. Humilitati meæ, deposecite, Patres omni laudum genere celebrari dignissimi, remissionem delictorum, expurgationem affectuum, exoptatum tranquille vite decursum: ut evallam gehennam, a tormentis liberer, atque inconfusibilis coram Christo Salvatore assistam aliquando, non longe a vestre commemorationis sede remotus, quamvis meritum meum excedat ejusmodi postulatio.

81 Tu vero Sanctorum Patrum Pater augustissime, Ascatarum b aliptes, Monachorum duxor, pugilum exercitator, beatissime Saba, erem habita torque cultorique celebrerrine; suscipe alios tuos, qui adeo generose contra peccatum ejusque suscitatem ductoremque diabolum decertarunt, donec sudoribus, laboribus ino sanguine partam victoriam de eodem referent pro virtute viriliter dimicantes.

D
ACCR.
STEPU
EX MS.

O at Martyres,
ut celiint
pro Laura,

E

pro ecclesia

F

pro seipso
intercedere.

S. Sabr
gratulatur,
et hos,

et 40 Prioris
sub Chorac

et Christopho-
ruu ex
Saraceno
Monachum &
Martyrem,

ac dentque
et Lauram
commendat.

- A** Delectos Christo Agonothetæ Martires et victores laureatos repræsenta: neque enim insolitum tibi est discipulos tuos non ad exercitationem monasticam modo, sed etiam ad agones instruere utque idoneos exhibere martyrio. Testor memoranda Persicæ irruptionis tempora, quando etiam intercepta Sancta Christi civitas est, venerabilique et adoranda illa loca atque templo incendio deflagravit: tunc enim ex alumnorum tuorum numero non panceiores et quadriginta adluxisti ad Christum. Martyribus sociandos, in quos irrenentes ignis mythraque insanii cultores Perse duno in lapide simul omnes conciderunt: malentes etiam ipsos in propria Laura mori quam a facie inimicorum abscurrire, ab eaque exulando vitam redimere fuga.
- 82 Testor Christophorus, suo dignum nomine, et Christi militum Martyremque gloriissimum: quem ante paucos hosce annos ab infidelitate ad veræ pietatis culturam translatus, atque ex Persica instruimusque oleastro faenunde insitum oleo, divineque signatum baptismate, et monachali Angelicoque induitum habuit, sanctoque gregi tuo adnumeratum; Martyrem Domino coronatum stitisti. Praclare primum ille sub religio- omni certans, non minus deinde generose in martyrii studio ipse se gessit, quando ab fidei desertore circumventus, et eorum ipso Saracenum Rege senatusque principe adductus, pulchram confessionem peregit, et rescissa ei cervix gladio est, propter Christi fidem et piatem decima quarta Mensis Aprilis, majoris hebdomodæ feria tertia e, triduo ante passionem Domini, cuius cruciatibus salvati sumus.
- 83 Nunc vero, divinissime Pater nosterque apud Deum Legate reverendissime, gregem tuum Lauranique respicias, quam tuis constitueristi laboribus; et ab eorum qui sunt in circuitu nosro effloriorum hostium incurvis visibilium simul atque invisibilium vigilanter custodias: usque in secundum Salvatoris eodo adventum, manifestationemque tremendam, spirituale semen tuum in ipsa communies et undique in ipsam adducens cum Christo, atque ex ipsa in gaudium Domini tui introducens: ut omnes discipline tue sectatores citra probrum Iudicii tecum cistens dieas: Ecce ego, et puoi mei quos misi dedisti Deus: illamque optabilem atque amabilissimam vocem audiamus: Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum in Christo Jesu Domino nostro, eni honor, virtus et imperium enim eu qui est absque principio Patre, sanctoque et optimo atque vivifice Spiritu, nunc et semper et in secula. Amen.
- C** *a Be his Sebastian in Armenta passi egimus 10 Martini — b Proprie cum qui tactuus angit significat: latius autem sumptum accipitur pro ipsa Palastra praefacta, vide Uicensium lib. I. Ep. 9 ad tentulum. — c Ann. 44. huius festum apud 16 Marti martyrum una septuaginta Cris. sancta interceptio processus. — d Saracenos quidem eadem clarae patrum consunt: sed qui vel Perie militabant, vel scelerum immunitatem sub eorum captabant umbra, occasione uentis. — e Adrogante anno Christi 789, quando Pascha inclit in 10 Aprilis sepe tendendo ante horum Patrum passionem.*
- POEMA DE HSDEM**
per Ordines officii Graci distributum ex Magnis
Menaxis.
- auctore eodem Stephano Sabaita.
- ACROSTICHON
- Τυροις γεραιοι Μαρτυρος δημοπόνους.
Μοροι εορυδειν Μαρτυρες hymnis cano.
- EDE 1** *Exultitudinem tuorum Martynum, Christe, divinitus inspiratorum laudare cupienti nali cultus lumine intelligentia prebe, ipsorum exoratus precibus, ut dignum Deo carmen concinam.*
- D** mnes Spiritus disciplina instructi, eaque regentes corpora ac sensus vestros, facti estis templa Dei sancta, o Theophori Martyres: in vobis enim Christus habitavit.
- EDE 2** *Relinquentes fluxus in terris opes, et vitæ delicias, ut somnia serpentibus, incommutabile Christi regnum, quo nunc srimini, concupivitis.*
- EDE 3** *Etiam vestram omnem, quieti addictam, omnium inspectori Deo penitus consecratam, o Sancti: vosque ipsos divina offerentes holocausta, perfectam coronam meruistis.*
- E** *Monasticam vitam arctioris viae desiderio amplexi, tamquam Theophori Sabæ genuini discipuli, ex tumultu mundanis recessistis.*
- E** *Exceptum animis verbi divini semen excolentes, Sancti, et lacrymarum rigantes fluentis, centuplicatum Deo fructum protulistis.*
- EDE 4** *Oppugnavit graviter inimicus virtutum exercitio intentos in eremo Martyres, invidia concitatus: sed velut ab instruta acie retroactus est.*
- E** *Radicans errorem in disciplinis suis fraudulentus draco, barbarorum tribus comitavit in mutuas caedes, per quas etiam ex solidudine Sanctos pelle re nitebatur.*
- E** *Undas tumentes adversus immobiles Sanctos suscitans inimicus, non potuit eos effugare, et invisi bili uictus certamine, frustra visibilem pugnam suscepit.*
- E** *Zalorum Princeps veneno et furore plenus cum sa tellitu suo irritus: et ferina rabie concitatus in Sanctos, per inamplia vulnera sanguinis rivos estinxit.*
- E** *Quia illi spes suas mortales committebant terræ in corruptibili auterocatas: in eis easdem iactantes generosi Athletæ clamabant, Gloria virtuti tuæ, Domine.*
- E** *Efferre ut bestiae inclementer savientes, lapidibus, baculis, gladiisque vexabant Sanctos, jussos indicare Præsidies suos: sed hi lege caritatis roborati penitus id facere recusarunt.*
- EDE 5** *Zagisterio dilectionis perfectæ edocti Sancti legem tuam, Salvator, pro amicis animas posuere, et voluntarium tuum pro hominibus sacrificium iniiciati sunt.*
- E** *Zandatum tuum, Christe, apparuit morte ipsa robustius, supra seipsam effervens natam ex voluntate carnis naturam: tua enim insistentes legi, gloriose mori pro amicis elegeruntisti, mente prorsus divinæ prædicti.*
- F** *Sparsi hyssopo mentem per baptismata, vicem domesticis propriis reddidistis, Sancti, sparso pro iis sanguine, et ignita in custodia velut aurum probasti, suavendens Christo facti estis sacrificium.*
- EDE 6** *Ziserint tyrannorum minas Christo familiantes, quia in assidia mortis meditatione vitam omnem traduxerant.*
- E** *thesauris abundare suspiciati barbari, barbare ex cruciaverunt omnium egenos, et corruptilibus spretis, sola incorruptibilita possidentes.*
- E** *Indomabile robur Christi athleta induiti, irritos reddidere fremitus barbarorum æque ac cerberi infernalis.*
- EDE 7** *Zetutus sunt acies visibilium simul et invisibilium hostium, qui videbant Martyres contempnere verbora, interque plagas hymnum cantare, dicentes: Benedictus es et laudabilis Domine Deus Patrum nostrorum.*
- E** *Et genus et patriam et opes abdicavere, tibi Christe despensi, quia tui unius vere amabilis ardebat amor: atque ad te conseruans, Salvator Dens Patrum nostrorum.*

Sanguinarii

A *U*nguinarii barbari non absteruerunt amatores tuos, Christe, quominus Deo in solitudine servient: non enim sumuere eos, qui corpus occidunt, cum mandata tua haberent pro inconcuso fundamento.

*E*tabentes divinitus scriptam legem in tabulis cordis Martyres, nomen trinumque Deum praedicarunt, ipsique clamarent: Benedictus es et laudabilis Dominus Deus Pater nostrorum.

*N*on per vigiliis psallentes Sancti, Angelicis ordinibus comparandi, cantabant, Benedicite omnia opera Christum in secula.

*S*ente tota sequentes te Dominum suum Crucemque tollentes Martyres canebant: Benedicite omnia opera Christum in secula.

*Z*imbos lapidum sustinentes, et baculis contusi Beatis occinebant hoc namn, Benedicite omnia opera Christum in secula.

*N*intentione tota mentis et corporis spiritum Christo elevantes Sancti, modulabantur suaviter, Benedicite omnia opera Christum in secula.

*S*uperventuros barbaros generose ac pie praestolati, varieque nudati Athletæ Christi, vicere eorum insolentiam et hujus mundi principatum: quapropter etiam coronas duplices ab iusto agonotheta retulerunt. Gavernarum et spelæorum per ornem vitam incœtae beati, includimini angusto antri nnihi hiatu, et sanguine purpati, ignisque ardore graviterque urentis sumi vapore examinati, victores apparuistis.

*D*tones vestros concelebramus, quibus adversus peccatum decertastis viriliter, ut generosi milites pro Christo consistentes: etenim gloriose vicistis et nunc coram Altissimo stantes cum agminibus Sanctorum mementote nostrum.

*Z*obis orando sulveniente, o Sancti, in cœlis triplici fulgore circumdati, una cum Sabba Patre atque duci, tamquam genuini filii ejus, ut consortibus vestris vos canentibus salus proveniat annuarum, et Ecclesiis sanctis pax communis donetur.

O Fili Virginis, dejice ferocium præsidentiam ac supercilium, et consilia malignantium disturba, Creator: fidelium vero tuorum agmen impenetrabiliter firma Deus, extollens cornu eorum et fidem corroborans, ut te magnificemus universi.

*C*oncludebantur singulæ oðæ cum invocatione speciali Deiparae: quæ strophæ quia apud Simonem Wagenerchium in Mariana Græcorum pietate ex Menœis collectæ extant hic omituntur, eo magis quod ipsarum initiales litteræ acrostichi elementis non continuantur: quæ ut illi quoque includerentur oīis similiūm odarum auctoriib[us], Josepho præsertim Hymnographo curse fuit. Prout insu videbamus ad diem xxvii in odis de S. Hilarione Juniore. E

ODE 8

ODE 9

AN.
MCCLXXXVIII.
II MARS.
ANIMADV.
PAP. 14
Festum ejus
percipuum
Seni,

feria 8 ante
Dom. Passions

20 Martii,
in Ordine 22,

acta antiqua
ex MSS Ambr.
Taegi,

jussu Bonorit
IV,
F

ex documentis
missis primo
ab obitu litius
mense

blata

DE B. AMBROSIO SANSEDONIO ORDINIS PRÆDICATORUM SENIS IN TUSCIA.

Ambrosius vir sanctitate præclarus et miraculis fulgens, apud Senenses in tanta veneratione habetur, ut festum ejus celebrent, sicut Bononienses festum celebrant S. Dominici; ita od annum MCCCLXII Hieronymus Barselli de Bononia in Chronica MS. Ordinis, Foro-Livii existente, post medium seculi xv exarata, verbis titulus a Julio Sausedonio Episcopo Grossetano in Vita hujus Beati lib. 3 cap. 1. Celebrant autem festum hoc Senenses, non eo, quo mortuus est Beatus die, qui xx Martii fuit, et S. Benedicti vigilia, sed ante Dominicam Pessimum feria vi: quod hac cum D. Benedicti festo concurrente anno MCCLXXXVII ad solemnes exequias illatus in templum plurimis cœperit cursumare miraculans. Exinde enim, ut scribit Antonius Senensis in Chronico, celebratur festina multa cum pompa, ad Officium tunc acurrente Senatu cum universo populo, qui in illius honorem a servili opere omnis seriatur.

2 Ita quidem Senenses, et quidem in hunc usque diem: ut reliqui Ordinis Prædicatorum conventus, per Romanam dispersi provocent, diem obitus ipsum habuever, postquam publici cultus B. Ambrosio deferendi potestas iis facta est ab Eugenio iv. Hinc autem factum est ut ejusdem memoria in Romanum martyrologium (quod libentius sequimur) fuerit od xx diem hujus mensis relata: quamvis post annum MDCCXII totus Ordo assumperit diem xxii ex indulto Gregorii xv, permittentis, ut dictus Ordo ubicumque locorum posset officium de Confessore non Pontifice in honorem B. Ambrosii sub ritu diplomatici celebrare: quod ultramontana Provincie huius cultui insuetu sic accepere, quasstum primum Beatit fuisse adscriptus Ambrosius, ut apparet ex Tabella virtutum et miraculorum ejusdem, per Fr. Hyacinthum Choquetum Diacenis typis vulgato occasione, sicut præferti titulus Beatificationis per Gregorium xv factæ.

3 Desumpta est ea Tabella, ut et Lectiones Officii proprii, eodem tempore compositæ pro secundo tertioque

Nocturno, ex Vita per Antonium Flaminium scripta et a Leandro vulgata, non usque mendis: sed quibus notulis nolumus immemorari, habentes præ manibus antiqua et fideliissima Acta, excepta ex Codicibus MSS. Fr. Ambrosii Taegi in conventu S. Marie Grafiarum Mediolani existentibus laudatisque ab Antonio Senensi in Bibliotheca: quæ publica luce ideo sunt digniora, quod stylum, quem Leander Albertus exhibet, contractum immutotumque, inveratum transcribere curavit Taegius, quantum quidem ad vitæ et virtutum historiam attinet: nam miraculorum seriem, ut alibi sapimus, sic etiam hic immutauit, ad certa quedam capita titulosque ea reducens, nec raro eadem in verba contradicentes pauciora.

4 Tanta autem ipsa fucere tamque illustra, tum eo quo mortuus est die, tum sequenti, quo ante sepulturam præstiti corpus ad publicam veneracionem expositum; ut subito Romana per volans eorum fama ollapsa ad aures sit Hornum iv, in Aventinu monte ad S. Salvatoris tubi et ipse palatinum et Prædicatorum habebant monasterium} commorantis, ibique ex podagra decumbentis, cumdemque moverit ad edicendum, ut præcipua aliquot Ordinis Fratres ex informationibus, e conventu Senensi Romani mittendis ad instruendum Canonizationis processum, compilare præclaræ ritus ejus et virtutum decoræ, cum miraculis mortem secutis. Delecti igitur continua sunt quatuor in titulo nominandi: qui quidem haud diu post manum admoverunt operi: sed prius qui in suam ipsi compilationem non dieo absolvire, sed vel in choriæ possent, subductus e viris Pontifex est in die Cœrx Domini, decimo quinto a morte Beati: ut minime potuerit, quod optabat, Sanctorum catalogo adscribere Ambrusum.

5 Maturav're nihilominus Patres Senenses ad destinatos huic compilationi Patres documenta omnia necessaria mittere: quotquot intra primum ab obitu B. Ambrosii measse haberi poterant. Quantum autem delicti Compilatores in conscribendis his artis impenderunt temporis, nullo ex capite possumus definire. Su-

A blata festinandi causa, dubium est an per aliquot annos a morte Beati res inter manus eorum non haberet: certe varia loca sunt, ex quibus hoc sequeretur, num. 34, 60, et 62, ubi de Iudis ad diem Ambrosio fratum translatis, et virginibus ceterum quattuor ad ejusdem sepulcrum offerebantur, aliaque his similia: quod nisi suspicari volumus ab Taegio aliore interpolante, ut quodam alia num. 71 esse adjecta, anuorum aliquot supponunt experientiam et etiam ab absentibus scribi fana vulgante potuerunt. Scripsisse autem eos ex documentis ita recenter a morte Beati submissis, tamen ex miraculis, quae nulla hic referuntur nisi prius divulsa patrota, prout illa Senis excepta fuerant a Commissariis ad hoc ab Episcopo destinatis extra judicis formam. Quo factum est, ut cum eorum aliqua publicis consignarentur Instrumentis, nonnullæ circumstantiae pauculo alter fuerint exponendæ, iuxta personarum de semetipsis testantim fidem, quam ante fuerant ex andit vel relatu alieno scriptæ. Quæ res etiam probat alibi quam Senis collecta esse hæc Acta, et, ut nobis quidem videtur, Romæ: alias enim fieri non posset, ut sis non offerrantur legendæ Instrumenta publica ibidem Senis exente Aprili mense et sequentibus fieri copia.

B Etenim num. 77 referunt miraculum pueri sexen-ni illuminati, velut ad manus sancte attacum patrum subito; et tamen ipsam pueri mater eoram publico tabellione se sistens, visum recuperasse aut, postmodum illius contactus eadem a se redactum, et adhuc longius remotum a sacro corpore: quod relationis utriusque differentia non inculisset, si Compilatores vulerint Instrumentum de hoc miraculo confectum, sub die XXXI Aprilis, quod est ex infra producendis septimum. Similiter num. 93 in miraculo pueri a fistula pedem perforante sanati, non posuissent Compilatores unius novem pro octo; nec matrem pueri Bonaventuram seruisse uxorem Sulimini cum fuerit Jacobi, si præ oculis habuissent Instrumentum XII confessum die VIII Maii: habuissent autem prout dubio, nisi alibi quam Senis scripissent. Nisi etiam alibi scripissent dicti Compilatores quoniam Senis, non posuerint excusare, quod orationis formulam ab aliquibus Fratribus ex ore morientis scripto receptam, videre non posuerint, prout excusat num. 64. Nec omisissent narrare, quoniam sumptuoso opere coepit esse quod novo fieri capella sacri corporis custos, constituta in eam eam sumam certa pecunia, quot mensibus ex publico pendente per Decretum XIX Augusti signatum, et Indulgentias per Episcopum Henaldum propositas ad operis tam pli promotionem. Hæc enim commemoranda fuerant eo loco, ubi dicitur post non multos, id est, quadraginta dies ab obitu translatum fuisse Sanctum in capellam, que erat in medio ecclesie, ad ornatusimum sepulcrum in illo per nobiles et populares civitatis fabricatum.

C Post Acta jam dicta dubius originales textus viginti octo Instrumentorum, u Julio Santedonio collectorum ex Archivio Conventus ipsius Senensis; substituta pro signis Notarialibus, quæ idem exerceat representat, eruce †. Tertio loro proferimus Sermonem de virtutibus et miraculis B. Ambrosii bene prolixum sequitur catalogum a prefato Julio, nobis autem Senis transmissum ex ipsius conuentus Membranocodice, favore R. P. M. Antonii Iccarigi Pruri, una cum prolixissima miraculorum ferre trecentorum serie, quem hinc sermoni suo subtexxit anchor, qui se Fr. Recuperum de Senis dicit et a Julio putatur unus ex quatuor Compilatores fuisse, alias Reuperatum de Petra Mala, quod licet alioqui non probaretur, ceterum tamen Brato scriptorem fuisse agnoscere debet, ut pluribus in prologo nostro ad eundem dictum sumus.

D Atque hi sunt fontes, ex quibus hauseret vel hauseret potuisse ceteri quidquid de B. Ambrosio scripsero: quod quidem Latine fecit Sebastianus Flaminius apud Leandrum Albertum, solis quatuor Compilatoribus usus;

sed Italice redditis et anno MDIX die XXIIII Augusti vul-gatis a Simeone Nicolai Cartulari: quam editionem, ut nancisceremur etiam ipsi optavimus, collaturi cum ea Taegii codicem, in quo cognitum quid ipse in ordinandis miraculis omiserit mutuaverit. Eamdem editionem præ oculis habuit diligentissimum rerum ad Beatum spectantium collector Julius jam aliquotes nominatus: cui originali Latinum teatum visum non fuisse cogimur ex annotationibus marginalibus, et oīis quibusdam indicuus credere. Ex hoc autem Julio colligentes reliqua omnia, quæ de B. Ambrosio scitu digno supererant, circa corporis aut festi cultum recentioraque miraculo, Gloriariam Posthumam appellavimus, dato ex re nomine. Extant præterea in MSS. quibus usus est Julius, tractatus inediti de Vita Beati, ancturibus Joanne Baptista Gori Senensi et Gregorio Lombardelli, inferius noui-nando ob recuperatam insigni miraculo sanitatem, quam istius operis absolvendi causa dimitta et optarauit.

E His uide prole vulgaris Vitas a Seraphino et Sylvano Razzis, quorum hæc Dominicanos, ille Etruscos Sanctos et Beatos Italicu diuocate celebrovit; itemque Vitam D. Alexandri Guilelmo similiter Italice Romæ editam anno 1593: ac denique supra citatam Hyacinthi Chocquetii Tubellam, ut ceteros breamus, qui Beati hu-jus vii laudes suis scriptis inseruere. Quibus omissis, restat hic nobis demonstrandum, id quod nisi evidenteribus convicti testimonis recrideremus, mortuum esse B. Ambrosium anno MCCLXXXVIII: non enim caret difficultate, quod adeo graves anchoræ sicut, qui anno dicti seculi LXXXVII mortuus fuisse Beatum statuunt, quorum primus est ipse Fr. Recuperus, quem sequitur Necrologium conuentus Senensis, itemque Pius II in Senensi Chronico, quod apud Lunodorum de Pagani Nucerinum Episcopuni extare, aut Julius, cumdem leuens calculum; quem et tenuit Fr. Bernardus de Lutzenborg Prior Colonensis in Chronica intra primos viginti annos seculi XVI compilata, adeoque non optimo juve antiquissima nuncupata a Julio. Imo Acta per Tacyrium transcripta, et Flaminius Italicam versionem secutus, ipsoque Antonius Senensis scribual anno MCCLXXXV ex hac vita discessisse Ambrosium.

F 10 Præ his tamen omnibus patior nubis est tot publicorum Instrumentorum fides, quod infra proferuntur confecta anno MCCLXXXVI, Indictione XV: ex quibus quod ordine septimum est, sub die XXIIII Aprilis signatum, diem sepulturæ B. Ambrosii nominat diem S. Benedicti proxime præteritum: et primum, iv Maii scriptum, diem sui sancti transitus dicitur fuisse diem XX Martii proxime præteriti. Maxime autem irrefragabilis et omnem prorsus tergiversationem excludens est anchoritus Instrumenti quarti, in quo die IX Maii signato, quædam Nella testatur, quod in die sepulturae S. Ambrosii Senensis, scilicet in die S. Benedicti ante tertiam veniens ad sepulturam ejus, deseculata manu dicti S. Ambrosii, recommendavit se dicto S. Ambrosio, et posuit ipsum manum ad vultum, ubi fuit infirmitas... et subito liberata est die XXI Martii anno praedicto et indictione prefata. Quæ omnia et plura alia cum verbottenus habuerint et transcripserint Julins non sat possimus deminari, quoniam præoccupato ad unum præcedentem annum, quoniam pay. 147, agens de miraculo per Instrumentum primum probato, sic scribere, de hoc factum est publicum Instrumentum die IV Maii MCCLXXXVI: et tamen in marginem notationem addere, quæ dicitur, Per hoc Instrumentum prohatur versus dies transitus ejus, qui fuit XX Martii anni MCCLXXXVI: mirum est quoque de solo die sic fuisse sufficuum, ut de anno nullum usquam morevit questionem: qui tamen etiam ex Feria VI ante Dominicam Passionis cum XXI Marti concurrenti, cognosci potuerat, alius quam ipse sentiebat fuisse.

G 11 Quid etiam ad tum illustria pro anno MCCLXXXVI testimonia dicemus? Hand aliquid utique quam quod in similibus

Gloria
posthuma
accepta ex
Julio
Santedonio;

Alii de Vita
B. Ambrosii
scriptores.

E
Mortur.
Beatus.

MCCLXXXVIII
vet 1283:

sed 1287, ut
demonstrant
publica
Instrumenta,

unde ea
instrumenta
dimis;

et Summarium
Vita et
virtutum
MS.

Acta prima
an. 1509
Italice edita,

*nisi annus
more Gallico
inchoetur a
Paschate.*

A milibus frequenter usuvenit, videlicet eos, qui annum hunc signaverunt Dominicanos fuisse, quorum Ordo cum tunc adhuc recens esset, et originem suum sumpsisset in Gallia, facile potuit etiam in Italia aliquamdiu segui morem Gallicum, quo annus a Paschate inchoatur mensaque Martium, quo Beatus ex hac vita migraverat, anno priori adnuntrare: cum Tabelliones Seneuses, iuxta communiorum Italiz consuetudinem, annum suum vel a rixilia Naturitatis Domini vel a Kalendis Januarii anspicarentur. Eos autem, qui annum **MCCLXXXV** scripsere necessario credi debet decepsisse originalis textus, ex Compilatorum adversariorum a festinante librario negligenter transcriptus, et postremem utilitas nota defectus.

12 *Hac de anno mortis: de die scrupulus nullus foret nisi Acta num. 69 dicerent, dilatam fuisse sacri corporis sepulturam per biduum, propter maximam populi devotionem et frequentiam: sepultum autem esse in die S. Benedicti Abbatis. Sed nec in hoc magna est difficultas: siquidem post occasum solis sub pri- mas noctis horas vita excessisse dicas, quo tempore licet nobis, a media nocte horas supputantibus, adhuc dies XIX in cursu fuisse, Italis tamen iam incipiebat numerari dies vigesimus. Sub noctis quippe iunctum putans, quam diem noctem vel auroram abisse et vivis, persuadet*

B **13** *populi multitudo ante conventum cum morretur collecta, et piarum multirum in templo orantum pia devo- tio, nec non ipsiusmet apparitio, quam obstatrice reverenti domum (utique ante plenum noctem) et Beati mortem rruuntur, factam sibi asseruit mensium octodecim infans apud Recuperum num. 49 aliaque similia. Hac autem ratione mirum non erit, si compositus ad sepulturam Sanctos ipso mane rivesimae diei prostiterit in templo: populi autem currentis multitudine moti Fratres exequias distulerint usque in diem crastinam, nec nisi sub noctem digresso jam populo potuerint cader- ver sepulturæ tradere.*

VITA

Quam conscriperunt Fr. Gisbertus, Alexandrinus; Recuperatus de Petramala, Aretinus; Aldobrandinus Paparonus, Oldadius Bis dominus, Senenses, Ordinis Predicato- rum, de mandato D. Honorii IV Pontificis Maximi.

Ex MS. Fr. Ambrosii Taegii Conventus S. Marie-Gratiarum Ord. Prædicatorum Mediolani.

C

SYLLABUS CAPITUM.

- CAPUT I : De ejus nobili progenie et nobilitate parentum ipsius
- ii De ejus informi nativitate et postmodum miraculosa mem- brorum confirmatione.
- iii De mirabili profectu ejus in pueritia et in adolescentia.
- iv De ferventi caritate ipsius, quam habuit in egenorum sub- ventione.
- v De demone in specie Fratris a proposito sancto eum revocare conante.
- vi De alia tentatione daemonis, in specie pueræ sibi apparentis, et ipsius Victoria.
- vii De felici ingresso ipsius in religionem Fratrum Prædicato- rum.
- viii De illusione quadam daemonis, quam sustinuit, et Victoria ipsius contra dæmonem.
- ix De ejus mirabilis ingenio et fructuoso studio.
- x De fructuosis lectionibus suis in diversis studiis lectis.
- xi De pace per eum composita inter diversos Principes et po- pulos Germanie.
- xii De hareticis quibusdam ad Catholicam idem per eum con- versis.
- xiii De absolutione ab interdicto civitatis Senensis miraculose impetrata.
- xiv De reductione Christianorum contra infideles et tentatione demonis victa.

xv De reformatione studii Theologie per eum in Romana Urbe D facta.

xvi De absolutione ab excommunicatione Conradini Suevi a

Pontifice per eum impetrata.

xvii De pace inter Florentinos et Pisanos per eum firmata.

xviii De profunda ipsius humilitate, et mirandis exemplis de

eadem ostensis.

xix De fructuosis prædicationibus ipsius et mirandis prodigis

in eis divinitus ostensis.

xx De quibusdam miraculis, quæ ipso predicante suis meritis

sunt divinitus patrata.

xxi De austeritate vita ipsius, et carnis afflictione.

xxii De ejus pura et illibata virginitate mentis et corporis.

xxiii De devotione ipsius ad Sacrosanctum Dominum Corpus.

xxiv De speciali gratia, quam habuit in orationibus suis.

xxv De ejus ultima regitudo et felici transitu ad coelestem

patram.

xxvi De prodigiis et revelationibus in ejus transitu divinitus

ostensis.

xxvii De solemnis exequis ipsius et devota sepulta.

xxviii

xxix De miraculis post transitum sancti viri ejus meritis divini-

tus patratis.

xxx De contractis et paralyticis meritis B. Ambrosii curatis.

xxxi De caecis illuminatis, et oculorum infirmatatem patientibus

ipsius meritis sanatis.

xxxii De surdis et mutis meritis B. Ambrosii curatis.

xxxiii De sanguinis fluxum patientibus beati viri meritis sa-

natis.

xxxiv De epileptico morbo laborantibus ad invocationem B. Am-

brosii sanatis.

xxxv De felicitatibus diversis meritis B. Ambrosii curatis.

xxxvi De infirmitatibus squinancie et gutoris ejus meritis eu-

ratis.

xxxvii De infirmitatibus fistularum B. Ambrosii meritis sanatis.

xxxviii De mulieribus in partu laborantibus B. Ambrosii meritis

liberatis.

xxxix De nonnullis ab insultibus inimicorum suorum liberatis.

xl De obsessis a demonibus mulieribus nonnullis meritis B.

Ambrosii liberatis.

xli De nonnullis vulneratis meritis B. Ambrosii a vulneribus

sanatis.

xlii De quibusdam mortuis ad invocationem B. Ambrosii re-

suscitatis.

xliii De nonnullis a diversis infirmitatibus meritis B. Ambrosii

sanatis.

CAPUT I.

Natales, infantia: pueritia B. Ambrosii

Beatius vir Ambrosius ex civitate Senensi Provin- ciae Tuscie, ex nobili et militari Sansedonum famili- ja claram originem adiicit. Hujus pater b Bonatacha dictus est, filius Domini Adeo-dati, præclarissimi militis eruditissimum viri ac in re militari non modice existimationis. Maternum vero genus ex nobili similiter ac militari Stribelinorum stirpe ejusdem civitatis fuit. Hujus mater, Justina Domini Egidii, F militis strenui, appellata est. Erant haec duas nobiles familie in numero earum, que suam illustrabant urbem, et præcipue ob maximas quas contra Saracenos obtinuerunt victorias, cum maximi acquisitione thesauri: prout in scripturis publicis, ad per- petuam rei memoriam conscriptis, plenius conspxi mns. Ad perpetuam etiam memoriam decretum fuit, ut præfatio familie in civitate sua turrim e redificeare possent. Fuit autem prædictus Bonatacha haud pa- rum cupidus contra infideles pugnare: propter quod in Conciliis, d ob hanc causam celebratis, sæpen- nero interesse studuit.

2 His itaque familiis ortus est Ambrosius: enormi quidem membrorum habitudine, ut ejus futura sanc- titas miraculosa mutatione apertius monstraretur. Erant brachia lateribus larentia et tibiae coxis, inqualisque proportionis: facies obscura et in par- tibus improportionata. Natus est autem anno salu- tis millesimo ducentesimo vigesimo xvi Kal. Maii. Mater vero ejus Justina iniro afflicebatur dolore, haec et quasi similia exuberans verba: Heu me! ecce exuberans gaudium, quod jugiter, tempore quo te in

CAP I
Uroque
parente Senis
nobiliti
a b

c

d

CAP II
nasctur
Ambrosius,
mo iro e
deformis,

utero

PER IV
COELOS.

A utero gessi, sensi, nunc in amarum longumque dolorem perniciatum est. Ha! Domine Deus, in corde meo ac mente tantam augere potuisti letitiam, quam jugiter sentiebam, quia omnis gaudii mei miserisque vita finem adesse sciebas? Sic placitum fuit ante te? Rogo ergo te, piissime Deus, ut patientiae gratiam mihi tua benignitate concedas, ut tui amore dolorem hunc æquanimiter ferre valeam. Sit nomen tuum benedictum in secula.

B Aberat tunc, cum natus est infans, Bonatacha genitor: sed antequam reverteretur (prout narrabimus) miraculose sanctus est. Traditus est puer nutrici euidam educandus, quæ juxta portam dictæ civitatis, que Romaina dicitur; habitat. Accidit ut predicta nutrix infantem in gremio teneret ante ostium domus suæ, ibique senex quidam in habitu peregrini transitum faceret: qui viso infante, eum mirari coepit. Nutrix hoc viiens, infantis faciem velo texit: peregrinus autem cernens, divino afflatus spiritu dixit: Mulier, puer tuus [faciem] ne contegas: quia civitatis hujus lumen erit et deens. Cum autem a nativitate ejus annus pertransisset, consueverat nutrix e ejus, infantem olnis gestans, sicut pueri coperta, ecclesiam S. Marie Magdalene Fratrum Prædicatorum adire, ut Missam audiret. Quæ quilem ecclesia domini sue vicina erat, ubi tabernaculum quoddam multis pretiosis repletum reliquis habebatur, apud quod genua flectere et dominum pro salute infantis deprecari solita erat: deinde in alteram ecclesiam partem secedere solebat, ubi infans jugiter plorabat. Comperitum est autem, quod ubi ipsa a tabernaculo non discidebat, puerulus lacrymas minime emittelat: hoc autem totum Fratribus vicinissimum notum fuit.

4 Die quadam, multis hoc carentibus, de ecclesia nutrix egressa, multis eam comitantibus, ecepit infantulus fortiter ejulare, maximisque cum stridulis tabernaculum prædictum aspicere versa facie. Fratribus et iis qui aderant multum mirantibus. Carentibus qui aderant, nutrix ad dictum tabernaculum rexit: quo enim pervenisset, puerulus ex fascia manus extrahens cum brachis prius contractis, manus ipsas in altum elevans, nomen Jesu, clara et alta voce, prout a paucunque persona claram et melius expiri posset, ter invocavit. Concurvant multi ad tam grande miraculum intentionem, qui infantem defensionem natum fuisse non ignorabant. Fratres autem qui aderant fascias amoveti fecerunt, et tunc tibias, quæ coxis prius habebant, extubiles ecepit: factesque, quæ prius obscuræ erat, nro cum intore, cum omnium qui adstabant admiratione, splendescere coepit. Omnes autem in una voce Deo gratias agentes, Salvatoris laudantem elementum. Corrit pia mater ad hoc spectaculum, currunt et propinquique omnes et præ latitia gestientes, immensas Deo gratias referunt. Deterrit puer dominum magne virorum ac maternorum catery conitatus. Ubi vero tanti miraculi fama per urbem insomni, tota civitas logenti affecta est letitia, multisque fuit qui eleemosynas erogatis fusisque orationibus Deo gratias non referret. Crevit itaque puer, indesque formosior apparebat, ita quod peregrini verbo clare manifestata sunt, et vulgata. pater autem ejus tunc temporis absens erat.

5 Cum autem tanti miraculi fama per vicinas ciuitates volaret, quoniamque tam religiosi quam seculares videndi pueri gratia Senas venient, f[est]i [si religiosi erant] cum in ejus essent praesentia, si jacebat, alnce surgebat, ridens ne brachia extendens; si vero sumi gestaretur, ecepit ter aut quater reverenter inclinabat, usque [dum] cognosceretur se mouere ut eos veneraretur: si seculares erant, in eos multum intendens, aspectu gravi cogitationibus stabat. Abud quoque signum futuræ sanctitatis in eo

apparebat. Quotius librum aliquem ipsum videre contigis-*et*, signis quibus poterat codicem illum manibus habere se velle demonstrabat; ita quod pia mater ejus Canonicas Horas B. Virginis in ejus consperto nequam legere valebat: et si forte ei non daretur, tam ingentes vagitus emittebat, quod *et libris revolvendis,* sedare ipsum non poterant, donec librum in manu habuisset; eo habito multum lætabatur, et in volvendis libri chartis inspicendiisque balbutiendo intra se, contentus erat. Tali autem cognoscerebat modo ipsum in libris habendis multum delectari, tristarium plurimum ipsum non habens: nam noctem integrum pertransire tacendo non poterat, nisi per aliquod temporis spatium liber cum lumine ei daretur, juxta morem solitum revolvendus: hor enim unum demulcendi pueri, dum fleret, erat remedium.

6 Pater autem ejus libellos quosdam, cum nonnullis secularium hominum diversorum statuum figuris, pingi fecit; aliun vero, in quo religiosorum imagines pietate erant: ut ex hoc experimentum suiceret, si puer sic in inspectione figurarum, sieut in linearum aspectu delectaretur. Dato autem in quo secularium continabantur imagines, eas videre reuulsus: libello autem ostenso, in quo religiosorum depictae erant figurae, ipso revoluto, respexit intentus et libenter, plurimumque in his aspiciendis latabatur: magis autem in inspectione litterarum quam figurarum latari videbatur. Contigit aliquando civitatem Senarum peste infici, quo in tempore parentes vitandi morbi gratia in villam se transferunt: cum vero puer ejus contanei in unum convenienter, affuit inter eos et Ambrosius: quidam autem eorum domos ex luto fabricabant, alii castra, nonnulli equos, alborum homines: Ambrosius vero altaria, et crines super ea ponens, lotis manibus, gembus flexis, ipsis etiam manibus junctis, ante altare quasi oraturn persistebat. Per quod dabatur intelligi, purissimas manus suas circa purissimum altaris Sacramentum quamplura operari debere, de quo postmodum sua mirabilis doctrina acutissimus fuit declarator; de ipso quoque aureum edidit tractatum.

7 Coepit autem puer ante consuetum tempus exprimere verba, unde ejus genitor librum ei scribere fecit, primaria litterarum elementa cum nonnullis vulgaribus versibus continentem, deputans ei praecoptorem qui eni litteras doceret. Brevi temporis spatio et quasi miraculose librum legere didicit: quem postmodum grammatici magistro tradidit hinc litteris imbuendum. Proficit autem supra modum puer ingeniosus supra multos cœtaneos, ob ingenitem memoriam qua dotatus erat. Summa illis delectatio fuit legere et intelligere Psalmos, quos genitrix sua in Officio B. Virginis dicere consueverat. Orationes etiam nonnullas sibi mater ostendens, ipsas cunctas legens, etiamque memoria commendabat. tantumque in his delectabatur, quod quasi continuo alias discere cupiebat. Quare religiosi quamplures devotas ei deferentes orationes, quas sanctos puer quantocunque poterat memoriam commendabat. Cum iam factus esset annorum septem sancto operante Spiritu, quotidianum B. Virginis Officium dicit, ipsiusque quotidie devote legere studuit.

8 Peregrinus autem ceterosque pauperes, quantumcum exire coepit, ad dominum propriam tractos elemosynam reficiebat summa cunctititia, quos postmodum usquead exitum dominus devote associare salutis erat. Venerabilis ad parentum dominum egenis et elemosynum potentibus, penitus accurrebat, insque elemosynam, prout poterat, manibus propriis porrigebat. Cum iam novem esset annorum, Sanctorum vigiliis jejunare coepit, aliosque dies quos ecclesiastica traditio jejunandos præcipit. Noctibus etiam vigiliis

*potius quam picturi videndis.**Puer ad arcos orando occupatur.**discit ceteras litteras.**gaudet multas preces memoriter mandare,**noctu ad orationem surgere,**ignoti peregrini de co predictio nem conformat**cora tute nacta rillycatur**eidem collata miraculive sandas**cum gaudio totus civitatis*

CAP. III

Religiosorum aspectu delectatur infans

A vigiliis sequentibus de lecto surgens, genibus flexis orationes, quas prius didicerat, devote dicere conseruerat: quod attendentes parentes, ne gravia patetetur metuentes, ne hoc faceret prohibuerunt. Ob hanc rem devotus puer maxima affectus tristitia, noctes ducebat insomnes: unde coacti sunt parentes talia filio non prohibere, et maxime quia nullum ex hoc corpusculum visum est pati detrimentum. Liberalissime cum sanctis Sacerdotibus conversabatur, quibus humiliter sua peccata confitens, ea quae Christiane fidei sunt instanter edoceri postulabat; divinas quoque predicationes libenter audiebat.

a anno, inquit, *Julius* 1220, 16 Aprilis, cum odkne viceret *S. Dominicus*: enidem diem nonnulla etiam sancti viri elegi signantur. b Frequentesaque ac elegantes in nominum propriorum compositione Italoru*sunt*, et haec rote decora honestaque statuta gratian significant: *Frances* dicerent bonitatem — sic alibi hic leges *Bona-guidam*, *Bona-graham*, *Bona-dimau* — c *Dicit* *hunc Senensis nobilium usi eginus ad istam*. *B. Andreae Senensis die precedenti*. *Julius* autem hoc privilegium patris *Bonatarchi* concessum. — d *Puta* *imprimis Litterarum* in *Ecclau*m*icu*m* anno 1215, pro Terra sancta recuperandu*m* inter alias causas congregatum. — e floram nominant lectiones propriæ antiquæ: novi nomini reficiunt, sed dicunt puerum altarium Reliquiarum sanctorum, quod hisce lectis non facile quis probabit. — f *Deerant* haec voces in Ms. sed ex sensu itemque ex predicto *Julii Episcopi*, hic restituantur — g *Ignorant* cum *Antonius Senensis in Bibliotheca*, et sermonum de tempore solum meminist.*

B

CAPUT II.

Adolescens Ambrosius operibus caritatis rurat: castitas ejus frustra impugnatur.

CAP. IV
Sabbato
quaque
peregrinos
colligere
solitus.

Quaque seruire
Dominica.

a toti-tem
Angelis noctu
vianur.

Quanta autem boni hujus viri caritas fuerit, ex his quae narrabimus liquido patebit: lex enim Christi in caritate fundata est maxime, et ideo in illam praeuera erat. A patre, viri ditissimo, sanctus adolescens impetraverat, ut qualidet die Sabbati ad numerum quinque peregrinorem hospitio recipere posset, eos cibare, ac quanidam pecuniae quantitatem eiusdem elargiri. Stabat igitur pius puer vespere Sabbati in porta civitatis Senensis, qua ultra-montani peregrini ingredi solent, et ex his qui eleemosyna petebant eligebat, quos instinctu divino duxerat eligendos, eosque domum ducebat, quos in camera ad hoc deputata quiescere faciebat: quo facto, ordine per eum statuto, solus necessaria eis ministrare voluit: primo eos discaleans singulus, cuique pedes lavabat, et (si forte necesse erat) ipsorum calceamenta suima cum diligentia mundabat: hoc facto, mensa jam parata eos discubere faciens, cibaria humiliiter eis ministrare studebat: hora autem competenter ad quietem eos deducens, eorum vestimenta propriis extrahebat manibus. Mane factò eos excitauit, ad ecclesiam se praecedentem eos sequi faciebat, ubi audit a Missa ad principaliores civitatis ecclesiias eosdem dicens, ad domum propriam postmodum reduculo, prandio justo et eleemosyna data pecunie, eos licentiauit, eorum orationibus se humiliiter committauit.

10 Testati sunt Patres nostri seniores, quod ipse beatus vir in religione iam existens, quantum Deo accepta sit eleemosyna, inter alia exempla hoc unum dixit: In praesentiis, divino forte instigante spiritu, prompta deliberatione decrevi exemplum quadam, quod usque in praesens secretum apud me tenui, vobis manifestum facere, quod adolescentie inew temporibus accidit. Narrauit itaque praefatum caritatis opus eleemosyna que quas secularis existens faciebat, nocte quadam, qua peregrinos hospitio excepterat, quinque apparuerunt ei Angeli admodum pulcherrimi, carmina quædam et laudes et merita caritatis concinente, suavi quædam melodia resonantes, ipsumque ad tale carmen cantandum invitantes. Cantavit Ambrosius cum ipsis, et præ nimia laetitia a somno excitatus est. Audivit etiam Angelos dicentes sibi, Sequere, Ambrosi, cantum nos-

trum. Ultimo audivit vocem dicentem sibi: Ecce, Ambrosi, visitant te, quos maxima cum caritate receperisti, peregrini: his dictis evanuerunt. Quid autem Angelicantaverint, Deo disponente, numquam recordari potuit. Accessit mane ad Confessorem, tam panditrus visionem; et cum loqui coepisset, de visione hujusmodi numquam verba facere valuit. Agnovit sanctus adolescentis Dei nutu hoc evenire, ut tali tempore hoc miraculum manifestum non faceret. Cernens autem Confessor ipsum aliqualiter in vultu mutatum, instanter ab eo percunctatus est, quæna causa extiterit quod in locutione tam cito retraxit verbum. Cui respondit: Ignosce mihi, Pater, quia rem quædam manifestare decreveram: sed a me excidit memoria. Hoc ipsum in publica prædicacione narravit, neminem tamen nominando.

11 Ex ardentissimo caritatis fervore maxime in-carceratis compatiebatur. Prope in consuetudinem duxit omni sexta feria publicos visitare carceres, et si quis reperisset pauperes, qui se commodè nutriti non poterant, licentia prius a parentibus habita, die una in hebdomada cibaria eis occulte mittebat cum aliqua perunione quantitate. Omni quoque Domingo die hospitale a Scalarum civitatis Senensis prandii hora adire conseruerat, et cum aliis provisoribus, infirmis cibaria ministrare, eosque consolari satagebat. Visitabat quoque egenorum domos, et ubi infirmos reperisset alisque necessariis indigentes, apud parentes instantius procurabat ut eorum necessitatibus provideretur, propriis manibus necesararia ipsis deferendo. Consuetudo etiam illi fuit calamitatibus afflitus visitare, eosque dulcibus verbis consolari. Tanta in eo fuit diffusa gratia, ut quos visitasset, non solum verbo verum etiam beneficiis, eorum afflictiones relevabat. Eo autem tempore, quo in religione vixit, maxima usus est caritate in scandalis removendis et inimicis reconciliandis. Multos etiam ad veram pacem et concordiam adduxit, quos inveteratum odium jam dudum inimicos fecerat. Maxima etiam erga pupillos et viduas usus est caritate in civitatibus, in quibus eum esse contigisset, procurando quod pro eorum defensione leges conderentur, eligerenturque personæ ad hoc idoneæ, quæ circa bonorum ipsorum defensionem ac injuriarum illustrationem eis essent praesidio: et si forte pupillis et viduis molestia illata ad ejus pervenissent notitium, pro eorum justitia Dominum precabatur: cuius orationes quantum Deo accepte fuerint inferat. Hoc dante narrabimus, cum de ejus miraculis sermonem faciemus. Quamplura etiam caritatis exempla narrare possemus: sed brevitatis causa haec ad prius dicta sufficiant.

12 His amini virtutibus donatus Ambrosius, ad suam corporis et animæ virginitatem conservandam totu*m* misu*m* comitus est. Tanta etiam juvenis hujus expectatio apud cives suos erat, quod omnes ardenter cupiebant filios suos cum eo conversari. Sapientes quamplures ex primoribus civitatis iuvenes, qui passim eum sequebantur, tentarunt eum ad choreas et venationes perducere: propinqui etiam frequenter ad nuptiarum convivia eum invitabant, quæ ipse a voluptatibus et deliciis seculi alienus urbanitate quædam devitabat: et ne rusticitate quadam ipsorum conversationem spernere videretur, mos illi fuit sapissime civitatem exire, et solitaria religiosorum loca adire. Contigit autem vice quadam ut nuptialia declinans convivia sui celebrari debnissent, quibus ipse interesse recusavit. portam autem civitatis, quæ Florentiam ducit, egredens, ad monasterium quoddam monachorum Cisterciensis Ordinis, quod b. S. Michaelis dicitur, iturus, hanc multum a civitate distans, seniorem quædam in habitu Fratrum Prædicatorum obvium habuit. Hic non

Frater

b

nuptialia
declinans
convivia.Caritatis
studioviduas
pupillisque
miserit.

PER IT
CO. ETSOStentatur a
diabolo, sub
habitu fratriistudente hoc
esse minus
gratum Deo.presumpto-
sum,

periculorum t:

C
quem ipse
signo Crucis
fugat,et rem
monachis
Cisterci.narrat,
oc celesti
voe amonitut
ad constan-
tuon.

A Frater, sed diemon erat, qui in specie Fratrum eum tentare conatus est.

13 Petuit autem a sancto juvne falso ille Frater eleemosynam: qua accepta, dixit: Siste parum per gradum Ambrosi, et usquequo ab itineris labore aliquantulum quiescam, verbis meis autem adhibe. Miraris forte, Ambrosi, cum ex verbis meis audies, quod unum tui propositum et consuetudinem quam in conversatione tua observas cognovero: quare verbis meis fidem magis adhibere debes, que non nisi Dei nutu a me dicuntur. Credis, fili mi, apud Deum plus mereri meliusque animam tuam salvam facere, pro eo quod a secularium et propinquorum conversatione ac aequalium consortis es alienus, nuptiarumque celebrationibus, que in sancto matrimonio fieri solent, interesse renuende: verma tibi dico, quod majorum gratiam majoraque merita apud Deum acquires, si enim sodalibus tuis conversationem habueris: eo quod contra tentationes et animarum pericula pugnare magis apud Deum promeretur, quam secundum sequi vitam, prout sequi disponis. Nec divinam credo te posse adipisci gratiam, nisi contra inimici fallacias fortiter dimicaveris: quod utique melius elli:nes, si sapius cum sodalibus tuis formosisque puellis in choreis et ludis et cantibus conversatus fueris: quia si in tentationibus tibi occurribus tua perfecta voluntate te abstinneris, profecto uberiorum apud Deum consequeris gratiam.

14 Nonne in superbis vitium inclinare videris, si propinquorum tuorum nuptiis interesse renuis, et societatem eorum qui te honorare cupiunt aspernaris? Non vides quod scandali occasionem das ex murmurazione ob superbis tue vitium? Et si carnis temptationem vincere non vales sine matrimonii statu, a Deo ordinato hominique praecepto, quomodo animam tuam salvare poteris? Scio enim tuum in virginitate propositum, quam toto tempore vite tuo servare disponis. Ego prepter hoc, erodimus te unum ex Sanctis a Deo elevatis fore, quos sua bonitate in virginitate illibates servat! Hac itaque est magna superbia tua, ut humana virtute erodus virginitatem posse servare, contra ordinem a Deo institutum ut viri et mulieris conjugatione humanum genus servari possit. Hoc autem unum tibi dico, quod in matrimonio te conjungi necessario est: cum hoc tua clara progenies indubitanter requirat. Contum autem contra cursum naturae faciens, forte ad debitum matrimonii impedimentum praestare poteris: quare non maximum existimes peccatum cum muliere aliquando rem habere. Qui vorbum ut audiuit Ambrosius, territus, in nomine sancte Trinitatis signum sibi sanctae Crucis fecit; et retro semper respectans diem fugere cupit, sive penitus ab oculis ejus evanuit: concito autem gradu ad monasterium pervenit Ambrosius auxiliis multum.

- S. Vigoris Ep. Bajicensis Translatio hoc die annata est in *MS. Martyrologio Centulensi*, sive *S. Richart*: ab eis eis eis Abbate xxii S. Gervino secundo xi est curta, ut in hujus Vita iii Martii cap. 2 dictum. *Ipsius S. Vigoris Vitam dabimus i Novemb.*
- Felicitas vidua Romæ memoratur in *Additionibus Greveni*, nobis haudens ignota, nisi sit *Martyr mutorum* sibi, qui colitur xx Novemb.
- S. Antlerti ordinatio relata est in *Martyrologio Gallico Andrew Naussni*. *Fuit Episcopus Cameracensis*, et *Natalis ejus incedit in* xii Decemb.

G H
VIDE SYNAXA-
RIUM TOMI I
MART. PAG. 871

DE SANCTO BERYLLO EPISCOPO CATANÆ IN SICILIA.

SPCULO I
XXI MART
Canticu sacer,

Catana, urbe celebri Sicilia primus Episcopus fuit S. Beryllus a Princeps Apostolorum S. Petro constitutus, quem Catonenses in urbe et per diacesim colunt Officio Ecclesiastico sub ritu duplice secunda classis, translatu in diem xxii festo S. Bonifacii Abbotis. Ex successoribus Episcopis sedet secundo viii S. Leo Thaumaturgus, cuius Vitam ab auctore caro scriptam dedimus ut codice MS. *Gratio xx. Februarii*: in qua num. 2 ista leguntur: *Defuncto Sabino Episcopo, cum in successione, qui sacerdotio munere dignus esset, investigando his suis urbis incolis tumultuarentur; num hunc aptissimum delegavit B. Leonem, virtutum omnium columnam, nec nomine solius illustrem, sed factis multo magis ac moribus S. Berylli Archiepiscopi nostri Cathedram illustratissimum. Et haec est autquissima memoria S. Berylli, qui Archiepiscopus, quas Proto-Episcopus appellatur.*

memoria in
Actu S. Leonis.

in Menologio
Basilii Imp.

2 Altera ejus mentio potest videri illa, qua secundo decimo inserta est *Menologio MS. Graeco*, jussa Basilii Porphyrogeniti Imperatori collecto: in qua ista habentur: *Memoria S. Berylli Episcopi Catanae. Sanctus Pater noster Beryllus natus erat Antiochia in Syria. Factus vero discipulus S. Petri Apostoli, est ab eo Episcopus Cataniensis in Sicilia ordinatus. Qui præclare pascens gregem ovium suarum, in pascua salutaria induxit: et cum multis ex infidelibus ad*

fidei Christi adduxisset, dono plurimorum miraculorum dignatus est: ex quibus unicum hic commemorari oportet. Fons erat circa illum locum, amarissima manans: aqua, quam fusis ad Deum preibus in dulcem potum transmutavit. Quod cum vidisse aliquis Paganus, idolatriæ acerrime adduxit, amplectus est fidem Christianam, et cum illo plores alii. At cum alia miracula, eaque non paucæ perpetrassem, et ad profundam senectutem pervenisset, ad Christum migravit, aeterna ab eo vita donatus. Venerabiles ejus Reliquiae sunt in illa insula cum debito honore collocatae: ad quas quicunque enim vera fide accidunt, sanitatem usque in hodiernum diem consequuntur. *Quer eudrm. sed multa phrasit, leguntur in MS. Synaxario Parisiensi Claramontani Collegii Societatis Jesu, et in aliis Menaxis et Synaxario Beryllus, unde priore littera conuorta in Menaxis et Synaxario Chiffletiano reperitur Cyrus. Atque hoc distinctionem acinuntur non sine allusione ad etymon nominis accepti, a K'pos, dominus, unde κόρηνος dominus, in potestate habeo.*

*Διπλὴ θεὸν τοιχίται Κύριλλος στέψην,
Ω, κυριεύσας καὶ παθῶν καὶ διαιρονῶν.*

Cyrillus obiens certa duplicita tilit,

Ut Dominus aequo passionum et daemonum.

In Menogium u Cardinali Sirteto translatum, alias error

*et Menol.
Sirt u.*

A error irrepsit, dum loca Patris nostri scriptum est nomine Martyris, ideoque ita legendum censemus: Sacrosancti Patris nostri Birili Episcopi Catauae. Hic S. Birillus ex Antiochia Syriae, cum esset sancti Apostoli Petri discipulus, ab eo Episcopus constitutus Catanae urbis Siciliae, gregem illum recte pacens, multos Gentiles ad Christi fidem convertit: prædicatione et miraculorum multitudine insignis, cum ad summum senectutem pervenisset, migravit ad Dominum.

3 Et huc Graeci, quos Latini secuti, suis etiam fastis sacris inservuerunt, et in hodierno Martyrol. Rom. leguntur ista: Catane S. Birilli, qui a B. Petro ordinatus Episcopus, cum multis Gentilium convertisset ad fidem, in ultima senectute quietivit in pace. Referunt cumulum Ferrarina in Catalogo Sanctorum Itala, Ghuius in Natalibus Sauctorum Canonorum, Octavius Cajetanus in Martyrol. Steno, et tomo I Virtutum Sanctorum Siculorum pag. 18, ubi inter alia de Episcopato suscepso sic scribit.

4 Quarto anno Christi, Episcopus institutus sit, certo affirmare non ausim, sed coniectio rependum illi esse anno Christi quadragesimo quarto. Romanum enim tunc veniens S. Petrus, ut in S. Pancratii Vita narravimus. Tauromenium divertit, atque tum maxime Sieula Ecclesiae, quae Marciano et Pancratio auctoribus prima Christianae fidei semina excipiens spem fecerat feracitatis uberrimae, prospexit cre-

diderim: nam si adeo ille consuluit Tauromenitanæ Ecclesie, ut superstite adhuc Paneratio, successorem jam tum consecraverit: multo magis credendum erit tunc aliis et praesertim vicinis urbibus Autistites dedisse, qui rem Christianam promoverent. Existimo igitur Berylum, quem secum navigationis socium detulerat II. Petrus, Tauromenii substituisse, atque inde in propinquam urbem Catananam Evangelii lucem vel priuum intulisse, vel si forte iam affulserat, longe lateque auctam effulisse. *Hæc ibi. Coluntur ex citatis Sanctus Marciannus Episcopus Syracusanus xiv Julii, Paneratus Episcopus Tauromeniorum in Aprilis, et Maximus hujus successor xii Januarii.*

5 Addit idem Cajetanus. Catanae fuit dicata S. Beryllo ædicularia juxta veterem Divæ Agathæ ædem ejusque carcerem. An tamen ibi defussus sit nescimus. Quod de miraculis additur, ea perdurasse existimo usque ad Saracenicam Sicilie cladem: qua etiam occasione traditio memoriaque loci, ubi sanctissima illius Reliquias jacent, extincta est. In Officio Ecclesiastico omnia sumuntur de Communi Confessoris Pontificis. Introitus ad Missam incipit: Sacerdotes tui. Epistola Memento et legitur Credo. Agunt etiam de S. Berylio Rochus Pirrus lib. 3 Siciliae sacrae pag. 2. Petrus Curreva in Historia Cataniensi tomo I sub fine libri 4 et tomo 2 lib. 1 pag. 123, Cæsar Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad an. 46 num. 2 et ult.

*edicula
S. Berylli,*

*In Fastis
Latini.*

*quo tempore
constitutus
Episcopus?*

B Tauromenium divertit, atque tum maxime Sieula Ecclesiae, quæ Marciano et Pancratio auctoribus prima Christianae fidei semina excipiens spem fecerat feracitatis uberrimae, prospexit cre-

DE SANCTIS ROMANIS

a. n.

PHILEMONE ET DOMININO MARTYRIBUS IN ITALIA.

VIDE SYNAXA-

BREV. TOM. I

MART PAG 872

XXXI MART.

Cultus sacer.

*Martyrium
et Sarcophagus
Graecæ,*

Martyris

*T*ribulus Martyrologii Romani hos Martyres ita referunt: Eadem die sanctorum Martyrum Philemonis et Dominini. In Notis dicitur, de his item Graeci has die agere in Menologio, scilicet u Sirleto translato, et quidem primo loco, scilicet his paucis verbis: Ejusdem mense die xxi, Sanctorum Martyrum Philemonis et Domini. Cum hac soli summa verbis Latinis extarent, videbantur bona dereheta, et ad Carthaginem Spurteriam sunt super transmissa. Verum quia prima eorum mentio facta fuit ex Menologio Graecorum, in horum libris traduganda fuit ulterior notitia. In perpetuo autem MS. Synuario Graeco collegia Claramontani Sociensis Jesu Parisiis hoc illustre encionum habetur: Certamen sanctorum Martyrum Philemonis et Domini. Erant hi ex Iandatissima urbe Romana oriundi, qui temporibus persecutionis, peragrarunt Italiam, et ildem Christum predicarunt, et multos ex infidelibus a se ad fidem Christi conversos baptizarunt. Quapropter ab idolatriis cultoribus comprehensi sunt, ac Præsidi provincie traditi. Cum vero neque blanditiis fleterentur, neque donis corrumpi possent, sed Christum invorarent, et solum Deum esse predicearent; nulli in terram dejeicintur: et a quatuor lictoribus crudeliter ceduntur; dein in carcere intruduntur, ac denum gladio pereuisi martyrum consummarunt. Quæ plane eadem, sed phrasij Graeca hinc inde mutata, leguntur in Menologio excusis et MSS. Mazariensis, Chiffletiana, et alia, et apud Maximum Cythærum in Vitis Sanctorum: et aliquanto contractius in codice MS. Taurinensis Duciis Sabaudicis. Prolhra autem ad etymologiam nominis, ab amando sumpti, allusio est in eo, quo Menœtius excusa et MSS. Chiffletiana utuntur dictio.

Θηρεθίς Φιλέμων, καὶ Δομηνίκος τὸν φίλου Φίλετον επει ἔχει τὴν τορῆν ἀπαρχόσ.

Plexus Philemon capite, Domini facis Amicum, amare capitum absenti necem.

2 Die xxvi hujus mensis Martii, celebrantur in Me-

nologio iussu Basili Junioris Imperatoris, seculo Christi decimo collecto et huc elogio aliquanto ampliore exornatur: Et certamen sanctorum Martyrum Philemonis et Domini. Philemon et Dominus Christi Martyres, erant Roma oriundi. Sed temporibus persecutionis abeuntes in provinciam Italiam, prædicabant Christum, et multos ex infidelibus doctrina sua atque admonitione ab impostura idolorum converentes ad Domini nostri Jesu Christi filium, baptizabant. Quapropter cum in iram concitassem alios idolis servientes, comprehensi sunt et vixillis constricti, ac Præsidi provincie traditi. Quos cum vidisset Præses, primum quidem conabatur a fide Christiana abducere, proumissis honoribus et donis valde astimatis. Postmodum vero cum videret eos omnia nihil facere, et solum Christum invocare; vestibus exi mandavit, et extenli e quatuor partibus per terram, ac crudeliter cedi, ut vel sic cogerentur sacrificare idolis: sed neque hoc modo persuasit, Conclusi dem in carcere, quos inde extractos, atque iterum savissimis tormentis afflictos, capitulo abscessis, interemunt. Provincia seu regio Italica, interior pars sumitur, omissis Magna Graecia et Gallia Cisalpina.

3 Quia hæc monumenta Graeca aut non habentur, aut negliguntur, hi duo Martyres Hispanæ adscripti sunt in Chronico Psuedo-Dertri ad unum Christi 300 num. 8 Carthagine Spartiaria Philemon et Dominus Martyres. Quos Franciscus Biarius et Rodericus Carrus in Commentario Dertri assertum est, qui patria omissa referuntur in Martyrol. Romano et Menœt. Graeco hoc die. Tumans Salazar et elogium et Acta adjunxit, quæ, inquit, potuerunt compaginari, nec ad aliud potuit extendi exphrasis, cum neclam in antiquitatibus diversorio adsit locis: quem modo dedimus. De alio Dominino cum aliis sociis Thessalonice passo, agemus xxx Martii: quem frustra contendit Tatumus ab hoc non distinguunt.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

**SERAPIONE MONACHO, JOSEPHO, VOLUTIANO SEU
VOLUSO, PHILOCALO, GOTHIANO SEU COTIANO, BIONE,
NONNO SEU NOMINO, LUCIO, AMMONIO, PHILOCARPO
SEU POLYCARPO ET AMATORE,**

Synopsis historica.

§ I. *Sacer cultus horum martyrum in Fastis Sacris An S. Serapion Pater decem millium monachorum?*

XXI MART.

Memoria
in antiquiori-
bus fastis,

Unica Martyrum classis hoc die proponitur in antiquis apographis Martyrologii S. Hieronymi: quia in excuso ex MS. Corbienensis typis Parisiensibus ita habetur: xii Kal. April. In Alexandria, Serapionis monachi, Josephi, Volutiani, Philocali, Cotiani, Honis, Nonni, Luci, Ammoni, Philocarpi, Amatoris. In antiquo umographo Lucensi nomina sic exprimuntur: In Alexandria Serapionis monachi, Josephi, Volutiani, Philocali, Gotthi, Honis, Nonni, Luci, Ammoni, Philocarpi, Amatoris. In MS. Blumarino differentia nomina Chotini, Bonis, Nonni. Labet ex nostro MS. codice, quem habemus ante mille fere annos exaratum, eundem nomina ubi variam scriptio repetere. Ita namque legitur: In Alexandria Serapionis monachi, Josippi, Volusi, Filheali, Gotthi, Bonis, Nonni, Locri, Ammoni, Philocarpi, Amatoris. En ubique undecim nomina Martyrum corundem, hec diversim ade aliqua scripta. Septem sunt in MS. Tamuctensi: Serapionis, Josephi, Volutiani, Aminoni, Polycarpi, Amatoris, Filocali. Aliqua nomina repetuntur, et Volusii, ante Volutiani. In MS. antiqua caroubi Richenauensis prope Constantiam urbem Germanie septem prouferuntur his verbis: In Alexandria Serapionis, Josippi, Volusi, et Polycarpi, Luci, Ammoni, Amatoris. In MS. Augustano monasterii S. Uhultri sex memorantur: Alexandria Serapionis, Josippi, Volusiani, Polycarpi, Amatoris, Ammoni. Qui adim et eadem ordine leguntur in MS. Parisensi Lubet, ubi solum Ammoni, non Amoni scribitur. Et in his omnius nomen S. Benedicti in fine adiectum est, (quod tamen in MS. Lucensi praeservatur)

C ut vel inde eorum antiquitas cognosci possit. Omnes iterum referuntur in MS. Tamuctensi XXII Martii. Consule ibidem Prosternimus.

2 Tres primo loco relati, ita prouennit in MS. Rhinensis. In Alexandria Serapionis, Josippi, Volusi. Qui in MS. Corbienensi primo ritum loco ita scribuntur: In Alexandria Serapionis monachi, Josephi, Volutiani. In antiquo et accephalo codice Cardinalis Barberini tres alii primo etiam loco celebrantur: In Alexandria Serapionis monachi, Polycarpi, Amatoris. Idem trius, sed alius interpositus, referuntur in codice MS. monasterii S. Mazimini. Aquisgrauens memnat horum trius. Serapionis, Josephi, Amonis, Atrebatense, Tornacense et Latiane duorum SS. Serapionis monachi et Amatoris. Idem sunt in Coloneensi S. Mariæ ad Gradus, sed Serapion anachoreta dicitur. In MS. antiquo Regnum Sueciæ, quo plurimum usus est Lucas Holstenius in Autmadvensis in Martyrolog. Rom. In Alexandria Serapionis monachi et aliorum. At solus Serapionis nomen legitur in duplice MS. Vaticano ecclesiæ S. Petri, qui in MS. Divionensi Bedae adjuncto, anachoreta dicitur. Notkerus ita habet: Apud Alexandriam S. Serapionis monachi, Item Josephi, Volutiani, Philocali. Apud Hermannum Grecum præter Serapionem ab Usuardo relatum, ut postea

dicemus, adduuntur nonana Josephi et Ammonis. Ad et Beda ex eius: Eodem die B. Serapionis anachoretae. Rabanus: Eodem die depositio Serapionis monachii.

3 Et hoc de classe underim Martyrum, quos Alexandria pusios arbitratur in persecutio gentium Imperiorum. Primus omnium et reliquorum antestagnatus est S. Serapionis monachus, in omnius Martyrologiis relatus: in quo sanctum vere religionis fortorem et martyrit desiderare consideramus, quod in Magno Antoniu laudavit S. Athanasius in Vita ejus, ad xvii Januarii a nobis illustrata, ubi cap. xi illa leguntur: Cum persecutio impissima Maximini sauro vesano vastaret Ecclesiam, sanctis quoque Martyribus Alexandriani perduxit, relicto et ipse Antonius monasterio securus est futuras Christi victimas, dicens: Pergamus ad gloriosos Fratrum triumphos, ut aut ipsi congregiamur, aut spectemus alios præliaentes etc. Quidni inter hosce Fratres Martyres sint monachi intelligendi? Quales monachos Martyres alii dedimus. Secundus est Josephus, alius Josephus vel Josipps: tertius Volutianus, Volusianus, Volosianus Volutianus seu Volusus quartus variis scriptis. Philocalus, Filocalus; seu Filiculus: quintus Gotthinus seu Cotianus; sextus Bonis, Bonis, Honis: septimus Nonnus, Nonnus seu Nominus: octavus Lucius, Lurus, Locri; nonus Ammonius, Ammonius, Ammon, Amomus. Amonius: decimus Philocarpus, Filocarpus, Polycarpus: undevimus englem ubique scriptura Amator.

4 De Serapione variis aliqa encomia adjunxerunt, Usuardus dñs. Alexandriae B. Serapionis anachoretae, magnarum virtutum viri. Quæ de dicto monacho Martyre intelligi possunt, imo et debent; quia anachoretarum domicilium non erat Alexandria, sed palestra Martyrum. In MS. Floratio Sancotorum ita legitur: Alexandriae B. Serapionis anachoretae. Ille Pater decem millium monachorum fuit. Apud Manrolycum hoc cum elogio Usuardi connectuntur: plura addit Canonis in Martyrologio Germanico, desumptu ex libro 6 Histori Echl. Sozomensi cap. 28, ubi ista leguntur: Serapion prope Arsenoitem vitam egit, et monachis circa decem milibus præfuit: quos omnes sic instituit, ut propriis laboribus res necessarias tum pararent sibi, tum alis egenitibus suppeditarent. Tempore vero aestatis mercede conducti, solebant fruges demetere, inducti satis frumenti et sibi reponerant, et alii monachis impertiebantur. Eadem legitur apud Ruffinum in Vita Patrum lib. 2 cap. 18 et Palladini cap. 76. Priora ex Sozomeno referuntur a Cassiodoro in Historia tripartita lib. 8 cap. 1. Quo citato ista scribit Galesinus. Alexandriae S. Serapionis anachoretae, qui summa vir religione, objectione et contemptu seculi præclarus; spei, quæ in caducis rebus defigi solet, despiciens admirabilis; ratione vivendi et consuetudine, colesti homine digna singularis; ardenti divinarum rerum desiderio flagrans, attentissima precium assiduitate præstabilis, omni denique Christianæ pietatis virtute eximius, abiit ad Dominum. Hac Galesinus allegans in Notationibus

Serapion
monachus
et Martyr:fui Serapion
Armenotes
Pater 1100
monachorum:
F

Abus *Vitos Patrum et Historiam tripartitam*: sed simile elogium ibi non reperitur. *Q*uorsum adscribitur *Alexandri*, cum nomus seu regio *Arsenitorum* procul ab ea urbe distet? *An* ejus et aliorum forte aliquot sacerorum monachorum corpora eo delecta sunt, ut majori in veneratione essent? *Certe non de Martyre, neque de Episcopo, de quo infra, agunt ad hunc diem Menœ excusa et MSS. Chiffletuna, sed de monacho, patria Sidonio, in pace requiescenti: T̄h̄ αὐτὴν ἡμέραν οὐρανοῖς Σεραπίων διάπολος εἴη ἐπόκρητος τελεσθεῖται et hoc distichon accidunt.*

Δὲν πάντα χειρούν ἐνδέδειν Σεραπίων

Τίδες διδούσαι καὶ πανηγυριστῷ Κύριῳ.

Dans cuncta manibus pauperum Serapion
Tandem summet spiritum tradit Deo.

§ II. Alius Serapion Confessor Episcopus Thmœos.

Baronius ab his omnibus diversam sententiam ampliæ censet hoc die alium colit et in hodierno Martyrologio Romano ita legendum: *Alexandriæ beati Serapionis anachoreta et Episcopi Thmœos*, magnarum virtutum viri, qui Arianorum furore in exilium actus, migravit ad Dominum. In Notationibus ista habentur: *De eo Beda, Usuardus, Ado, et alii: (horum verba deditimus) licet eum tantum dicant anachoretam*. Verum insignem illum Serapionem ab Athanasio fuisse ordinatum Episcopum, constat ex epistola ejusdem Athanasii ad Dracontium. Ita est, constat monachum, eumque insignem, nomine Serapionem, ordinatum esse, sed non constat cumdem illum esse, quem decem Martyrum antesignanum statuunt antiqua Martyrologia S. Hieronymi et aliorum. Verba S. Athanasii sunt ista: *Nosti Serapionem monachum esse et quot monachorum Pra-fectum...* Memor es Ammonii cum Serapione peregre profecti... Poteris item resciscere... de aliis. Et tamen isti Episcopi constituti non contradixerunt, sed halentes pro exemplari Helisaem, et consueci quid Helias egerit, et erudit quid discipuli Christi Apostolique fecerint, suscepserunt hanc curam, neque ministerium hoc aspernati sunt, neque propterea seipsis deteriores facti sunt, sed et laboris mercedem expectant, proficiens ipsi alio-que proficere adhortantes. Quot ab idolis converterunt? quot a furiosa et dæmonica consuetudine suis admonitionibus compescuerunt? quot edduxerunt Christo servos? ideo ut qui ista signa conspicunt admirantur. An, queso, non ingens signum puellam inducere ut virgo maneat, et adolecentem adhuc ut sit continens, et idolelatrii ut agnoscat Dominum?

C multos ad fidem aut vitam sanctam convertit.

G Addit Baronius in dictis Notationibus: Extat de eo Alexandri Episcopi Thessalonice ad Athanasium epistola, quam intexit idem Athanasius in Apologia secunda: *ubi ista leguntur: Congratulor optimo*

Serapioni ita se sacriss moribus exornare satagenti, D et Patris memoriam laudabiliorē efficiunt. Consummatus est enim ille, ut alibi dicit Scriptura saera, et non mortuus est: reliquit enim vitæ suæ monumentum. Quo igitur nos affectu esse erga eum, qui ita virum memoria dignum in se conservat existimas; enī tu, Domine, et sacram ejus viri memoriam, et recentioris humanitatem cognitam habeas! Sed pergit Baroniūs: Ad hunc Serapionem extat epistola insignis ejusdem S. Athanasii adversus eos, qui mussitare incipiebant, Spiritum sanctum esse creaturem. Item commentarius de blasphemia in Spiritum sanctum et epistola alia de morte Arii et statu illius temporis. Prima et secunda epistola S. Athanasii ad Serapionem Episcopum inscribitur, 3 ad Serapionem fratrem et collegam. Nomen etiam Serapionis reperitur inter Episcopos Ægypti, qui interfuerunt Concilio Sardicensi, quem jam memoratum censem Baronius in Annalibus ad annum CCCXLVII num. xi.

E In unius locis jam citatis, non indicatur, cuius

loci Episcops fuerit, aut quod Arianorum furore in

exilium fuerit actus. Que duo ex S. Hieronymo videtur

prahari posse: si tamen de eodem Episcopo Sera-

pione ubique agotur. Hic ergo in libro de Scriptoribus

Ecclesiasticis cap. 99 ista tradit: Serapion Thmœos

Ægypti nrhe Episcopus, qui ob elegantiam ingenii,

cognomen Scholastici meruit, carus Antonio mona-

cho, edidit adversus Manichaum egregium librum,

et de Psalmorum titulus alium, et ad diversos utiles

epistolas: et sub Constantio Principe in confessione

inclusus fuit. Hanc idem Hieronymus in epistola ad

Magnum, Serapionem Confessorem appellat. Liber

Serapionis contra Manichæos, interpretate Francisco

Turriano Societatis Jesu extat editus a Camisio tomo 5

Lectionum antiquarum. De Thmœ urbe hac Ægypti

accurate disservimus iv Februario ad Vitam S. Plat-

tex, hujus urbis Episcopi et Martyris. Baronius cam

urbem in Notationibus collat in Scheti, induetus mata

lezione Epistola S. Germani Episcopi Capuani. Eum

hac censura corrigit Lucas Holstenius in Animadversus

ad Martyr. Rom. Extat huc relatio, inquit, inter

epistolas Pontificum post epistolam lxxii Hormisdæ

Punæ. Illa autem non de monachis Ægyptis agit,

sed de Scythis Europæis, qui Paternum Tomitanæ ci-

vitatis Episcopum accusabant, ut ibi recte editum

legitur. Erant autem Tomi Scythæ metropolis,

Ovidi exilio olim nobilitata. Hæc ibi. Quia S. Hier-

onymus curum Serapionem extitisse S. Antonio asserit,

hunc eundem arbitramur, cui Episcopo ibi con-

stituto narravit ille in monte positus, ea quæ in F

Ægypto loage gerebantur prævidens. uti num. 104

Itæ S. Antonii habetur. At que ejus confessio fuerit,

quando in exilium furore Arianorum actus est, ex alios

ibi adjunctis intelligi poterit.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRIÆ SUB CONSTANTIO IMP. PASSIS.

D. P.

Commentarius historicus.

Tribulorū Martyrologi Romani ad hunc xxii Martin ista habent: *Alexandriæ commemorationem sanctorum Martyrum, qui sub Constantio Imperatore et Praefecto Philagrio, irruentibus Arianiis et Gentilibus, in ecclesia in die Parasceves easi sunt. Mota est persecutio occasione S. Athanasii in Sedem Alexandrinam restituti, et auctor ingratis latitatis qua exstulabunt omnes Orthodoxi Christiani Ecclesiarum Alexandriae et provinciarum reliquarum, que isti Sedi erant subjecti, S. Athanasius primario ab hos-*

Opes n.
S. Athanasio
scripta:

tibus petebatur. Sed is divina protectione suffusus, clau-

culo se subduxit, et totam illam tempstutem exacte mor-

descripsit in epistola encyclica, quam ad universos Or-

thodoxos mox direxit. Extat eu epistola tomo primo ope-

rum utraque lingua, Graeca, qua scripta, et Latini,

Petro Naumo interprete: quam integrum Annalibus

Ecclesiastis inscriptum ad annum ccviii Cardinalis

Baronius. Multa idem Athanasius inscripsit Apologie

secundi, et Vite S. Antonii se scriptæ, quod hic bien-

nte ante hanc afflictionem prævidisset. Vocatur num. 103

lamentabilis

A lamentabilis visio et omni lacrymabili fonte plangenda : *qua exposita additur* : Nec mora : visionem sequitur effectus : nam post duos annos sœva Arianaorum irrupt insania. Tunc ecclesiarum rapina, tunc divinorum temeratio vasorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria, tunc Paganorum opificum præsidia adversus Christum comparata. Cum assumptione palcarum (quod idolatriæ apud Alexandriam insigne est) ad ecclesiam pergere compellebantur Christiani, ut Arianorum populi crederentur. Pro scelus! horret animus reprehicare quæ gesta sunt : Virginum matronarumque ereptus pudor; sanguis ovum Christi, in Christi templo effusus veranda respersit altaria; baptisterium pro voluntate Gentium pollutum est etc.

anno 341

ob Ariani
creatum
Episcopum
Gregorium
Cappadocem

Philagrius
Præses
inductus :

Virginibus
vis inferitur.

B riu Cappadocem: cuius introitus in Alexandriam, inquit Athanasius in epistola encyclica, quam multa nefaria perpetraverit, quantorumque malorum auctor extiterit, licebit vobis ex litteris nostris et ab istuc proflecentibus resciscere. Populis ergo graviter serenibus istarum rerum insidentiam, illeque in ecclesiis cœtus facientibus, ne Arianorum perfidia Ecclesiæ fidei admiseretur; Philagrius jam olim in ecclesiæ et Virginis injuriis, perditus Praefectus Ægypti, olim transfuga nostra religionis, Gregorii conterraneus, homo nequaquam spectatis moribus, fretus magistratus sui auctoritate, præsidioque ad quidvis audendum promptus, atque apostata, in Ecclesiam infestus et preecepis Ethnicas tribus, Judeos item et alios protervos humines adhortationibus magnisque promissis, quæ secundum opera peracta bene persolvit, adversus Ecclesiam instigatos, cunctum cum gladiis et fustibus contra populos in ecclesiæ nuntiavit... Flammæ et ecclesiæ et baptisteriis sunt injectæ. Magnus igitur luctus, ejulatus et planctus per civitatem. Cives ea, quæ augebantur, indigne ferre : occlamare Præsidi, vim protestari, eo quod Virginis sanctæ et incontaminatae nudatis corporibus nefaria patarentur, insidemque si contumacius obserterent periculum capitis iugeneretur : monachi pedibus obruti expirarent, ali⁹ fisco addicerentur, ali⁹

gladiis fustibusque mactarentur, alii vulneribus plausque male multati discederent.

D 3 In sacrosanctam autem mensam pro quanta impietas et facinora immissa. Vidisses enim eos aves atque nocturnæ pineas immolare, idola sua laudib[us] efferre : in Dominum nostrum Salvatorem Jesum Christum et Filium Dei viventis convicia verborumque contumelias jacere : sacros Scripturarum libros, quos in ecclesiis inveniebant, comburere : in sacrum baptisterium, pro Superi! Christicidas Judeos et atheos Ethnicos nulla cum reverentia ingressos, eam verborum factorumque turpitudinem nudatis corporibus designare, ut pudendum abominandumque sit relatu. Nec defuere impii homines, omnes acerbissimorum persecutorum, qui Virgines continentesque injectis manibus traherent, raptarent, et ad blasphemiam Dominique abnegationem compellerent, eosque qui id facere recusarent, conciderent pedibusque obtulerent... In Summa magna ubique in Ecclesia depulatio et plurima mortis imago.

E 4 Non tam ad ista impii Arianiullo pudore commovebuntur, quin tetrica adhuc atrocioraque accumulaverent. Vidisses enim Presbyteros et laicos in jus trahi : Virgines a cœtu suo divulsas, ad tribunal Præsibilis raptari et in carcerem conjici : alios fisco addici : alios flagellis cædi : panibus sacrificiorum ministrii et Virginibus interdicci. Haec autem sub Pascha in sacra Quadragesima acta sunt, per quod tempus jejuniis dediti erant... Certe ipsa die Parascevesegregius ille Gregorius ingressus in quādam ecclesiam cum Duce et Præside Ethnicorum populorum, intellecto hominum odio, quo illius violentum introitum aversabantur, auctorem consnasoremque se præbuit crudelissimo Præsidi, ut eadem hora triginta quatuor Virgines et matronæ, item viri ingenui, publice flagellis cæderentur, et in vincula conjicerentur : inter quos Virginem quādram studiosam litterarum, et adhuc Psalterium manu retineantem, publice flagellari jussit : ereptus Virginis a carnificibus liber, ipsa autem post flagra in carcerem reclusa est.

F 5 His autem ad istum modum patratis, nec in reliquum tempus otium egere : quippe qui in illa alia ecclesia, in qua ego podissimum per eos dies commorabar, eadem prorsus molientes, furore ipsorum etiam in templum immisso, nihil non egere, ut ibi me interceptum de medio tollerent. Nec aliter evenisset, nisi gratiam Christi propitiari auxiliaremque mihi expertis foissem unde ita elapsi mihi licuit paucula ista ex innumeris mala recensere.

contumelias
Christus et
res sacra.

affiguntur,
et traduci
in Quadrage-
simæ.

et d' e
Parasceves.

5. Athanasius
elap us
ista scriptit.

G. II.

DE SS. FORTUNATO ET JOANNE MARTYRIBUS IN AFRICA.

xxi MART.

Inter illustria et perpetuata Martyrologia, quæ Romæ anno MDLXI descripsimus duo reperimus in bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Francisi Barberini, horum alterum accephalum incipit ab Iribus Martii, scriptum in Ayounensi monasterio, ut ex die 22 Septembris colligimus. Hunc alterum prefingatur, quod ab mense Januario deductum ad Nonas Maii. In hoc Martyrologio ad usum Cluniacensis vel Jotrensis monasterii, ubi S. Pauli prima Eremitæ reliqua hanorantur, conscripto, ad diem XII Kalendas Aprilis ista

leguntur : In Casino monte S. Benedicti Abbatis. In Africa SS. Fortunati, Joannis. Suspicimur horum corpora ex Africa in Galliam translata fuisse, et forsitan ad illud monasterium, qd quod spectavit Martyrologium. Deditus XII Martii Joannem cum XLIV innominalis sociis : quos Africæ adscriptos diximus in antiquoribus Martyrologiis. Deditus etiam Fortunatos Martyres in Africa die IX, XVII, XIX et XXVII Januarii. Sed usquam Joanni adjunctum : quare hos, ut reperimus, lectori proponimus.

G. II.
ANNO AD
PAP. 16

SECULO V.
XXI MART.

DE S. JUSTIANO ET JUSTINIANO EPISCOPO VERCELLENSI IN ITALIA.

Episcopum hunc Sancti titulo honorant, qui Catalogos Episcoporum Vercellensium ediderat, quorum primus censeri potest Joannes Stephanus Ferrerius Episcopus Vercellensis, qui cum vii Episcopum statuit his verbis: S. Justianus sive Justinianus, ut in codice manuscripto bibliothecæ Vaticanæ legitur, Episcopus in Concilio Mediolanensi sub Eusebio Archiepiscopo anno Domini ccclvi, contra Eutychianam heresim habito clarus. Quæ eadem mutata parum phrosi leguntur opus Ferdinandum Ughettum, tomo 4 Italæ sacræ, et Franciscum Augustinum ab Ecclesia Episcopum Salutarum in Historia Chronologica Præmontana regionis cap. 10. Ex-

tat epistola Synodi Concilii Mediolanensis ad S. Leonem Papam, inter huius epistolas numero 52 relata, in qua ita subscripta hic Episcopus: Ego Justinianus Episcopus Ecclesie Vercellensis in omnia supra scripta consensit et subscripsi, anathema dicens his, qui de Incarnationis Domitiae sacramento impia senserunt. Philippus Ferrarius, in Catalogo generali Sanctorum, quem Professor in Ticinensi gymnasio scripsit, ad xxi Martii, ita habet: Vercellis S. Justiani Episcopi ejusdem urbis. In Notis addit, ex monumentis Ecclesie Vercellensis, illum in Litaniis ut Sanc tum invocari.

G. II.

DE S. LUPICINO ABBATE JURENSIS MONASTERII IN BURGUNDIA, Commentarius prævius.

B

E

CIRCA ANNUM
CCCCXXX.

LXI MART.
Avid S. quoniam
du Burgundia.

Quod apud antiquos Sequanos in illa parte, qua hoc tempore a Bressia et Beugria separatur Comitatus Burgundia, visitnr celeberrimum S. Claudi monasterium, eique adjunctum oppidum, ebet primam suam originem S. Romano, ejusque fratri S. Lupicino, atque utrinque successori S. Eugenio, quo ibidem sepulto, coptum appellari monasterium S. Eugenii: cum ante Condadiscone, Condadisense, Condadescense seu l'ondatiscense appellaretur, in eum momentis Jur. extrectum. Res gestas horum trium antiquorum sanctorum Abbatum scripsit unus idemque auctor, monachus Condadescensis eugenius, ita in Præfatione testatus: Igitur ineruili cordis verecundiam rumpens, trium vobis Abbatum Jurensium Vitam, id est, sanctorum Patrum Romani, Lupicini, Augendi, pro supradictis panibus trinifer relator apponit. Ex hisce ultimus S. Eugendus, colitur prima die Januarii, et primus, scilicet S. Romanus, suam habet reverentiam ultimo die Februario: at medius S. Lupicinus, natalm habet hunc diem xxi Martii: cuius verum gestorum prior pars continetur in Vita S. Romani fratribus senioris: cum quo intra Galliam Sequanorum oriundus fuisse dicitur monstrari: quod factum fuisse circa annum Christi quadragesimum ibidem docimus.

C
cum fratre
evo S. Romano

2 Ante S. Romanum, ut in Vita refertur cap. 1, nullus omnino monachorum intra Galliam Sequanorum, religionis obtenuit, aut solitarium aut consortialis observantias sectatus est vitam... Viderat namque priusquam religionis professionem arriperet, quemdam venerabilem virum, Sabinum nomine, Lugdunensis Interannis Abbatem, ejusque strenua instituta et monachorum illius vita... Librum etiam Vitæ sanctorum Patrum, eximiasque institutiones Albatum, omni elegancia ac misu, aut supplicando elicit aut potius est comparando. Cum ergo in supradicto loco multo jau tempore, prisci imitator Antonii, Romanus vita feneretur Angelica, ac præter cœlestem intuitum, nullo nisi ferarum ac raro venantium frueretur aspectu; venerabilis germanus ipsius Lupicinus, postmodum scribendus Abba, cum esset eadem germanitate minor, sed non impar postmodum sanctitate, per visionem nocte a fratre communitatis, relicta ob amorem Christi sorore vel matre, tugurium fraternalum professionemque ardenter expetiuit: futurum prorul dubio, quod rei postea probavit eventus, ut in nidulo illo, hoc est, secreto ere-

mi, tamquam par torturum vel duo pulli columbarum, spiritalem sobolem, divini scilicet verbi inspiratione conceptam, monasterii ecclesiæque Christi casta parturitione diffunderent.

3 Narratur deinde variorum ad vitam monasticam afflatus, et domicili proprii novarumque circumquaque ædificiis oratione constructio, ac deinde ista subdivisa: In illo fonte, unde institutionum derivavit sunt rivuli, vetusta quidem sed purior semper recentiorque extitit institutio magistrorum. Ambò etenim Patres mutua necessariaque semet præbant regendi gubernandique solertia. Nam ut B. Romanus piissimus circa omnes et tranquillissimus erat; ita iste ut in corrigendis, regendisque ceteris, etiam in semet seniorior existebat. Romanus inexpectata venia ledentibus pronus indulxit: iste, ne iterata lenitate delinqueretur, vehementissime increpavit. Romanus tantum abstinentiae imponens Fratribus, quantum voluntas animi posse dictabat: Lupicinus vero formam sese in omnibus offenserens, possibilia cuique cum Dei adjutorio refellere non sinebat.

4 Hæc Acta indicantur, antequam S. Romanus a S. Hilario Episcopo Arelatense ordinatus fuit Sacerdos: quo clavis ostendimus contigisse anno Christi cccxli. Alaud postea Lauconii in vicina planarie extrectum est monasterium. In istroque, ut dicitur cap. 2. monasterio ambo Præsules erant. Pater tam Lupicinus in Lauconio peculiarius ac liberius versabatur, adeo ut post beatissimi Romani obitum usque centum quinquaginta illuc propria disciplina imbutos relinqueret Fratres. Hæc ibi. Obitum autem S. Romani referendum duximus ad annum Christi cccclix aut proxime præcedentes. At S. Lupicinus, ut infra num. 12 indicatur, cum eum longæva tempora senecta quoque atque inequitas gemino labore pulsarent.... migravit ad Christum, ut videntur annos octoginta aut plures explesse, et circa annum Christi cccclxx aut proxime sequentes vita functus. Post eni obitum, cum S. Eugendus Abbas esset, monasticam vitam auspicas est auctor Vita harum trium Abbatum, ut qui infra in vita S. Lupicini allegat testimoniu S. Eugendi et aliorum Seniorum, qui sub Lupicina vixerant. Vitam utriusque Sancti Romani, et Lupicini scripsit etiam S. Gregorius Turonensis lib. de Sitis Patrum, quam post alteram Vitam S. Romani editimus xxviii Februario, pag. 746 et sequente. Eam-

Novis erectis
edibus.

monet
institutio
purior arid
hos Santos.

F
S. Lupicinus
præc. 150
monachis

mortuus circa
an. 480,

VITAM
MONASTICAM
AMPLECTITUR
S. LUPICINUS,

Adem describunt recentiores, *Gononius in Vitis Patrum Occidentis lib. 2 cap. 1, Simon Martinus in Floribus Solitudinis, Sausaivs in Martyrologio Gallicano et passim alii.*

3 *Memoria S. Lupicini Confessoris inscripta est ad xxi Martii, antiquo MS. Martyrologio Casueni. Consentaneum MSS. Corbieense, Coloneense S. Marie ad Gradus, et alia. Usuardus hoc eum elogio exornat: In territorio Lugdunensi S. Lupicini Abbatis, cuius vita sanctitatis et miraculorum gloria sunt illustris. Eadem leguntur apud Bedam excusum, Bellinum, Maurotyicum, et alios, uti et in Martyrologio hodiernum Romano, Ado agellat Abbatem Jurensium, additique: Corpus ejus in aliis Vesontionum apud Lanconensem monasteriis celebratur. Et namque monasteriorum in diocesi Archiepiscopatus Lugdunensis, huc minus distet a Vesontine Sequanorum metropoli: insatis propinquum est urbs Episcopali Generensi. Notkerus longo cum encomio exornat, Atuoldas H'ion Mortyrologio suo Benedictino euendum inscriptus, elogio desumpto ex Adone. Sequuntur Dorganus, Menardus, et Bucelinus. Uique dictum suum probari posse ostenderet Wion, voluit S. Romanum fratrem ejus senorem, floruisse circa annum Domini mlxiv, at Bucelinus clarnisse anno dlvx, quem certis characteribus*

Bostendimus anno cccxlii Sacerdotem consecratum, ac circa annum ccclx aut etiam citius et vivis erupit. Pezelare faciunt tamen Benedictini hodie cur, dum Sanctos istos venerantur, qui virtutem et miraculorum gloria floruerunt in iis monasteriis, quae postea Regulam S. Benedicti suscepserunt.

VITA

Auctore monacho Condatesc. coevo,
ex MS. codice ejusdem canobii eruta a Petro
Franc. Chiffletto S. J.

CAPUT I.

S. Lupicini arduus vivendi modus. Triticum divinitus non immunitum. Sanitas agro redditia.

Pollitionis nostrae debito tertia ex parte, opitulante Domino, iam soluto, restat nunc, carissimi Fratres, ut caritatis vestre suffragio, praefationis nostra syngraphata, saltem paupertini marupii satisfactione solvanus. Quia quoadusque nos cautele debere cognoscimus, procul dubio a scientia convenienti rite retinemur obozzi. Quia ergo de conversatione atque exercitiis beatissimi Lupicini Abbatis superiori libello, eti non est merito inculeter, certe ex voto fideliter simpliciterque, meminimus aliqua nos dixisse; nunc vero, que sint illa, quae post obitum sancti Successoris sui gesserit, memoria suggestere tangamus: ac primum qualis ei fuerit in vestitu vilitas, parcimoniam viet; post singularem ejus atque inimitabilem in religione serietatem panderamus.

2 Igitur ac arcenda gelidissimi loci frigora, vel lasciviant corporis conterdam, pollicea semper pilosaque usus est tunica: que tamen humilitatis causa de diversis quadrupedum cooptata vel assuta petriculis, non solam informis atque hispida, verum etiam quadrum erat vilitatis varietate turpata. Cuculla vero adeque vilissima, que tantum arceret indicem, non tamen quae posset loci, ut diximus, frigora utiliter retundere. Calceamento namque tantummodum usus est, cum pro aliquibus forsitan ad Constatinum intercessurus egressus est. In monasterio vero, etiam si prolixius egressus est ad culturam, lignea tantum sola, que vulgos voces monasteria vocitant Gallicana, continuato potius est usu. Lecturam vero

aut lectum numquam habuisse perlibetur in usum: communiori namque temperie, expleta vespertina **D**lectus, synaxi, ut ceteri in lectulis quieturi, ita iste in oratorium meditaturus potius, quam repausaturus intravit: tantum illic sonni participans, quantum e solo post orationem assurgent, supra formulam conquescenti, potuit natura furari. Si vero vis frigoris sese ingessisset auctorior, habebat ad propriæ statutæ mensuram in modum cunæ decorticatam ex robore ruseam, atque utriusque capiti ex eadem cortice assuta clusoria: hac patula ad prunas secrete diuine tosta, aut inibi participato aliquantis per tempore, queivit, aut calefactam illico sub ascella in oratorium quieturus attraxit. In jejunis vero ac vigilis tam prieponens fuit, ut Orientalium Ægyptiorumque virtutem natura vinceret Gallicana. Nam eum nullus, in Condateseusi præsertim canobio, hodie usque in Christi nomine, de animali quidquam exceptis lactibus, aut de alibuis præter ova, infirmans dumtaxat, audeat degustare; iste tamen stetissime ne stillam quidem olei aut lactis puliculæ saltem sua permisit infundi. Vinnum enim a monachali professione numquam coactus est vel leniter prelibare: nam et aqua ipsa octo circiter annis ante transitum, ne utrumque gustaret, abstinuit. Si vero astivis temporibus imminentे refectionis hora, vis quoque sitis stomachum atque arida membra pulsasset austerior, panem tantummodo communatum, atque in paropside aqua frigida madefactum, pro reliquo cibo edebat ad cochlear. Majora replacere, que gessit in abstinentia, nisi nossem inimicitia Gallis fore, quæ quondam traditur peregrisse: ne incongrua quis secutus exempla, ea fortasse gestat imitari, quæ pro dispensatione gratiae non omnibus, sed aliquibus, sunt divino beneficio distributa.

3 Interim de mirabilibus nunc dicamus. Quodam namque tempore cum enormis congregatio, atque expetentium secularium multitudo, jam jaunque inimicente penuria faunis, periculo conturbaret economum, ac preter dierum quindecim victimum trienstre tempus, donec seges nova succurreret, penitus nihil haberet; quinque secum ascitis senioribus sanctum Patrem Lupicinum debiliter conveniens, mox omnes secum perituros impia contestatur. Ille vero intrepide fuisse in Domino, atque animum cordisque oculos ad panem illum vivum, qui de cœlo descendit, attolens: Venite, inquit, Filio, spicarium hoc nostrum, in quo exiguntas manipulorum superest, intrantes, oreinus: et nos enim, relictis orbibus audituri in deserto, sequimur Salvatorem. Cumque ingressus Pater multumque prostratus, orasset, seseque postmodum in genibus tantummodo sublevans, extensis quoque manibus oculos supplices erexit ad eolum; in excessu quodam complens orationem, ait: Omnipotens Domine, qui per sanum Eliam, nec hydram farinæ, nec vas olei usque in diem pluvia vidue quondam mystice immuni præmisisti; tu hanc Ecclesiam, quæ jam, relictis typis, a Jesu Christo Pilio tuo, Sponso perenni defunditur, sicut satiate verbis, ita saturitate refice panis, ac donec imbre fructuum potiamur novorum, spicarium hoc nostrum noui patiaris tritici ubertate defere. Cumque Fratres respondissent, Amen; conversus ille ad economum, ait: Execuite nunc, quæ Dominus benedixit. Ille enim respondens fidei Divinitas infit: Manducabunt et supererit. Testabatur etiam, qui tunc in pueritia interfuit beatae indolis Eugenius Abba, omnesque Seniores, qui cum eodem id factum meminerunt, atque ex eadem fuerant benedictione satiati, numquam se alimoniam ipsam executiendo vincere potuisse, nisi eadem acervis novae segetis advenientis, quodam redintegrationis circulo

cultor
21 Martii

eram in
Martyrologio
Benedicti toni,

Dicla in Vita
S. Romani
omittuntur.

S. Lupicini
tunica,

cuculla,

tacei,

abstinencia
neu imitanda.

oratione ejus
tritacum, non
reficit:

A circulo insertis, nova veteribus miscuissent: atque ita Dei homo, et fraternam et secularium multitudinem, fide fidens, famis periculo liberavit.

*monachus ex
nimia inedia
semivorus.*

4 Erat inibi eodem tempore monachus quidam, qui praegrandis abstinentiae rigore ita corpusculum suum quadam sebredine contractum, et marie nimia reddiderat semivivum, ut in modum paralyseos astrictus, nec spinam erigere, nec gressum regere, nec brachia ad usus proprios colligere posset aut tenere, ut praeter tenuem anhelitum in corpore reservatum jani pene creuleres migrasse superstitem: si quidem septimana circiter vertebatur annorum, ex quo nihil prater mensuram monachalium micas, diligenter post refectionem Fratrum peniculo conscopatas, atque aqua modica maledictas elebant invespere. Illic beatus Pater consilio salutari succurrens, ita medicabilis quadam elegantia dicitur subvenisse, ut non tamen abstiniam viri nimiam aut reprehendere saltem aut notare forsitan videretur. Die igitur quadam cum Fratres ad agriculturam nescio quid operaturi existent, atque omne monasterium secretum penitus haberetur: Veni, ait Abbas ille ad Fratrem, et ubi humerisque impositis meis, fraternum intremus hortellum: diu est enim quo gravissimo tabo astrictus, nec a sole contingeris,

B nec qualiacumque virentia exiguo saltet carpis aspectu. Cumque expansis in terra vervecum pellibus, ad vexisset quoque inter eas membra torpenta; extendit se pariter juxta Fratrem et quasi et ipse quadam simili languore constrictus caput nunc brachia vicissim, nunc quoque alternis vicibus pedes, nunc etiam resupinus, et crebro in utroque latere revolutus, spinam deletabili conversione corrigeret, et inter haec ut seriate nimia persuaderet, addebat senior: Deus bone qualiter confortatus, qualiter sum reparatus ad horam. Veni, ait, Frater et temet luc illaque pro sanitatis remedio similis alternatione convertim. Cumque tortum exhaustumque corpusculum velut perunctor quidam, in diversa extensis, ac sigillatim membra perlevigans, contactu salubri contingere; copit Frater ille semiviva interim, sed jam recta in officium hominis, membra porrigit. Currens igitur ad oecomonum Pater, ac cellariolum ingressus, subtiliora quoque fragmina panis vino maledacta permiseens, nec non et reliquam escam olei pinguedine profusiore infectam, in hortellum exhibens, ait: Veni, dulcissime Frater, et voluntatis propriae rigore seposito, si forte tu det imperium, saltet non frangat exemplum. Quod me facturum, inquit, videbis, prouidit dubio ex obedientia.

*et multis
modis fatus.*

C tia, irretractabili unique discussione, judicio facturus es regulari. Cumque ad fraternum latius collecta oratione sedisset, refecit membra, nimia severitate torpenta: immo sustentans, erexit fraternum asellum, sub onere succumbentem in via, et hymno dicto refectum reverbit in cubile. Sequenti namque die reducto in hortulum cum humanitate solita impedit etiam studium pridianum. Cumque et tertio demum die, non jam alienis viribus, sed propriis tantummodo nitens sustentatus incederet, parat senior truncatum levi sareculo lignum et secum docet, nunc stantem, nunc quoque jacentem, aut rastro aut digitis oleribus arva laxare. Qui multis morer! Intra unam circiter ogloadein ita vanitatis vivificatione seposita jam jamque sepellendum reddidit vivum, ut per annos multos et virtutis et caritatis ejus testimonio superstes atque efficax vixerit Frater. Itaque perspicuo divinique exemplo perducit neminem in arrepto proposito ardua dextra, aut proelvia levare, sed medianam viam regiae debere incedere disciplinam. Illic namque Fratri, meritorum gratia astipulante, divina largitate concessum est, ut si quis agrotans lectulo ipsius fuissest impositus; ex-

plosa omni inaequalitate confessim sanitatis pristine D commodis redderetur. Ego etiam multos adhuc puerulus ex his Fratribus vidi, qui id et visu in aliis et in semet experientia cereberrime comprobavunt. Conjectat igitur quisque de meritis viri nihil taceri, cum quod verba non explicant facta conclament.

*AUCTORE
NOVACIO
COEVO.*

CAPUT II.

Monachii a fuga concepta, aut etiam peracta serrati.

D e vigiliis ergo jam nunc beatissimi Patris dicimus. Quadam namque vice dum incerta omnibus locis ejus quiete, ubique pervigilat, nocte duo quidam Fratres, unito exinde sese asportaturi consilio, oratorium ex condito, quasi oratori et quadammodo valedicturi, intrantes, mutuo semet post orationem silentio communabant, dicentes: Tu, inquit unus, exinde meum sarculum ae securem at ego ex lectulo cautus sagillum tuum extraham vel cunctillam, ut in loco illo atque illo, convasatis omnibus et extractis, mutuo conjungamur adventu. Cumque arcuibus tenelvis per Christi tamen famulum liceret Divina potentia, sentiretque Pater, praeordinatis omnibus, jam jamque promoveri e Paradisi limite gressum; tum vero senior ex angulo: Quatenus, inquit, o filoli, orationem jam mihi abituri dedistis, pacem discessuri subtrahere non debetis. Rungit illuc infelices, quasi coram Judice perituri: et trahentes longa ex imo cordis suspria, flagelli sibi viscera profundis genitibus et crebris singultibus testabantur. Ille vero nominatum ac sensim, extensa manu, apprehensoque singulari mento, lenissima palpatione deusculans, et nihil ultra sermocinationis adjiciens complicatis genibus, orationis arma paterna pietate corripuit. Tum vero divinitus nequam satellite ex animo proturbato, Fratres illi cerebro sibimet pertorta conlosque cum oratione atque invocatione Christi notiori consignantes, timidi ac trepidi redeunt ad embile, tanto metu ac pudore concussi, ut nec alterutra collectione quae sibi acciderant, amplerent proloqui vel mutare: hoc solummodo confidentes, quod possent habere de reatu veniam, quos taliter confusione propria paternas pietas senserat verherari, Jesum Christum testem invovo, qui nos passione sua redemptos non sicut iterata hostili personatione perire: quod ita rem gestam pro emundationis compunctione texit silentio Pater, ut post viginti fere annos, iam uno ex ipsis migrato ad Christum, *Id post annos
20.* attestificante et presente quoque superstite cantioris exempli gratia, congregatione omni idem retulit Pater, et gaudis misericordia merores, cunctis in communione Fratribus predicahat. Videtis, inquit, o filoli, quam latentibus ac subdolis rebus Christi famulos prostertere conetur hostis antiquus, et ecce prestante misericordia Redemptor permisit qualem servos suos ad horam pro sensuum qualitate teutari, sed extenta miserationis sue dextera non passus est turbantes a seductore vorari. En, inquit, unus sarcina carnis allecta, Paradisi premia parata potitur: at vero alter noluscum, ne cernitis, exultans de Christi miseratione congaudet. Perspicite namque, quod non affectus rei tantummodo sed effectus potius pensetur in culpam; et nec totum, quod male disponitur in reatum, sed quod pessime perficitur, taxetur in noxam. Stans ergo unusquisque vestrum vereatur semper, juxta Apostoli sententiam, casum, rursusque fragilitatis errore collapsus, propheticus consurgat oraculo. Quid enim tunc lucri atque emolumenti quaesieram, si definitiorem eorum pro se veritatis destructione publicans, vereundus ac trepidus in congrua asperitate molitassem? Hoc revera solummodo, quod vereundia impellente, post pau-

*Duo monachi
violentis
nocte fugere,*

*ejus verbo
servantur;*

E

*altero horum
mortuus ad
cautiam ab
eo refertur,*

*ad post annos
20.*

*sanctuarem
recipit,*

*lodita
adhortatione:*

cos

AUCTORE
MONACHO
COEVO.

PETRUS : Placeat quod dicas, sed quæso respondeas, si deserere Fratres debuit, quos semel suscepit? GREGORIUS : Ut ego, Petre, existimo, illi admitti aquanius imiter portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adjungentur, boni. Nam ubi omnimodo de bonis fructus deest, fit aliquando de malis labori vacuus : maxime si e vicino causa suppetant, quæ fructum Dei facere valeant nichorem. Vir itaque sanctus, propter quem custodiendum staret, qui omnes unanimiter se perseguentes cerneret? Et sepe agitur in animo perfectorum, quod silentio præterennundum non est : quia cum labore sumo sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius Predator, qui disservi cupit et cum Christo esse, cui vivere Christus est et mori lucrum, qui passionum certamina non solum ipse appetit sed ad toleranda hac et alias accedit; Damasci persecutionem passus, ut posset evadere, murum, funem, sponte tamquam quæsivit, seque latenter deponi voluit. Numquid non Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Jesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse consiperet et gravem laborem, ad laborem se alibi cum fructu servavit. Fortis etenim predicator Dei teneri intra claustra soluit, certaminis campum quæsivit. Unde idem quoque venerabilis Benedictus, si libenter audis, citius agnosceris, quia non tantos ipse indociles deseruit, quantes in locis aliis a morte anime suscitavit. PETRUS : Ita esse ut doceas, et manifestatio et prolatum congruum testimonium declarat.

E
ministerium
suscepit
tute potuit
deserere.

F

C intelligit protinus vir Dei, quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit signum vitae : atque illico surgens, vultu placido, mente tranquilla, convocatos Fratres allocutus est, dicens : Misereatur vestri Fratres, omnipotens Deus : quare in me ista facere voluistis? Numquid non prius dixi vobis, quia vestris ac moribus minime conveniret? Ite, et juxta vestros mores Parente vobis quarete : quia posthac me habere minime potestis. Tuncque ad locum dilecta solitudinis rediit, et solus in superni spectatoris oculis habitavit secum. PETRUS : Minus patenter intelligo quidnam sit, habitavit secum. GREGORIUS : Si sanctus vir contra se unanimiter con-

exempla
S. Faust
Di nasco
fugientis ad
menores
fructus.

inter urticulas
et vespere
nudus
volutatus.

liberetur in
perpetuum :

Num. 2

multos accipit
discipulos :

curam
monasterii
vici et invitus
suscepit :

a dissolutis
monachis
non toleratur :

k

signo Crucis
vas in quo
venenum
era, fractum :

discedit :

halucinat, quod portare non potuit signum vitae : atque illico surgens, vultu placido, mente tranquilla, convocatos Fratres allocutus est, dicens : Misereatur vestri Fratres, omnipotens Deus : quare in me ista facere voluistis? Numquid non prius dixi vobis, quia vestris ac moribus minime conveniret? Ite, et juxta vestros mores Parente vobis quarete : quia posthac me habere minime potestis. Tuncque ad locum dilecta solitudinis rediit, et solus in superni spectatoris oculis habitavit secum. PETRUS : Minus patenter intelligo quidnam sit, habitavit secum. GREGORIUS : Si sanctus vir contra se unanimiter con-

Sed

AUCTORE
S. GREGO.
MAGNO.

A Sed quæso, ut de vita tanti Patris ad narrationis ordinem redeas.

a Nursia urbi Episcopalis Embriz Orientalis, ejusque proxima
ca seu diao contermina est Piceno seu Marchia Inconitina,
et Iapulu provincia regni Neapolitanae — b Constantinus for-
tuit obiisse anno 510. — c Valentianus traditur a S. Brendelio
delectus primus Abbas caravoi Lateranensis: epis. frater infra
num 25, reut ad eum et S. Brendelum. — d Simplicius suc-
cessor Constantini. Ita ultimisque corporis urectione usque in
tructu Petri Diaconi agetur. e Sublaenus scilicet, de qua
mor agitur. — f Iulii Eusebi, et Enside, Bucellius explicit au-
toletiam in arce, sed ea praecit inde ea Apuleio externe vita
est. g Sublaeus in Latio, nunc Campania Romana ad 4me-
num fluvium, inter Tibur et Soram. — h S. Bonum quis cultur 22.
Man. — i S. Franezelus, ut tradidit Sublaenus est, in has-
spinis inservit rosas, quarem frondes vernant in plurimo tota
hierme inter sefigra el nies filz ex eius etiam uqua coacta,
qui solet ad Reges et Principes mitti — k Tortillatio in MSS. editi-
cula, resoluta, Grace upud Zachariam ut p[ro]p[ter]et seq. Male passim
exsum, fortudo.

CAPUT II.

Monasteria xu extrectu, dæmon fugatus, fons elicitus : alia miraculu. Discessus Sublaco Casinum.

12 Monasteria
excavat.

GREGORIUS : Cum sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus signisque succresceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei sunt servitium congregati: ita ut illic duodecim monasteria cum omnipotentis Iesu Christi Domini opitulatione construeret, in quibus statutis Patribus duodenos monachos deputavit, paucos vero serum retinuit, quos adhuc in sua presentia aptius erudiri iudicavit. Cepero etiam tunc ad eum Romanie urbis nobilis et religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Tunc quoque honesta spei suas soboles, Entychius a Manrum, Tertullius vero Patricius Placidum tradidit: e quibus Manrus junior, cum bonis polleret moribus, Magistri adjutor cuspit existere: Placidus vera puerilis adhuc indolis gerebat annos. In uno autem ex eis monasterium, que circum quaque construxerat, quidam monachus erat, qui ad orationem stare non poterat; sed mox ut se Fratres ad studium orationis inclinabant, ipse egrediebatur foras, et mente vaga terrena aliqua et transitoria agebat. Cumque ab Abbatore suo siepius fuisse admunitus, ad virum Dei deductus est. qui ipse quoque stoliditatem ejus vehementer increpavit, et ad monasterium reversus, vix duobus diebus viri Dei admonitionem tenuit: nam die tertia ad usum proprium reversus, vagari tempore orationis cuspit. Quod cum servo Dei ab eodem monasterio Patre, quem constituerat, omniantum fuisse, dixit: Ego venio, eumque

*cumdem per
diabolum, ab
oratione
abstrahi
videt cum
S. Muro,*

*castigatum
virga n
demonie
liberal*

C per memetipsma emendo. Cumque vir Dei venisset ad idem monasterium, et constituta hora, expleta psalmodia, sese Fratres in orationem dedidissent : adspexit, quod eundem monachum, qui in oratione manere non potuit, quidam niger puerulus per vestimenti fimbriis foras traheret. Tunc eidem Patri monasterii, Pompeianu nomine, et Mauro Dei famulo secrete dixit : Numquid non adspicis, quis est, qui istum monachum foras trahit ? Qui respondentes, dixerunt : Non. Quibus ait : Oremus, ut vos etiam videatis, quem iste monachus sequitur. Cumque per biduum esset oratum, Manus monachus vidit : Pompeianus vero ejusdem monasterii Pater, videre non potuit. Dio igitur alia, expleta oratione, vir Dei oratorium egressus, stantem foras monachum repetit, quena pro caritate cordis sui virga percussit : qui ex illo die nil persuasionis alterius a nigro cum puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit : sieque antiquis hostis dominari non ausus est in ejus cogitatione, acsi ipse percussus fuisset ex verbere.

S Ex his autem monasteriis, quae in eodem loco construxerat; tria sursum in rupibus montis erant; et valde erat Fratribus laboriosum, quod semper ad

lacum oportebat descendere, ut aquam hauiire de- D
bnuissent: maxime quia e devexo montis latere erat
grave descendantibus in timore periculum. Tunc
collecti Fratres ex eisdem tribus monasteriis, ad
Dei famulorum Benedictum venerantur, dicentes: Labo-
rious nobis est propter aquam quotidie usque ad
lacum descendere, et idcirco necesse est ex eodem
loco monasteria mutari. Quos blande consolans, di-
misit: et nocte eadem cum parvo puerulo, nomine
Placido, cuius superius memoriam feci, ejusdem montis
ruperu ascendit, ibique d'utius oravit: et oratione
completa, tres petras in loco eodem pro signo posuit;
atque ad suum, cunctis illis nescientibus, monasterium
redit. Cumque die alia ad eum pro necessitate
aque praedicti Fratres rediissent, dixit: Ite, et ru-
pem illam, in qua tres super invicem positas petras
inveneritis, in modico cavate: valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam pro-
ducere, ut vobis laborem tanti iumeris dignetur
auferre. Qui eunt, rupem montis, quam Benedictus
praedividerat, jam sudentem invenerunt. Cumque in
ea concavum locum fecissent, statim aqua repletus
est: que tam sufficienter emanavit, ut nunc usque
ubertate defluat, atque ab illo montis cacumine usque
ad inferiora derivetur.

6 Abo quoque tempore Gotthns quidam, pauper
spiritu, ad conversionem venit: quem Dei vir Bene-
dictus hbentissime suscepit. Quadam vero die ei dari
ferramentum jussit, quod ad falecis similitudinem
falestrum vocatur, ut de loco quoddam vespes absin-
deret, quatenus illic hortus fieri deberet. Locus au-
tem ipse, quem mandandum Gothus suscepserat,
super ipsam laci ripam jacebat. Cumque Gothus
idem densitatem veprium totius virtutis annisu suc-
cideret, terrum de manubrio prospiliens in lacum ce-
cidit, ubi scilicet tanta erat aquarum profunditas,
ut spes requirendi ferramentum nulla jam esset. Ita-
que ferro perdito, tremebundus ad Manrus mona-
chum eucurrit Gotthns; danum quod fecerat
mutavit, et reatus sui penitentiam egit: quod
Manrus quoque monachus mox Benedicto famulo
Dei curavit indicare. Vir igitur Domini Benedictus
hunc audiens accessit ad lacum: tulit de manu Gotthi
manubrium et misit in lacum: et mox ferrum a pro-
fundu redit atque in manubrium intravit: qui statim
ferramentum Gottho reddidit, dicens: Ecce, labora,
et noli contristari.

7 Quadam vero die dum idem venerabilis Benedictus in cella consistenteret, praedictus Placidus puer, sancti viri monachus, ad hauriendam de lacu aquam egressus est: qui vas, quod tenuerat, in aquam incaute submersus, ipse quoque eadendo secutus est: quem mox unda rapuit, et pene ad unius sagittae cursum, cum a terra introrsum traxit. Vir autem Dei intra cellam positus, hoc protinus agnivit, et Maurus festine vocavit, dicens: Frater Maure, corre, quia puer ille, qui ad hauriendum aquam perrexerat, in lacum cecidit, junque enim longius unda trahit. Ros mura, et post Petrum Apostolum innisitata! Benedictione eternam postulata atque recepta, ad Patris sui imperium concitus perrexit Maurus, atque usque ad eum locum quo ab unda deducebatur puer, per terram se ire existimans, super aquam eucurrit, junque per capillos tenens, cursu rapido redit. Qui mos ut terram tetigit, ad se reversus, post tergum respexit, et quin super aquas encurrisset agnivit: et quod presumere non potuisset ut fieret, miratus extremuit factum. Reversus itaque ad Patrem, rem gestam retrahit. Vir autem venerabilis Benedictus hoc non suis meritis, sed illius obedientie deputare coepit: at contra Maurus pro solo ejus imperio factum dicebat; seque conscientiam, in illa virtute non esse, quam neceps fecisset. Sed in hac humilitate mutua

A et amica contentione accessit arbiter puer qui eruptus est; namque dicebat: Ego cum ex aqua traherer, super caput meum melotem Abbatis videbam, atque ipsorum ex aquis educere considerabam. PETRUS: Magna sunt valde, quae narras et multorum adificationi profutura: ego autem boni viri miracula, quo plus bibo, eo plus sitio.

8 GREGORIUS: Cum iam loca eadem in amorem Domini nostri Iesu Christi, longe lateque seruercent, et secularem vitam multi relinquerent, et sub levi Redemptoris jugo cervicem cordis elomarent: sicut mos pravorum est, invidere alii virtutis bonum, quod ipsi habere non appetunt; vicime ecclesie Presbyter, Florentius nomine, hujus nostri Subdiaconi Florentii avus, antiqui hostis malitia precessus, sancti viri studiis coepit amulori, ejusque conuersationis derogare, quosque etiam posset ab illius visitatione compescere. Cumque iam se consiperet eos prefectibus obviare non posse, et conuersationis illius opinionem crescere, atque multos ad statum vite melioris ipso quoque opinione ejus praeconio indecenter vorari; inuidie facibus magis magi que successus, deterior fiebat: quia conuersationis illius appetebat habere laudem, sed habere laudabilem vitam nollebat. Quin ejusdem inuidie tenetris cecatus,

AUCTORIE
S. GREG.
MAGNO

spiritu
justorum

et Dei
dominus:
Jo. 1

Matth. 12

B ad hoc usque perductus est, ut servo omnipotentis Dei infectum veneno panem quasi pro benedictione transmitteret: quem vir Dei cum gratiarum actione suscepit: sed cum, quae pestis latet in pane, non latuit. Ad horam vero refectionis illius ex vicina sylva corvus venire conueverat, et panem de manu ejus accipere: qui cum more solito venisset, panem, quem Presbyter transmisserat, vir Dei ante corvum proiecit, eique praecepit, dicens: In nomine Iesu Christi Domini nostri tolle hunc panem, et tali enim in loco prouice, ubi a nullo hominum possit inveniri. Tunc corvus aperta ore, expansis alis, circa eundem panem coepit discurrere et croire, ac si aperte diceret, et obedire se velle et tamen jussa implere non posse. Cui vir Domini praecepit, iterum atque iterum dicens: Leva, leva securus, atque ibi proice, ubi inveniri non possit. Quem diu demoratus, quandoque corvus momordit, levavit, et recessit: post trum vero horarum spatium, abjecto pane, rediit, et de manu hominis Dei annuam, quam conueverat, accepit. Venerabilis autem Pater contra vitam suam inaridescere Sacerdotis ammin videns, illi magis quam sibi doluit. Sed predictus Florentius, quia Magistri corpus necare non potuit, se ad extinguiendas discipulorum animas accendit: ita ut in horto celle, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret, quae eis sibi invirent manus tendentes et dintius ludentes, illorum mentes ad perversitatem libidinis inflammerent. Quod vir sanctus de cella conspivens, lapsusque adhuc tenerioribus discipulis pertinuescens, idque pro sua solis persecutione fieri pertractans, inuidie locum dedit: atque oratoria et cuncta, quae construxerat, sibi statutis Praepositis adjunctisque Fratribus ordinavit, et paucis secum monachis ablatis, habitationem mutavit loci. Moxque ut vir Dei ejus odia humiliiter declinavit, hunc omnipotens Deus terribiliter percussit. Nam cum predictus Presbyter, stans in solario, Benedictum discessisse cognosceret et exultaret, perdurante immobilitate tota domus fabrica, hoc ipsum tantum, in quo stabat, solarium recedit, et Benedicti hostem conterens extinxit. Quo viri Dei discipulus, Maurus nomine, statim venerabili Patri Benedicto, qui adhuc a loco eodem vix decem milibus aberat, testimoniavit esse nuntiandum, dicens: Revertere, quia Presbyter, qui te persequebatur, extinctus est. Quod vir Dei Benedictus audiens, sese in gravibus lamentis dedit: vel

quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipulus exultavit. Quia de re factum est, ut eidem quoque discipulo penitentiam indiceret, quod mandante talia, gaudere de inimici interitu presumpsisset. PETRUS: Mira sunt et multum stupenda, quae dicis: nam in aqua ex petra producta, Moysen; in ferro vero, quod ex profundo aquae reddit, Elisaum; in aqua itinere, Petrum; in corvi obedientia, Eliam; in iactu antem mortis inimici, David video; et perpendo quia vir iste spiritu justorum omnium plenus fuit. GREGORIUS: Vir Domini Benedictus, Petre, unius Dei spiritum habuit, qui per ei necessum redemptionis gratiam electorum corda omnium implevit, de quo Joannes dicit: Erat lux vera, quae illuminat omnem lucinem venientem in hunc mundum: de quo rursus scriptum est. De plenitudine ejus nos omnes accepimus. Nam sancti Dei homines potuerunt a Domino virtutes habere, non etiam alios tradere. Illa autem signa virtutis dedit subtilis, qui se datum signum Iudee promisit inimici, ut coram superbis mori dignaretur, coram humilibus resurgere: quantum et illi viderent quod contemnerent, et isti quod venerantes amare debuissent. Ex quo mysterio actu est, ut dum superbi adspicant despiciunt mortis, humiles contra mortem acciperent gloriam postmortis. PETRUS: Quosa te, post hanc, ad quae loca vir sanctus migraverit, vel si aliquas in eis virtutes postmodum ostenderit, innotescit. GREGORIUS: Sanctus vir ad alii demigrans, locum non hosteni mutavit: nam tanto post graviora praelia pertulit quanto contra se aperte pugnantem ipsum malitiae magistrum invenit. Castrum namque, quod Casinum datur, in excelsi montis latera situm est (qui videlicetmons distenso simu hoc idem castrum recipit, sed per tria millia in altum se subrigens, velut ad aera cœcum tendit) ubi vetustissimum sanum fuit, in quo, ex antiquorum more Gentilium, a stolto rosticorium populo Apollo celebatur. Circumquaque etiam in cultu diemontum luci succreverant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insudabat. Ille itaque vir Dei perveniens, contrivit idolum, subvertit aram, succedit lucos, atque in ipso templo Apollinis b. oraculo S. Martini, ubi vero ara ejusdem Apollinis fuit, oraculum S. Joannis construxit, et commorantem circumiacuisse multitudinem prædicatione continua ad fidem vocabat.

a. Coluntur S. Maurus 15 Januarii, S. Placidus 5 iulij, S. Macarius ihuuenium fuisse susceptum scilicet Leo ostensis lib. 1 Chronicl. ihuuenius cap. 1. b Ita oraculum legitur etiam in MSS. Graec. vesp. 9, quod propter oraculum est. Uli infra num. 56 Latine oraculum Graec. corruptiss. est. p

casinum
petu:

b erat Apoll.
mis everit:

CAPUT III.

Præstigia demonium sublatr: absentia cognita et futura præscita, etiam in Totila Rege.

Sed haec antiquis hostis tacite non serens, non occulte per somnum, sed aperta visione ipsiusdem Patris oculis sese ingerebat, et magnis clamoribus viuisce perpeti conquerebatur: ita ut voces illius etiam Fratres audirent, quamvis imaginem minime cerneant. Ut enim de cipitis suis venerabilis Pater dicobat, corporalibus eius oculis idem antiquus hostis tenebrosus et succensus apparebat, qui in eum ore oculisque flammatibus sævire videbatur. Jam vero quo diceret, audiebant omnes: prius enim hunc vocabat ex nomine. Cui cum vir Dei minime responderet, ad ejus mox contumelias erumphebat. Non cum clamaret, dicens: Beuedete, Benedicte, et eum sibi nullo modo respondere consiperet; protinus adjungebat: Maledictete, inaledicte, et non Benedicte, quid mecum habes? quid me persequeris? Sed jam

Oracula
erigit:

Diabolum
in re
Irumentem
videt:

a Florentio
Prestyler
injuriam
patitur.

ab eo infectum
renuo
panem
acceptum:

jubet a corvo
de' erru in
locuta
ab ursum,

ob tentato
objecis
puelis
discipulos
tnde migrat.

hoste subita
morte a Deo
punto,

lamentatur:

*lepidem a
dublio
aggravatum
benedictum
r. obtem
fact:*

*alias
præstigias
d. monum
tol. t.*

*puerum muto
a dñe
everso
oppressum,*

*ad vitum
tanum
recomitutus*

*Absens notis,
que cibos
et ubi
comitent
monachis et
quales
bibissent;*

A jani nunc expectanda sunt contra Dei famulum antiqui hostis nova certamina; cui pugnam quidem volens intulit, sed occasione victorie ministravit invitus. Quadam die dum Fratres habitaculum ejusdem cellae construerent, lapis in medio jacebat, quem in aedificium levare decreverunt. Cumque eum duo vel tres movere non possent, plures adjuncti sunt: sed ita immobilis mansit, ac si radicitus in terra teneatur: ut palam dareetur intelligi, quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus movere non possent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei missum est, ut veniret et orando hostem repellere, ut lapidem levare possent. Qui mox venit, et orationem faciebat, benedictionem dedit: et tanta lapis celeritate levatus est, ac si nullum prius pondus habuisset.

10 Tunc in conspectu vari Dei placuit, ut in eodem loco terram fodarent: quam dum fendo altius penetrarent, æreum illuc idolum Fratres invenerunt: quo ad horam casu in coquimam projecto, exire ignis repente visus est, atque in cunctorum monachorum oculis, quia omne ejusdem coquimæ aedificium consumeretur, ostendit. Cumque jaciendo Fratres aquam ad ignem quasi extinguendo perstrepserent; pulsatus eodem tumultu vir Dei advenit: qui eundem ignem in oculis Fratrum esse, in suis vero non esse considerans, caput protinus in orationem flexit: et eos, quos plantasticè reperit igne deludi, vocavit Fratres: monuit ut oculo suos signarent, et ut sanum illud coquimæ aedificium assistere ceruerent, et flammas, quas antiquus hostis fixerat, non viderent.

11 Rorsus dum Fratres parietem, quia res ita exigebat, paullo a tuis erigerent; vir Dei in orationis studio intra cellæ sue claustra morabatur. cui antiquus hostis insultans apparuit, et ei, quod ad laborantes Fratres pergeret, indicavit. Quid vir Dei per innitum celerrime Fratribus indicavit, dicens: Fratres, cante vos agite: quia ad vos hac hora malignus spiritus verit. Is, qui mandatum detulit, vix verba compleverat, et malignus spiritus eundem parietem, qui adficiabatur, evertit; atque innam puerulum monachum, enipsdam curialis filium opprimens, ruina contrivit. Contristati omnes ac vehementer afflicti, non danno parietis, sed contritione Fratris, venerabili Patri Benedicto celenter cum gravi luctu munifacient. Tunc idem pater Benedictus diacleratum puerum ad se deferri jubet, quem portare non nisi in raga potuerant, quia colapsi saxa parietis, non solam eipsi membra, sed etiam ossa conturerant. Precepit pro vir Dei statim eum in cella sua in psaltilio, quod vulgo matta vocatur, quo orare consueverat, projici: missisque foras Fratribus, cellam clausit: qui orationi instantius, quam solebat, incubuit. Miratus! eadem hora brucio involvolum, atque ut prius valentem, ad eundem iterum laborem misit, ut ipse queque parietem cum Fratribus persiceret, de eis qui se interiti antiquus hostis Benedicto insultare credidisset.

12 Capit vero inter ista, vir Dei prophetice etiam spirito pallere, ventora predicere, præventibus etiam absentia morti. Mos etenim cellæ fuit, ut, quibus ad responsum aliquod egredierentur Fratres, eum potumque extra cellam minime sumerent: cumque hoc de nro Regulari sollicito servaretur, quadam die ad responsum Fratres egressi sunt, et in eo tardiori compulsi sunt hora demorari: qui manere juxta religio am feminam voluerunt, eis ingressi habitaculum suspenderunt eum. Cumque jam tardius ad cellam redissent, benedictionem Patris ex more petierunt. Quo ille protinus percontatus est, dicens: Ubi comedistis? Qui responderunt: Nusquam. Quibus ille ait: Quare ita men-

timini? Numquid illius talis foeminæ habitaculum D non intrastis? numquid hos atque illos cibos non acceperitis? numquid tot calices non bibistis? Cumque eis venerabilis Pater et hospitium mulieris, et genera ciborum, et numerum potionum diceret; cognoscentes cuncta quæ egerant, ad ejus pedes treuicti ceciderunt, et se delequisse confessi sunt. Ipse autem protinus culpe pepercit, perpendens, quod in ejus absentiâ ultra non facerent, quem præsentem sibi esse in spiritu scirent.

13 Frater quoque Valentianus, ejus monachi *Num. 1* cuius superius memoriam fecit, vir erat laicus, sed religiosus: qui ut servi Dei orationem perciperet et germanum fratrem vidoret, annis singulis de loco suo ad eam ejus jejunus venire consueverat. Quadam igitur die dum iter ad monasterium ficeret, secessi alter viator adiunxit, qui sumendos cibos in itinere portabat: cumque jam hora tardior excrivesset, dixit. Veni frater, sumamus cibum, ne lassemur in via. Cui ille respondit: Absit frater, hoc non faciam. quia ad venerabilem Patrem Benedictum jejunus semper pervenire consuevi. Quo responso percepto, ad horam conviator tacuit: sed cum post hoe aliquantulum itineris spatium egisset, rursus admonuit, ut manducarent. Noluit consentire *E* qui jejunus pervenire decreverat: tacuit quidem, qui ad manducandum invitaverat, et cum eo jejunus adhuc pergere modicum consensit: cumque iter longius agerent, et eos tardior hora fatigaret ambulantes, invenerunt in itinere pratum et fontem, et quæque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc conviator ait: Ecce aquam, ecce pratum, acce amoenus locus, in quo possumus refici et parum quiescere, ut valeamus iter nostrum postmodum incolentes explore. Cum igitur et verba auribus, et loca oculis blandirentur, tertia admonitione persuasus, censensit et comedit. vespertina vero hora pervenit ad cellam. Praesentatus autem venerabili Benedicto Patri, sibi orationem petit: sed mox ei vir sanctus hoc, quod in via egerat, improperebat, dicens. Quid est, Frater, quod malignus hostis, qui tibi per convivatem tuum locutus est, semel tibi persuadere non potuit, secundo non potuit, tertio vero persnasit, et te ad hoc quod voluit superavit? Tunc ille rectum infirmatio sue mentis agnosces, ejus pedibus provolutus, tanto magis cepit culpam dellers et erbescere, quanto se cognovit etiam absente in Benedicti Patris oculis delinisse. Petrus: Ego sancti viri præcordiis Elisæi spiritum video inesse, qui absenti discipulo præsens F existit.

15 GREGORIUS: Oportet, Petre, ut interim sileas, quatenus aliae majora cognoscas. Gotthorum namque temporibus, cum Rex eorum Totila sanctum virum propheticæ habere spiritum audisset, ad ejus monasterium pergens, paullo longius substitit, eique se venturum esse mutavit. Cu dum protinus mandatum de monasterio fuisset ut veniret ipse, sicut perfide mentis fuit, an vir Dei propheticæ spiritum haberet, explorare conatus est. Quidam vero ejus spatharius Riggo dicebatur, cui calecamenta sua præbuit, eumque indui vestibus regalibus fecit, quem quasi in persona sua pergere ad Dei hominem precepit: in eujus menseque tres, qui sibi præ ceteris adiuvare consueverant. Comites misit, scilicet Volterianum Ruderianum et Blindum, ut ante servi Dei oculos ipsum Regem Totilam esse simulantes, ejus lateri obambularent: cui alia quoque obsequia, alios spectaculos præbuit, ut tam ex eisdem obsequiis, quam ex purpureis vestibus Rex esse putaretur. Cumque idem Riggo decoratis vestibus, obsequiis frequentia comitatus, monasterium fuisset ingressus, vir Dei eminus sedebat: quem venientem conspiciens

*objicit
quidam, quod
commodo
ub eis
commiserat.*

*famulum
Tard: instar
legis ad se
nigrum
reprehendit
de simulato-
ne:*

AUCTORE
S. GREG.
MAGNO
Produl
ex diuin
canobii
Casinensis a
Longobardis
ficiunt.

A fine, ejusdem Benedicti Patris fuerat admonitione conversus : qui pro vita sua merito magnum apud eum familiaritatis fiduciam habebat. Ille cum quodam die ejus cellam esset ingressus, hunc amarissime flentem reperit : enique diu subsisteret, ejusque non furi lacrymas viseret, nec tamen, ut vir Dei consueverat, orando plangeret sed morendo; quoniam causa tanti luctus existeret inquisivit. Cui vir Dei illico respondit : Omne hoc monasterium quod construxi, et cuncta que Fratribus preparavi, omnipotens Dei iudicio Gentibus tradita sunt : vix autem a obtainere potui, ut mihi ex hoc loco animae concederetur. Cujus vocem tunc Theoporus audierit, nos autem cernimus, qui destructum modo a Longobardorum gente ejus monasterium scimus. Nocturno enim tempore, quiescentibus Fratribus, bⁿuper illie Longobardi ingressi sunt : qui diripiunt omnia, ne unum quidem hinc tenere potuerunt : sed implevit omnipotens Deus, quod fidei famulo Benedicto promiserat, ut si res Gentibus traheret, animas custodiret. Quia in re Pauli vicem video tenuisse Benedictum, cuius dum navis rerum omnium jactoram pertulit, ipse in consolatione vitam omnium, qui eam cominhantur, accepit.

B 18 Quidam quoque tempore Exhibilatus noster, quem ipse Conversus noster, transmissus a domino suo fuerat, ut Dei viro in monasterium vino plena duo lignea vascula, quae vulgo bascones vocantur, deseret : qui unum detulit, alterum vero pergens in itinere abscondit. Vir autem Domini, quem facta absentia latere non poterant, unum cum gratiarum actione suscepit, et discedentem puerum monuit, dicens : Vide, fili, ne de illo bascone, quem abscondisti, bibas : sed inclina illum caete, et invenies quid intus habet. Qui confusus valde a Dei homine exiit; et reversus, volens adhuc probare quod audierat, cum flascom inclinasset, de eo proximos serpens egressus est. Tunc praedictus Exhibilatus puer per hoc, quod in vino reperit, expavit in alium quod fecit.

C 19 Non longe autem a monasterio viens erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ali idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione conversa : ibi quoque quedam sanctimoniales feminine inerant, et credebat istius pro exhortandis animabus Fratribus suis mittere Benedictus Dei famulus curabat. Quadam vero die misit ex more : sed is qui missus fuerat monachus, post admonitionem factam, a sanctimonialibus feminis rogatus mappulas accepit, sibique eas abscondit in sinu. Qui mox ut reversus est, cum vir Dei vehementissima amaritudine copit inerepare, dicens : Numquid ingressa est iniqitas in suum tuum? At ille obstupuit, et quid egisset oblitus, nnde corripiebat ignorabat. Cui ait : Numquid ego illie praeiens non eram, quando ab ancillis Dei mappulas arcepisti, tibique eas in sinu misisti? Qui mox ejus vestigis prouolutus, stulte se egisse posuit, et eas quas in suu absconderat mappulas aligerat.

D 20 Quadam quoque die, dum venerabilis Pater vespertina jam hora corporis alimenta pereiperet, ejus monachus, enijsdam Defensoris filius fuerat, qui ante mensam lucernam tenelat. Cumque vir Dei ederet, ipse autem cum lucerne ministerio adstaret; cognit per superbiam spiritum in mente sua tacitus volvere et per cogitationem dicere : Quis est hic, cu ego manducanti assisto, lucernam teneo, servitum impendo? Quis sun ego, ut isti inserviam? Ad quem vir Dei statim conversus, vehementer copit emu increpare, dicens : Signa cor tuum, Frater. Quid est, quod loqueris? Signa cor tuum. Vocatusque statim Fratribus, praecepit ei lucernam de manibus telli : ipsum vero jussit a ministerio recedere, et ibi hora quietum sedere. Qui requisitus a Fratribus

quid habuerit in corde, per ordinem narravit, quanto D superbiae spiritu intumuerat, et que contra virum Bei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquido omnibus patuit, quod venerabilem Benedictum latere nil posset, in cuius auribus tacite etiam cogitationis verba sonnissent.

E 21 Alio quoque tempore in eadem Campanie regione famae incububebat, magnaque omnes alimentorum indigentia coangustabat : Janique in Benedicti monasterio triticum deerat, panes vero pene omnes consumpti fuerant, ut non plusquam quinque ad refectorium horum fratribus inveniri potuerint. Cumque eos venerabilis Pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta in-reputatione corrigeret, et rursus promissione sublevare, dicens : Quare de pauci inopia vester animus contristatur? Hodie quidem minus est, sed die crastina abundantier habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modi ante fores celle in succis inventi sunt, quos omnipotens Dens, quibus deferentibus transmisisset, nunc usque manet ineugnitum. Qued cum Fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicierunt jam de abundantia nec in egestate dubitare. PETRUS : Dic, queso te, numquid non credendum est, huic Dei famulo semper prophetiae spiritum adesse potuisse, an per intervalla temporum ejus mentem prophetiae spiritus impliebat? GREGORIUS : Prophetias spiritus, Petre, prophetarum mentes non semper irradiat : quia sicut de sancto Spiritu scriptum est, Ubi vult, spirat; ita sciendum est, quia et quando vult, adspirat. Hinc enim est, quod Nathan a Rege requisitus, si construere templum posset, prius consensit, et postmodum prohibuit. Hinc est, quod Eli-saeus cum flentem mulierem cerneret, caussamque necessitatis; ad prohibentem hanc puerum dicit : Dimitt me, quia anima ejus in amaritudine est, et Dominus celavit a me, et non indicavit mihi. Quod omnipotens Deus ex magna pietatis dispensatione disponit : quia dum prophetia spiritum aliquando dat, et aliquando subtrahit, prophetantium mentes et elevat in celsitudine et custodit in humilitate : ut et accipientes spiritum, inveniant quid de Deo sint : et rursus prophetia spiritum non habentes, cognoscant quid sint de seintipsis. PERCUS : Ita hoc esse, ut assertis, magna ratio clamat : sed, queso, de venerabili Patre Benedicto, quidquid adhuc animo occurrit, exequere.

F 22 GREGORIUS : Alio quoque tempore a quodam fidei viro fuerat rogatus, ut in ejus praedio iuxta Taracinem urbem, missis discipulis suis, construere monasterium debuisset. Qui roganti consentiens, deputatis Fratribus Patrem constituit, et quis ei secundus esset, ordinavit : quibus cunctibus spopondit, dicens : Ite, et die illo ego venio, et ostendo vobis, in quo loco oratorium, in quo refectorium Fratrum, in quo susceptionem hospitum, vel quaeque sunt necessaria, aedificare deberatis. Qui benedictione percepit, illico perrexerunt, et constitutum diem magnopere prestantes, paraverunt omnia, que his, qui cum tanto Patre venire potuerint, videbantur esse necessaria. Nocte vero eadem, quia promissus illicesset dies, eidem servo Dei, quem illic Patrem constituerat, atque ejus Praeposito, vir Domini in somnis apparuit, et hoc singula, ubi quid aedificare debuissent, subtiliter designavit. Cumque utriusque a somno surgerent, sibi invicem, quid viderant retulerunt: non tamen visioni illi omnimodo fidem dantes, virum Dei, sicut se venire promiserat, expectabant. Cumque vir Dei constituto die minime venisset ad eum, cum morore reversi sunt, dicentes : Expectavimus, Pater, ut venires, sicut promiseras, et nobis ostenderes, ubi quid aedificare deberemus, et non venisti. Quibus ipse ait : Quare Fratres, quare ita dicitis

flascom
eum furio
absconditum
scivit,

Ceruit ab eius
mappulas
dari monacho

occultas videt
monachi
coagulationes.

*in commun
fame, ut
prædixerat,*

*farinam
diversus
alitam pro
cibus accepit;*

Joa. 3

*Spiritus
prophetæ
subinde
sanctis
subtrahitur.*

*Addicisse
certo die
oram omnia
pro novis
monasterio
erigendo
ordinaturum :*

*et in somno
presentes.*

A dicitis? Numquid sicut promisi, non veni? Cui cum ipsi dicent, Quando venisti? Respondit: Numquid utrisque vobis dormientibus non apparui, et loca singula designavi? Ite, et sicut per visionem vidistis, omnes habitaculum monasterii ita construite. Qui hec audientes, vehementer admirati, ad prædictum prædium sunt reversi, et cuncta habitacula, sicut ex revelatione didicerant, construxerunt. PETRUS: Diceri velim, quo fieri ordine potuit, ut longe iret, responsu dormientibus diceret, quod ipsi per visionem audirent, et recognoscerent. GREGORIUS: Quid est, quod perserunt rei gestæ ordinem, ambigis Petre? Liquet profecto, quia nobilioris naturæ est spiritus quam corpus. Et certe, Scriptura teste, novimus quod Propheta ex Judæa sublevatus, repente est cum prandio in Chaldaea depositus, quo videlicet prandio Prophetam refecit, seque repente in Judea iterum inventus. Si igitur tam longe Abacuc potuit sub momento corporaliter ire et prandium deferre, quid mirum, si Benedictus Pater obfinit, quatenus iret per spiritum, et Fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret: ut sicut ille ad eum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritualiter vite spiritualiter pergeret? PETRUS: Manus tue locutionis tersit mea; (sator) dubietatem mentis: sed velim nosse, in communi locutione qualis iste vir fuit.

B 23 GREGORIUS: Vix ipsa, Petre, communis ejus locutio a virtutis erat pondere vacua: quia, cuius cor sese in alta suspenderat, nequam verba de ore illius incassum cadebant. Si quid vero umquam non jani decernendo, sed minimo diceret, tantas vires sermo illius habebat, acsi hoc non dubie atque suspense, sed jam per sententiam protulisset. Nam longe ab ejus monasterio duas quædam sanctimoniales feminæ, nobiliori genere exortæ, in loco proprio conversabantur, quibus quidam religiosus vir ad exterioris vitæ usum prebeat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parare ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se ceteris aliquid fuisse menimerunt; neandum prædictas sanctimoniales feminæ perfectly linguam suam sub habitu sui freno restrinxerant, et euidenti religiosum virum, qui ad exteriora necessaria eis obsequium prebeat, incutis super sermonibus ad irascendum provocabant. Qui dum diu ista toleraret, perrexit ad Dei hominem, quantasque patetetur verborum contumelias enarravit. Vir autem Dei haec de illis audiens, eis protinus mandavit, dicens: Corrigite linguam vestram: quia si non emendaveritis, excommunico vos: quam videlicet excommunicationis sententiam non proferendo intulit sed minando. Illæ autem a pristinis moribus nihil mutatae, intra paucos dies defunctæ sunt, atque in ecclesia sepultæ. Cumque in eadem ecclesia Missarum solennità celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret, Si quis non communicat, det locum: nutrit earum, quæ pro eis oblationem Domino offerre conseruerat, eas de sepolcri suis progredi et exire videbat. Quod dum sapius cerneret, quia ad vocem Diaconi clamantis exhibant foras, atque intra ecclesiam permanere non poterant; ad memoriam reduxit que vir Dei illis adhuc viventibus mandavit: eas quippe se communione privare dixerat, nisi mores suos et verba corrigerent. Tunc servo Dei cum gravi morore indicatum est: qui manu sua protinus oblationem dedit, dicens: Ite, et hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, et ulterius excommunicatae non erunt. Quæ dum oblatio prius fuisset immolata, et a Diacono juxta morem clamatum est, ut non communicantes ab ecclesia exirent, illæ exire ab ecclesia ulterius visæ non sunt. Quæ ex re indubitanter patuit, quia dum inter eos, qui communione

privati sunt, minime recederent, communionem a Domino per servum Domini receperint. PETRUS: Mirum valde quod dicas, quamvis venerabilem et sanctissimum virum, adhuc tamen in hac carne corruptibilis degentem, potuisse animas solvere, in illo iam invisibili judicio constitutas. GREGORIUS: Num quidnam Petre, in hac adhuc carne non erat, qui audiebat. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis: et quæ solveris super terram; soluta erunt et in cœlis? Cujus nunc vicem ligando et solvendo obtinent, qui locum sancti regiminis fidei et moribus tenent. Sed ut tanta valeat homo de terra, cœli et terras Conditor in terram venit e cœlo: atque ut judicare caro etiam de spiritibus possit, hoc ei largiri dignatus est, factus pro hominibus Ieus caro: quia inde surrexit ultra se infirmatas nostra, unde sub se infirmata est firmitas Dei. PETRUS: Cum virtute signorum concorditer loquitur ratio verborum.

C 24 GREGORIUS: Quadam quoque die, dum quidam ejus puerulos monachus, parentes suos ultra quam debet diligens, atque ad eorum habitaculum tendens, sine benedictione de monasterio exiūset; eodem die mox, ut ad eos perveniret, defunctus est: cumque esset sepultus, die altero projectum foras corpus ejus inventum est: quod rursus tradere sepulturæ curaverunt: sed sequenti die iterum projectum exterioris atque iuhumatum, sicut prius, invenerunt. Tunc concite ad Benedicti Patris vestigia currentes, cum magno fletu petierunt, ut ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu sua protinus communionem Dominicæ Corporis dedit, dicens: Ite, atque hoc Dominicum Corpus super pectus ejus cum magna reverentia ponite, et sic sepulturæ eum tradite. Quod dum factum fuisset, susceptum corpus ejus terra tenuit, nec ultra projectit. Perpendis, Petre, apud Iesum Christum Dominum ejus meritum iste vir fuerit, ut ejus corpus etiam terra procererit, qui Benedicti gratiam non haberet? PETRUS: Perpendo plane, et vehementer stupeo.

D 25 GREGORIUS: Quidam autem ejus monachus nobilitati mentis deilitus erat, et permanere in monasterio solebat. Cumque eum vir Dei assidue copriperet, et frequenter admoniceret, ipso vero nullo modo consentiret in congregatio persistere, atque importunis precibus, ut relaxaretur, inimiceret; quadam die idem venerabilis Pater, nimicatis ejus tedium affectus, irotus iussit ut discederet. Qui mox ut monasterium exitit, contra se assistere aperto ore draconem in itinere invenit: cumque cum idem draco, qui apparuerat, devorare vellet; corpit ipse tremens et palpitans magnis vocibus clamare dicens: Succecurite, succecurite: quia draco iste me devorare vult. Currentes autem Fratres draconem minime viderunt; sed trementem atque palpitantem monachum ad monasterium rediuxerunt: qui statim promisit nonquam se esse a monasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione permanuit: quippe qui sancti viri orationibus contra se assistere draconem viderat, quem prins non videndo sequebatur.

E a. Quæ ci tunc Deus revelari, etiam de monasterio in meliori et ampliorem gradum postmodum restituendo, levigatur in Præfatione ad VIIum S. Muri pag. 103^a. b Sub Petilio 2, circa annum 589. c Sub ditione Pontificia in confinio regni Neapolitanæ prope mare

CAPUT V.

Miracula varia, etiam mortui resuscitati.

Sed neque hoc silendum puto, quod illustri viro Antonio narrante, cognovi: qui aiebat patris sui puerum morbi elephantino fuisse corruptum, ita ut jam pilis cadentibus, cutis intumesceret, atque in rescentem saniem occultare non posset: qui ad virum

ACTORE
S. GREG.
MAGNO

Matth 16
latus potestate
a Deo
absolvendi
etiam spiritus.

Monachi apud
parentes
mortui
corpus e
sepulcro
rectum,
missa
Eucharistia in
eo defuncti:
E

instabilem
monachum
d. n. tui:
dracone
apparere
territam
recipit.

F

et se fecisse
indicat:

instar Abacuc
ad Daniëlem.

in spiritu ad
illis missus.

Sanctimonialibus ob
linguam pro
cacionem inua
tur expon inu
cationem,

quæ mortuas
ab aliis
a Missa i se
visas exire,

factus precibus
absolutus;

AUCTORE
S. GREG.
MAGNO

*jurat fratre
diuenio pressum*

*sanat veneno
infustum :*

*benignus in
egenos :*

*oleum petenti
jussit dari :*

*cum vase
vitreo illa sum*

*eum miraculo
servatum,*

*precibus
impedit oleo
dolum
impicit :*

A virum Dei ab eodem patre ejus missus est, et saluti pristinæ sub omni celeritate restitutus.

27 Neque illud taceam, quod ejus discipulus, Peregrinus nomine, narrare consueverat: quia die quadam fidelis vir quidam necessitate debiti compulsus, unum fore sibi remedium credidit, si ad Dei vicum pergeret, et quia eum urgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaque ad monasterium, omnipotens Dei famulum reperit: quia a creditore suo pro duodecim solidis graviter affligeretur, intimavit. Cui venerabilis Pater nequam se habere duodecim solidos, respondit, sed tamen ejus inopiam blanda locutione consolatus, ait: Vade, et post bendum revertere: quia deest hodie quod tibi debeam dare. In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupatus: cumque die tertio is, qui necessitate debiti affligebatur, redit super arcam monasterii, quæ erat frumento plena, subito tredecim solidi sunt inventi: quos vir Dei deserri jussit, et afflito petitor tribuit, dicens, ut duodecim redderet, et unum in expensis propriis haberet. Sed ad ea nunc rediit, quæ ejus discipulis, in libri hujus exordio predictis, referentibus agnovi. Quidam vir gravissima adversarii sui æmolatione laborabat, cuius ad hoc usque odium prorupit, ut ei nescienti in potu

B venenum daret. Qui quanvis vitam auferre non valuit, cutis tamen colorem mutavit, ita ut diffusa in corpore ejus varietas, lepro morem imitari videtur. Sed ad Dei hominem deductus, salutem pristinam citiuscepit: nam mox ut eum tetigit, omnem cutis illius varietatem fugavit.

28 Eo quoque tempore, quo alimentorum inopia Campaniam graviter affligebat, vir Dei diversis indigentibus monasterii sui cuncta tribuerat, ut pene nihil in cellario, nisi parum quid olei in vitro vaso remaneret. Tunc quidam Sublinaconus, Agapitus nomine, advenit, magnopere postulans; ut sibi aliquantulum olei dari delinisset. Vir autem Domini, qui cuncta debeat in terra trahere, ut in celo omnia reservaret, hoc ipsum parum, quod remanserat, olei jussit petenti dari. Monachus vero, qui cellarium tenebat, audivit quidem jubentis verba, sed implere distulit. Cumque post pauculum, si id quid jusserset, datum esset inquireret, respondit monachus, se minime dedisse: quia si illud ei tribueret, omnino nihil Fratribus remaneret. Tunc vir Dei iratus atque præcepit, ut hoc ipsum vas vitreum, in quo parum olei remansisse videbatur, per fenestræ traherentur, ne in cella aliiquid per inobedientiam renaueret. Factumque est. Sub fenestra autem eadem ingens precipitum patet, savorum molibus asperum. Projectum itaque vas vitreum venit in axis, sed sic mansit incolone, acsi projectum minime fuisse, ita ut neque frangi, neque oleum effundi potuisset: quod vir Domini præcepit levari, atque ut erat integrum petenti tribu. Tunc collectis Fratribus inobedientem monachum de infidelitate sua et superbia coram omnibus interpavit.

29 Quia increpatione completa, sese cum eisdem Fratribus in orationem dedit. In eo autem loco, ubi cum Fratribus orabat, vacuum erat ali oleo dolium cooptum: cumque sanctus vir in oratione persisteret, ceperit operumentum ejusdem dolii oleo excrecente sublevari: quo commoto atque subleyato, oleum, quod excreverat, ora dolii transiens, pavimentum loci, in quo incubuerat, inundabat. Quod Benedictus Dei famulus ut aspergit, protinus orationem complevit, atque in pavimentum oleum defluere cessavit. Tunc diffidenter inobedientemque Fratrem latius admonuit, ut fidem habere disseret et humilitatem. Idem vero Frater salubriter corruptus erubuit, quia venerabilis Pater virtutem omnipotentis Dei, quam admonitione intimaverat, mi-

racolis ostendebat: nec erat jam, ut quisquam de D ejus promissionibus dubitare posset, qui in uno eodemque momento pro vitro vase pene vacuo, plenum oleo dolium reddidisset.

30 Quadam die dum ad B. Joannis oratorium, quod in ipsa montis celsitudine situm est, pergeret, ei antiquus hostis in mulo medici specie obviam factus est, cornu et tripedicam ferens. Quem cum requisisset, dicens: Quo vadis? Ille respondit: Ecce ad Fratres vado, potionem eis dare. Itaque perrexit venerabilis Pater Benedictus ad orationem, qua completa, concitus redit: malignus vero spiritus unum seniorem monachum invenit aquam banientem; in quem statim ingressus est, enique in terram proiecit et vehementissime vexavit. Quem cum vir Dei ab oratione rediens, tam crudeliter vexari consiperet, ei solunmodo alapam dedit, et malignum ab eo spiritum protinus excusit, ita ut ad eum redire olerius non auderet. PETRUS: Velim nosse, si haec tanta miracula virtute semper orationis impetrabat, an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu. GREGORIUS: Qui devota mente Deo adhaerent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo utroque solent, ut mira queque aliquando ex prece faciant, aliquando ex potestate. B. Cum enim Joannes dicat: Quotquot autem receperunt enim, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui filii ex potestate sunt, quid mirum, si signa facere ex potestate valeant? Quia enim utroque modo miracula exhibeant, testatur Petrus, qui Tabitham mortuam orando suscitavit: Ananiam vero et Saphiram mentientes, morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solunmodo culpam, quam perpetraverant, increpasse. Constat ergo, quod aliquando bac ex potestate, aliquando vero exhibent ex postulatione, dum et istis vita increpando abstulit, et illi reddidit orando. Nam duo quoque fidelis famuli Dei Benedicti facta nunc replico, in quibus aperte claret, aliud hunc accepta divinitus ex potestate, aliud ex oratione potuisse.

31 Gothorum quidam, Zalla nomine, perfidie fuit Ariane, qui Totila Regis eorum temporibus, contra Catholicos Ecclesie religiosos viros arlore immanissimæ crudelitatis exarsit, ita ut quisquis ei Clericus monachusve ante faciem venisset, ab ejus manibus vivus nullo modo exiret. Quadam vero die avaritiae sue vestu succensus, in rapinam rerum inhiens, dum quendam rusticum tormentis crudelibus affligeret, eumque per supplicia diversa lanaret; victimæ penitus rusticus, sese res suas Benedicto Dei famulo commendasse professus est, ut dum hoc a torquente crederetur, suspensa interim crudelitate, ad horam vita repararetur. Tunc idem Zalla cessavit rusticum tormentis affligere, sed ejus brachia loris fortibus adstringens, ante eumnum summè cepit impellere, ut quis esset Benedictus qui ejus res suscepisset, demonstraret. Quem ligatis brachis rusticus antecedens, duxit ad sancti viri monasterium, eumque ante ingressum cellæ solum sedentem repperit et legentem. Eadem autem subsequenti et soviente Zalla rusticus dixit: Ecce iste est, de quo dixeram tibi, Benedictus Pater. Quem dum fervido spiritu cum perversæ mentis insanis fuisse intinxit, eo teriore quo conseruaret acturum se existimans, magnis cepit vocibus clamare, dicens, Surge, surge, et res istius rusticus redde quas accepisti. Ad eujus vocem vir Dei protinus oculos levavit a lectione, eumque intuitus, mox etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad eujus brachia dum oculos deflexisset, miro modo tanta so celeritate conperit illigata brachii lora dissolvere, ut dissolvi tam concite nulla bonum festinatione potuerint.

Cumque

*alapam pellit
damouemz*

*Miracula
facili.*

Joan. I

*tum precibus
tum accepia
potestate :*

*tua lora quibus
a G. I. ha Ariano
cadratus erat
rusticus*

*celeritate
dilectus :*

A Cumque is, qui ligatus venerat, cœpisset subito ad stare solutus, ad tantæ potestatis vim tremefactus Zalla, ad terrum corruit, et cervicem crudelitatis ridige ad ejus vestigia inclinans, se orationibus illius commendavit. Vir autem sanctus a lectione minime surrexit: sed vocatis Fratribus, eum introrsus tolli, ut benedictionem aciperet. præcepit: quem ad se rediit, ut a tanta crudelitatis insania quiescere deberet, admonuit. Qui fractus, recedens, nil ulterius petere a rusticu presumpsit, quem vir Domini non tangendo, sed respiciendo solverat. Ecco est, Petre, quod dixi, quia hi, qui omnipotenti Deo familiarias serviunt, aliquando mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedens repressit, lora vero nodosæque ligaturæ, quo innocentis brachia adstrinxerant, oculis dissolvit; ipsa miraculi celeritate indicat, quia ex potestate accepérat habere quod fecit. Rursum quoque quale quantumque miraculum orando valuit obtinere, subiungam.

B 32 Quodam die cum Fratribus ad agri opera fuerat egressus: quidam vero rusticus defuncti filii corpus in ulnis ferens, orbitatis luctu aestuans, ad monasterium venit. Benedictum Patrem quesivit.

D 11 Menoratus Abbas Hugo quemdam virum de familia Patris Benedicti, nomine Lætardum, Tescelino concesserat Petnerensi; ut tam ipse quam ab eo progeniti perpetuo ipsi famularentur obsequio servili; qui factus dominus illius, obtinuit eam non paneis diebus. Interpellatus autem idem vir nobilis post longum tempus a quadam suorum militum, Ingranno nomine, ut supradictum servum ei jure beneficii donaret, annuit: Ingrannus quoque obens, filio suo Isembardo ipsum possidendum reliquit. Genuit autem praefatus Lætardus filium, nomine Robertum: quem Isembardus, ut puta proprium vernaculum, in sua aluit et educavit domo. Robertus vero factus grandiculus, a suis cuperiens genitoribus se de familia Patris exortum Benedicti, sed alii Abbate supradicto ut vile distractum mancipium, induit: nec diutius dolorem sui animi occulere valuit. Facta igitur fuga ab Isembardi praesentia se subtraxit: quem longum latere non valens, ab eodem domum reductus, poenas loit quas solet fugitivus: insuper sacramento ab eo est astrietus, ne servitutis jugum de reliquo ferre detrectaret. Qui quoniam adolescentie tempora needum excesserat, ad praesens siluit, donec iacte procedente vires colligeret, quibus suo injusto Domino resistere valeret. Postquam ergo genas illius flos vestierat juventutis, elapsis adolescentia lustris, Abbatem expedit Guilhelmum, qui tunc temporis præerat Floriacensibus: apud quem angorem sui cordis cum anxiis deponens suspiriis, conqueritur de injustitia sibi snisque illata. Guillelmus itaque cum esse vir strenuus, et fugit, suam reimplicavit semper augmentare toto amheraret desiderio; respondit se illius rerummarum misereri velle, justasque querelas ipsius viris prudentibus palam facere, et si quo pacto valeret, præsidium illi sese fore. Comperito igitur Isembardus, Robertum, quem sum opinalabatur servum esse perpetuum, ad priorem deminorum configuisse asylum; mandat Abbat nominato, ut sibi proprium restitutus mancipium, aliquam deinceps se ejus futurum inimicum. Qui missis ad eum qui: na referent verba, manavit, eum quidem quoniam inuste repetebat, vernaculum Patris Benedicti fore, se vero illicite diutius ipsum possedisse: quo propter si de cetero illum habere vellit servum, in jus venire esse necesse. Quibus Isembardus auditis, apud se deliberans, quoniam Abbat iniuste resistere nec fas nec posse habebat, determinatum mandavit diem, in quo hac controversia inter eos finiretur. Die autem statuto, plurimis nobilium et sagacium viris ab alterutra parte aggregatis, diu multumque sermone alterutrum est: sed minime ipsa calumnia eodem die finem accepit. Tandem vero, multis prius exactis conventiculis, adjudicatum est idem negotium b monomachia, terminari debere. Dato igitur die singularem incundi pugnam, in conductum convenienti locum, videlicet qui repetebatur, et Aries quidam nomine, quem Isembardus suo obtulerat loco, fortis robore, miles officio: erat autem ille statura procerus, Robertus vero pusillus. Qui quamvis secum confluentis

sænat.

*Serua
Floria. endis
alteri traduci*

*alias Rot.
Robertus,*

Floracum

*et in jure ad
monomachiam
condemnatus,*

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

b

*invocato
S. Benedicto,*

c

victor erudit:

A corpulentiam metueret, habebat tamen, ut postea retulit, filiaciam in Patre Benedicto suo jure domino, et sibi infesto viro hunc incalcabat sermonem: Non ego tecum decreto, sed dominus meus, cuius me servum profeitor Benedictus. Ergo qui illum impetrabat Airicus, ut moris est, primos ictus intorsus in eum. Quos ille gratia Dei protectus constanter sustinens permanxit illæsus: et alternum verber suo hosti tentans incutere, virtute Patris cuius nomen retinebat mente manum ipsius ductante, c buclam clypei, quo suus tegebatur adversarius, fortiter percussit. Quæ claviculis quibus affixa tenebatur avulsis, longius resilivit, moxque manus adversarii nuda apparuit. Quippe toramen in clypeo fuerat, quod bucula protegebat, deintus semipedali affixa ligno: quomanu retento gravem ille Roberti adversarius facilius verteret clypenm. Robertus cernens manum secum dimicantis nudam, ietu repetito toto conamine eam percussit. At ille doloris impatiens clypeum remisit: et quoniam manu debilitata, qua tegumen regebat, qui arte se tegeret non habebat: assiduo Roberti verbere fatigatus, victimum se proclamabat. Dehinc exarmatus a victore, cum Isembardo, pro quo ignominiosum certamen inierat, confusus rediit ad propria: de reliquo, haud dubius Patrem Benedictum nequaquam suis defore in adversis rebus. Hæc Victoria facta est Floriacensibus non modica exultatio, hostibus vero maxima confusio. Porro demonstravit Pater sanctus in hoc facto, neminem suos posse aliquo pacto distrahere vernaculae. Videant sibi, qui famulos, census, prædia, sanctis locis attributa, ob landes omnipotenti Domini persolvendas, nefarie distribuunt laicis seu enjuscumque generis personis.

*rusticus agri
S. Benedicti*

*festum ejus
mobens,*

*punitur
monibus
aratra
affixit.*

B 12 Misera genus hominum pagos incolentium vix unquam levi jugo Christi ferream cervicem submittere appetit suam, sed qualiter ferox taurus indomitus frouti primum præsentisca imponi jugum, stimulis actus recalcitrat, sulcos agens obliquos: sic illud genus hominum semper sacre renitens religioni, vix aliquando viam rectitudinis incedere consensit. Unde quidam rusticus, dñm Sacerdote ex more præconante audisset, celebrem solemnitatem Translationis Patris Benedicti annuntiari, que quotannis apud plurimas celebriter recolitur in mense Julio nationes; parvipendens ejusdem præceptum Sacerdotis, qui jusserset omnes parochiales esse feiati, statuit eo die agriculturæ operam dare. Habitabat autem idem in agello quodam Patris Benedicti Vinalo dicto. Diluculo igitur surgens, vicinis cunctis ab opere mammum vacantibus, ipse solus junctis bobus in agrum, quem exercere cupiebat, tendit: eum quem in hieme prosciderat, gliscens rescidere campum, ut tam aestatis calore, quam hiems rigore decoctus, et semientis tempore, dentata crate glebis attritus, in pulverem redactus, semine suscepto, abundantiorem diebus messis suo cultori exhiberet frugen. Hinc ergo epnitus perageret opus, ecce astutus ei quidam in schema monachali: qui nrasque illius manus tenens, bifurco, quo aratum regatur, tam fortiter adstrinxit ligno, ut sanguinem per omnes ejus ungues eliceret, et rusticus idenit aliquid prorsus pacto eas divellere ab eodem nequiret ligno. Quo facto, qui apparuerat monachus, nequaquam ultimus silo est visus. Ille pariter dolore nimio anxius, et ruhore confusus, hæsitabat quid ageret: concurrentibus vero quibusque, et tanto stupentibus prodigo (cognoverant enim per bubulum, qui effrenato animo eis intimaverat) detegit quid valerit, manente evidenteribus quid sibi accederit. Conjectantes itaque qui aevierrant ex circumstantiis, ex monachii videbant horamate et dici festi ipsius violatione, Monachorum Duecum hanc ultionem de presumptore Martii. T. III.

tanti facinoris patrassæ; hortantur quatenus votum D eidem Patri faciat, se solennitates illius quoad vixerit tempore, numqnam temeraturum: monasterium ejus petiturum, penitentiamque tanti commissi ac turum. Vovente haer illo, et omnibus quos tantæ rei stopor inexpertus attraxerat Dominum omnipotentem pro eo exorantibus, Patremque Benedictum lacrimabilis voce crebrius inhamantibus, ut misero miseretur; relaxata sunt manus illius, et coepit adstare solitus, qui ante paullulum invisibilibus loris tenelatur adstrictus. Indivibili ergo exilaratus gaudio, votum quod fecerat efficaciter implere studuit: nam Floriacum tendens, presentavit se Abbatii Rainero Fratribusque in die Octava ejusdem festi, dum celebratur Missa; referens quam magnifica in se ostendisset Dominus omnipotens magnalia per sui fidelis Benedicti merita. At illi magna tripliante laetitia, tota cordis instantia Salvatori landes proclamat, magnum Patrem magnis extollentes preconis; eique, in quo tantum ostensem fuerat miraculum, salubribus correcto verberibus, licetiam tribuentes regredi ad propria: cognoverat enim, nequaquam sui Sacerdotis spernenda sibi monita, quoniam de talibus dicit Salvator: Qui vos spernit, *Floriacum venit.* *Luc. 10, 16* me spernit, et qui vos audit, me audit.

C 13 In territorio Trecassino quoddam habetur præedium juris ejusdem Patris super Sequanam fluvium, ob oratorium in illius honore inibi constructum, S. Benedictos super Sequanam nuncupatum. Parro habitabat in eo mulier, Maria nomine, que diutino detesta languore, spina dorsi contracta, effecta fuerat curva: ita ut nullo pacto suos versus cœlum erigere valeret vultus. Hæc indigena ipsius prædi, de familia ejusdem Patris originem trahebat. Multis itaque in eadem curvitate permansis lustris, desperaverat jam de sua salute, nequaquam audens opinari se ulterius posse subrigi. Quadam ergo die Dominicæ, dum in *eodem* oratorio adstans, cum ceteris Missæ celebrationem audiret, legereturque Evangelium; nodis spinæ, qui diu de suo desciverant loco, in antiquum remeantibus statum, dorso in breviorem modum retracto, ventreque, qui per multum tempus contractor fuerat, in longius spatium extenso, cepit subito stare erecta, quæ per longa jam tempora ambulaverat prona. Stupentes omnes qui aderant, quique eam ab infancia noverant, et ipsius infirmitatis consciū fuerant, tam insperatum remedium, palmas ad cœlum tendunt, snumnum Opificem per S. Benedictum landantes, qui suum auxilium ejus impendere dignatur veneratoribus. Mulier denique illa multa laude meritum ejusdem attollens Patris, in ea quam receperat sanitatem perseveravit usque ad suæ terminum vitæ. *F*

a Anno Christi 1036 cyclo Solis V^o ultra Dominicæ E. — hæc scripsi et monachus autipus apud Francos via late ab Busca in Præfatione ad Bobiliensem Floracensem occasione hujus loci — c Bucula dicti unico clypeo, iste uia manus uniuersa connectior, Fruerit nunc generice bucole prout herantur, et Trifontes buenze, buyke, ruyter, conuictas clypel derivata uox: unde etiam rotunda parva, quæ tota orbiculariter converta est latro sali pectinante levigando, cum clypeus quadratus utique idlongus majorum corporis partem protrect, nomen accepit, ut bukeler Trifontibus, Francos bouclier dicatur: nec ultimètus est istudius qui ab hædini peltibus quæ bukeler dici eredit, scit palladis ægida finzere Graeci.

CAPUT III.

Loquela moribundo ad Confessionem reddita.
Injurii S. Benedicti carie puniti. Ferrenum ligamen dissolutum.

C um sint reliqua quo seribimus misericordie opera, per Patrem Benedictum ab omnipotente Domino misericorditer impensa: unum tamen, quod proprie dici valcat misericordia opus, resorbe dignum duximus, tam pro sui dignitate quam pro

ACTORE
RODOLPH.
TORTAR.

monachus
ex vita

reversus
Floriacum
ager.

pecatorum
Confessionem
differens
loquela
oritur :

A congrue sumenda imitatione simili jure, si aliquando fuerit necesse; et ut clarior liqueat pia miseratio Patris Benedicti, quam propensis impedit eis, qui levi Christi iuglo sua subdere festinant colla, illius provocati magisterio. Quidam ergo nostrae congregationis monachus, Humbaldus dicebatur, qui aetate juvenis, dum in suis actibus strenuus videbatur, quanquam possessionum Floriacensi loco subditarum adeptus est intelam, Almeri curtis videlicet, ac carnis que ei subjacent. Quibus cum fere annis tribus perdurasset praepositus, disposuit aliquando more solito Floriacum revisere, gestiens nosse, utrum omnia apud suos convives agerentur prospere. Coptum itaque iter agens, contigit ipsum in via graviter infirmari; sed nullatenus molestiae cedens, licet quotilibet langor ingravesceret, tandem moribundus, nimis tedio fatigata Floriaco sui compos desiderii intulit membra. Tbi dum morbo contractis viribus in lecto decumberet, visitatus a Fratibus admonetur, quatenus sui menor in extremis, Abbati seu cui liberet Seniorum propria confiteretur peccata. Qui corvinam temulatus vocem,cepit promittere, in crastinum se quod monebatur acturum. Miror nimis, que obliuio illius insederat menti, cum id maxime studium omni fore debet Christiano. **B** presertim monacho, si peccaverit, quod humanum est; ut statim currat ad medelam, confitendo scilicet proprium alieni religioso commissum. Quod si etiam a noxiis criminibus Omnipotentis munere immunitus habetur, immunitatis lamen est custodia, reum sole credere et confiteri omni hora juxta legis summa sanctita: tunc vero praeципue, cum pulsatus vel modica molestia, quatenus semper de se securior existat. Is ergo, de quo dicere coepimus, segregatus, a suis etiam intibus iterum atque iterum de eodem pulsatus amnis, eras semper differendo sicut et certis promittebat: neque aliquo ab ipso potuit extorqueri pacto. Confessionis remedia subi velle adhibere. Hoc tandem respondit, donec amissa voce protinus loqui destitui. Comperientes deinde Fratres ipsum omnino, consternati animo, ignorabant quo se verterent. metuentes Fratris illius conscientium aliquip maximi facinoris macta pollutam, quod nec in extremis ausus fuerit manifestare. Mota ergo in Capitulo questione, quid agi deberet super hac re, formidantibus omnibus de Fratris illius salute; unus eorum, nomine Gauthbertus, vir timoratus (qui etiam Abbatie officio funetus fuerat, sed sibi subjectorum mores nequaquam emendare valens, remittians nomini quod in cassum tenet), Floriacum amore Patris Benedicti (expeterat) taliter intulit: Miror vos, fratres, viros sapientes super huc negotio sic pendulos, cum habentis in praesenti tantum Patronum, legis vestrae sanctitatem, praerogativa mirabiliorum preclarorum. Si placet itaque vobis meum consilium, ingressi monasterium eorum ipso terra prosternamus, pluemus per ipsum iram summi Iudicis cantata Letania cum septem Psalmis. Andita Fratres sapientis viri exhortatione, acclamare quod suggesterat debore fieri. Ergo prostrati pavimento ante tunulum Patris, paliebant Letanias cum septem Psalmis. Quidam expletis, conjungunt Fratris iegrotanti Fratrem quendam sancto mentis virum, nomine Milonem, qui dum eum nomine proprio vocasset, illi quasi de sonno mortis evigilans, oculos aperuit, et sibi protinus resumpto sermone respondit: deinde admonitus, sua confessus est peccata. His peractis, viaticum sue salutis, corpus utique et Sanguinem Domini accipiens, vita decessit. Fratres vero exhilarati oppido, gratiarum actions retulerunt omnipotenti Domino, qui tam magnifice subvenire dignatus est per eos Fratri pertinere, Patris Benedicti merito.

recitatis
7 Psalms
cum Letanias
ad tunulum
S. Benedicti

loquitur,
confitetur
et viatio
manitur.

13 Albericus unus ex Prinoribus castri Castellonis, quod est situm super Lupam fluviolom, vesuna simulis agitatus, creberrimis depredationibus praedia saepius dicendi Patris devastabat, maxime illa, qua curli Martinicensi adjacent. Qua de re mandaverunt sibi tam Abbas Rainierius quam Fratres sub eo degentes, ut commissa corrigeret, et de cetero adversus Patrem Benedictum talia committere caveret: qui pro nihil dicens mandata, pessimis adjecit pejora. Dolentes vero Fratres, Patrem saepius nominandum contemptui haberi et famulos suos extenuari; inito consilio, concorditer praedonem illum, cum sibi in hoc scelere participantibus, auxiliematis nuncrone, ni cessaret et neglecta emendaret, militaretur. Item autem in malis perseverans, eorum excommunicationem quasi aliquod frivolum despexit: induratus animo, neglecta neglexit emendare, et a sua perversitate noluit cessare. Proinde Omnipotens, qui clamores humilium nequaquam spenit et qui gemitus viduarum et pupillorum ex alto prospicit, dignatus est consolari soh hac anxietate servos suos. Contigit enim, ut supradatus praefato dictaret exercitum Comitis Theobaldi, super habitatores castri, quod a secularibus vniis, turpi censemur vocabulo: a nobis vero, quibus prohibitum est turpiter loqui, Malum-talentum vocatur. Qui dum Dux in primo agmine iter faceret propter certem jam dictam Martinicensem, exterriti qui eam inhabitabant, videntes hominem sibi infestum cum tanta astre militum multitudine, exierunt ei obvii cum armis, in locis videlicet opportunitis ejusdem vici, ne patentibus sibi aditibus valeret eis aliquid inferre discriminis. Unde indignatus ille nequam, communis est cum multo juramento, perfecto negato quo tendebat, se omnes eos captos ducturum, insuper et vicum eumdem incensurum. Cui viri illi respondentis, dixerunt: Te quidem palam est multum posse, et velle nobis occidi habere: potens autem est Deus, meritis dominum nostri eius servi sumus Benedicti, ab intermissione a te potenter liberare nos calamitatibus. Ille enim voce numaci, equo calcariis concitato, quo tendebat perrexit: naser, qui cum Patrem Benedictum delubisset supplici voce, ut ei in auxilium esset, in tali discriminis ne periclitaretur exposcere; contestatus est, servos illius in praedam se ministrum, bona eorum directurum, et habitacula igni crematurum. Dum ergo pervenisset ad castrum superius relatum, adorsus illud cum prima quam regebat cohorte (reliquis enim exercitus cum Comite longe post sequebatur) cepit sagittis et diversis missilibus eos qui intus erant infestare. Arnati vero egressi portis castri ejusdem indigenae, in eo quod accidit, probati sunt strenue restituisse. Tendens enim quandam adversa partis arenam, jecit sagittam in Albericum, qui ea ietns super unum sonrum genuum, mox de equo em insidebat ita proclivus corruens, ut galea telluri illidetur, expiravit: et quas incassum adversus Patrem nostrum effuderat minas, perire permisit: nihil neque post vulnus acceptum longi valuit. Hujusmodi retributionem superho Deus ultionum Dominus reddidit.

16 Seguimus quoque hujus Alberici, de quo supra retulimus, tam carne quam militia germanus, nullatenus terrifici morte sui fratris territus est: deinde scelerator fratre evasit, majora adversus Patrem nostrum praesunens, multimoda crudelitate in famulos ejus grassatus. Qui post necem fratris, pro absolitione ejusdem Floriacum pervenit, et ea impetrata spoponderat se de vetero fidelem futurum et de proprio multa largitum. Sed omnia mentitus, pro fidei infidelis; pro largitore raptor effectus est. Hic ergo devium fratris iter ingressus, cepit et ipse rapinas exercere de Patris Benedicti possessionibus, ipsius

prado
bonorum
S. Benedicti

excommunic-
atur:

minatus
pejora,

miserere
n' oritur;

excommunic-
atus, post
n' oritem
absolvitur;

A ipsius famulos quos poterat capiens, et eorum bona diripiens, tanquam ultionem fratris de Patris Benedicti expeteret famulis: qui et ipse saepius admonitus, a sua cessare debere malitia, nullo modo acquevit. Ad extremum cum quadam die praedas de terra, quae curti Martiniaci adjacet, agens, suillum gregem minasset; directi sunt ad eum qui sua reperirent, et emendationem suaderent: qui abenentes, invenerunt eum in sua domo. Erat autem ipsa dominus lignea turris, quippe vir potens erat, ex nobilioribus indigenis ejusdem castri, cuius fuerat et Albericus. Turris ergo illa in superioribus suis sidatum habebat, ubi idem Seguinus cum sua manebat familia, colloquatur, convivabatur, et noctibus quiescebat. Porro in ejus inferioribus habebatur cellarium, diversi generis retinens apothecas, ad recipienda et conservandi humani vicius necessaria, idoneas. Solarii vero pavimentum, ut moris est, compactum erat dolatilibus trabeculis, que parum quidam habebant spissitudinis, sed aliquantum latitudinis, plurimum autem longitudinis. Denique, in hoc solario, qui missi fuerant, predictum virum reperiunt: qui eum convenientes, quae injuncta fuerant, mitiori sermone ei cooperunt recensere. At ille his quem mandabantur minime intendit; sed efferas animo, ore respondit furibundus, inquiens cum terribilibus juramentis, velle se impicisse monasterio S. Benedicti tantarum virium ignem, qui turres ejus combureret et quasque ei contiguas edes depascaret. Haec loquens stans in summo unius trabeculae quibus diximus solarii pavimentum constituisse: quae vix venenato evanuerat ore, cum trabeculae cui pedibus insistebat capit ruit, sublata in altum altera ejus extremitate. Ille vero deorsum capite corruens, tali lapsu est casu, ut caput ejus inter duas arcas, que in cellario (quod subesse solario diximus) erant, infigeretur instar cunei ligno impacti: reliquo corpore super unam earum arcarum rejecto. Facto clamore famuli domus in cellarium ruunt: reperiunt autem Dominum suum contractis cervicibus animam exhalasse: quem reportantes ad superiora, pro ejus morte subita amarissimas fundebant lacrymas. Hoc exitu obstructum est os loquentis iniqua. Renovata est in hoc perfido antiqua ejusdem Patris potentia: dum corridente Florentio, tota domus fabrica mansit illa, praeter solarium cui idea Florentius insistebat: sic et isto ruente, tota turris fabrica permanit integra, sola trabecula, cui superstebat ruinam passa.

B 17 Est quoddam praedium in Leonensi pago, quod vocatur Alsonia, Patri Benedicto a Leotherto viro probo olim attributum: ubi tantam miraculorum frequentiam idem Pater per gratiam sibi a Deo largitam ostendit, ut omnes ipsius nationis homines eundem locum maxima devotionis veneracione excolant. Denique Cruces aliquantum excelsas per gyrum coemeterii posuerunt, quas nemo summisperquisinimicu[m], quamvis exitial ejus odio detenus, transgredi audeat, si ad ecclesiam in eodem loco constructam confugium severit. Fugitiivi denique homicide, et quemque aliqua alia reatus sui auxitate cogente ad eundem confugerint locum, immunes existunt, quamdui infra coemeterii terminos sese continerint. Nemo aliquid furari seu aliquam fraudem de qualib[et] re alicui facere in eodem audet atrio. Contigit ergo die quadam venatores Adelardi cuiusdem nobilis viri, Advocati videlicet illius praedii, venatu redeentes, fessos ibidem cum suis resedisse canibus: cumque non haberent unde suis pastum canibus exhiberent, querimoniam suam ad Isaac quemdam prudentem referunt virum, quem frates Floriaceuses ipsi præficerant possessioni. Qui dum se ignorare quid agere valereut respondisset: in-

quiunt illi, de annonae Patris Benedicti, quae in eodem reservabatur loco, unum sextarium se presumpturos, ut inde cibus præpararetur canibus. At ille infert, nequaquam impune id eos posse perficere, suum vero nullatenus super hac temeritate habere consensum: timere, ne poena huius præsumptioni mox afflatura, in se, si accideret, relaberetur. Illi que dicobant pro nibilo ducentes, ut animo conceperant, annona quantum sibi videbatur auferunt? attritu molaram in sarcinam redigunt: suis exinde pastum bellus consciunt. Quos talibus saturos alimentis, imminent nocte, una includunt domuncula. Diluculo autem de suis cubilibus exurgunt, solitam venationi operam dare cupientes: adeuntesque cubilenum, in quo suos recluserant canes, januam ejus patescunt, et introspicentes, vident eos vita desecisse: alias prævimento toto prostratos corpore, quosdam resupinato ore mortuos jacere, alias parieti domus anterioribus vestigiis inhalerere, reductis capitis in terga. Quod cernentes, clamore sublatu femora sua palmis alii quatunt, alii complicitis manibus sonitum grandem cum voce querula emitunt: timebant enim portas a domino suo pro amissione canum juste sibi irrogandas. Diu ergo stupidæ admirationi et vocibus questuosis immorati, tandem recedunt, domino suo infortunium quod sibi acciderat, et quam severus ultior Pater Bene-
E dictus in eos extiterat, relaturi.

C 18 Alio quoque tempore dum milites propter emendum viculum bora jentandi iter carperent, divertirunt illuc: dumque ali cibos et quæque conessuris appararent idonea, unus eorum suo imput armiger: Cur, hominum inertissime, tanta te oppressit ignavia, ut aliqua non subministres tuis equis pabula, quandoq[ue] procurantur nobis epulaturis necessaria? At ille se nescire dicit, a quo quidquam fore vel palearum deposcere possit. Vade, ait, in pratum S. Benedicti, quod huic adjacet villa, et collecto herbæ fasce, quem solus valeas collo equi impunere, defer, et tuis appone animalibus. Ille præceptis domini sui parens, mutuata falce a quodam in pratum evolat: herbam totis viribus resecat, ut quantocuyus repedare valeat, ne sociorum defraudentur equis. Intereat dum ille illico instaret operi, vultus eum quidam de pagensis, et currrens ocyus munitavit prædicto Isaac villa Præposito: erat enim pratum illud contiguum domini ejus. Intuitus autem Isaac armigerum falce gramen prati præcedentem, a longe excelsiori exclamat voce: Quisnam es, o homo nefarie, qui contra fias temerator ingressus es Sancti pratum Benedicti? Egredere pestifer velocius, ne divina ultio celioris te disperdat. Ille autem voces contemnens momentis, in hac ludicra prorupit verba: Sanctus, ait, Benedictus hac vice hoc modicum mihi indulget facinus. Et facto herbæ fasciendo, sum repetit hospitium, suis animalibus exhibens pabulum. Deinde festinus properans ad dominum ubi sui convivabant comites, et ipse convivatus est cum eis. Consumptis itaque dapibus tinitoq[ue] jentaculo, propriua nuosquisque condens equum, tendere festina quo disponuerant: contemptor autem Benedicti Patris postremus omnium de villa egreditur. Credo aliquantulum herbæ superfluisse, quam ut suis consumeret equus expectabat: et ipse denunciat ut suis conjungeretur sociis, qui longinsecule jam aherant, equo calcariibus admisso, eos insequi conatur. Sed antequam de villa exiret, equus præcepit in terram eadens, collisa cervice, mortuus ruit. Eques qui ei insidelat et ipse labitur, contractoque femore, ab humo nisi aliorum ulms sublevatus surgere nequit. Concurrente turbad tam subitam divini exanimis vindictam, et ipse Isaac adfuit, increpans miserum his verbis: Nonne tibi dixeram miserabilis,
F equo subtili
marie plexo,
femur
frangit?

D
ACTONE
RODOLPH.
TORTIN.
canes
renaturum
annonæ
S. Benedicti
pasti

omnes reperti
mane mortui.

*ejus frater
peior n
rapientis
bonis
S. Benedicti,*

*jura in
periculum
Floriaci,*

*contractis
cervicibus
pert.*

nu 8 Vitæ

*S. Benedictus
la pago
Leymansi
clare
miraculæ*

C

*Cruces in
coemeterio
et aaylum :*

et emendationem suaderent: qui abenentes, invenerunt eum in sua domo. Erat autem ipsa dominus lignea turris, quippe vir potens erat, ex nobilioribus indigenis ejusdem castri, cuius fuerat et Albericus. Turris ergo illa in superioribus suis sidatum habebat, ubi idem Seguinus cum sua manebat familia, colloquatur, convivabatur, et noctibus quiescebat. Porro in ejus inferioribus habebatur cellarium, diversi generis retinens apothecas, ad recipienda et conservandi humani vicius necessaria, idoneas. Solarii vero pavimentum, ut moris est, compactum erat dolatilibus trabeculis, que parum quidam habebant spissitudinis, sed aliquantum latitudinis, plurimum autem longitudinis. Denique, in hoc solario, qui missi fuerant, predictum virum reperiunt: qui eum convenientes, quae injuncta fuerant, mitiori sermone ei cooperunt recensere. At ille his quem mandabantur minime intendit; sed efferas animo, ore respondit furibundus, inquiens cum terribilibus juramentis, velle se impicisse monasterio S. Benedicti tantarum virium ignem, qui turres ejus combureret et quasque ei contiguas edes depascaret. Haec loquens stans in summo unius trabeculae quibus diximus solarii pavimentum constituisse: quae vix venenato evanuerat ore, cum trabeculae cui pedibus insistebat capit ruit, sublata in altum altera ejus extremitate. Ille vero deorsum capite corruens, tali lapsu est casu, ut caput ejus inter duas arcas, que in cellario (quod subesse solario diximus) erant, infigeretur instar cunei ligno impacti: reliquo corpore super unam earum arcarum rejecto. Facto clamore famuli domus in cellarium ruunt: reperiunt autem Dominum suum contractis cervicibus animam exhalasse: quem reportantes ad superiora, pro ejus morte subita amarissimas fundebant lacrymas. Hoc exitu obstructum est os loquentis iniqua. Renovata est in hoc perfido antiqua ejusdem Patris potentia: dum corridente Florentio, tota domus fabrica mansit illa, praeter solarium cui idea Florentius insistebat: sic et isto ruente, tota turris fabrica permanit integra, sola trabecula, cui superstebat ruinam passa.

B 17 Est quoddam praedium in Leonensi pago, quod vocatur Alsonia, Patri Benedicto a Leotherto viro probo olim attributum: ubi tantam miraculorum frequentiam idem Pater per gratiam sibi a Deo largitam ostendit, ut omnes ipsius nationis homines eundem locum maxima devotionis veneracione excolant. Denique Cruces aliquantum excelsas per gyrum coemeterii posuerunt, quas nemo summisperquisinimicu[m], quamvis exitial ejus odio detenus, transgredi audeat, si ad ecclesiam in eodem loco constructam confugium severit. Fugitiivi denique homicide, et quemque aliqua alia reatus sui auxitate cogente ad eundem confugerint locum, immunes existunt, quamdui infra coemeterii terminos sese continerint. Nemo aliquid furari seu aliquam fraudem de qualib[et] re alicui facere in eodem audet atrio. Contigit ergo die quadam venatores Adelardi cuiusdem nobilis viri, Advocati videlicet illius praedii, venatu redeentes, fessos ibidem cum suis resedisse canibus: cumque non haberent unde suis pastum canibus exhiberent, querimoniam suam ad Isaac quemdam prudentem referunt virum, quem frates Floriaceuses ipsi præficerant possessioni. Qui dum se ignorare quid agere valereut respondisset: in-

quiunt illi, de annonae Patris Benedicti, quae in eodem reservabatur loco, unum sextarium se presumpturos, ut inde cibus præpararetur canibus. At ille infert, nequaquam impune id eos posse perficere, suum vero nullatenus super hac temeritate habere consensum: timere, ne poena huius præsumptioni mox afflatura, in se, si accideret, relaberetur. Illi que dicobant pro nibilo ducentes, ut animo conceperant, annona quantum sibi videbatur auferunt? attritu molaram in sarcinam redigunt: suis exinde pastum bellus consciunt. Quos talibus saturos alimentis, imminent nocte, una includunt domuncula. Diluculo autem de suis cubilibus exurgunt, solitam venationi operam dare cupientes: adeuntesque cubilenum, in quo suos recluserant canes, januam ejus patescunt, et introspicentes, vident eos vita desecisse: alias prævimento toto prostratos corpore, quosdam resupinato ore mortuos jacere, alias parieti domus anterioribus vestigiis inhalerere, reductis capitis in terga. Quod cernentes, clamore sublatu femora sua palmis alii quatunt, alii complicitis manibus sonitum grandem cum voce querula emitunt: timebant enim portas a domino suo pro amissione canum juste sibi irrogandas. Diu ergo stupidæ admirationi et vocibus questuosis immorati, tandem recedunt, domino suo infortunium quod sibi acciderat, et quam severus ultior Pater Bene-
E dictus in eos extiterat, relaturi.

C 18 Alio quoque tempore dum milites propter emendum viculum bora jentandi iter carperent, divertirunt illuc: dumque ali cibos et quæque conessuris appararent idonea, unus eorum suo imput armiger: Cur, hominum inertissime, tanta te oppressit ignavia, ut aliqua non subministres tuis equis pabula, quandoq[ue] procurantur nobis epulaturis necessaria? At ille se nescire dicit, a quo quidquam fore vel palearum deposcere possit. Vade, ait, in pratum S. Benedicti, quod huic adjacet villa, et collecto herbæ fasce, quem solus valeas collo equi impunere, defer, et tuis appone animalibus. Ille præceptis domini sui parens, mutuata falce a quodam in pratum evolat: herbam totis viribus resecat, ut quantocuyus repedare valeat, ne sociorum defraudentur equis. Intereat dum ille illico instaret operi, vultus eum quidam de pagensis, et currrens ocyus munitavit prædicto Isaac villa Præposito: erat enim pratum illud contiguum domini ejus. Intuitus autem Isaac armigerum falce gramen prati præcedentem, a longe excelsiori exclamat voce: Quisnam es, o homo nefarie, qui contra fias temerator ingressus es Sancti pratum Benedicti? Egredere pestifer velocius, ne divina ultio celioris te disperdat. Ille autem voces contemnens momentis, in hac ludicra prorupit verba: Sanctus, ait, Benedictus hac vice hoc modicum mihi indulget facinus. Et facto herbæ fasciendo, sum repetit hospitium, suis animalibus exhibens pabulum. Deinde festinus properans ad dominum ubi sui convivabant comites, et ipse convivatus est cum eis. Consumptis itaque dapibus tinitoq[ue] jentaculo, propriua nuosquisque condens equum, tendere festina quo disponuerant: contemptor autem Benedicti Patris postremus omnium de villa egreditur. Credo aliquantulum herbæ superfluisse, quam ut suis consumeret equus expectabat: et ipse denunciat ut suis conjungeretur sociis, qui longinsecule jam aherant, equo calcariibus admisso, eos insequi conatur. Sed antequam de villa exiret, equus præcepit in terram eadens, collisa cervice, mortuus ruit. Eques qui ei insidelat et ipse labitur, contractoque femore, ab humo nisi aliorum ulms sublevatus surgere nequit. Concurrente turbad tam subitam divini exanimis vindictam, et ipse Isaac adfuit, increpans miserum his verbis: Nonne tibi dixeram miserabilis,
F equo subtili
marie plexo,
femur
frangit?

B. Denedictum

ACTORE
RODOLPH.
TORTAR.
quodam
assumpio
ferre
liganare,
a

*Liberatur
ad altare
S. Benedicti*

A B. Benedictum suas injurias nequaquam diu dimittere inuitas? Sed quia mihi credere renuisti: ecce, contritis membris, jaces inutilis.

19 Quidam pro admissis a se criminibus metuens diem extremi examinis, ut summi Judicis sibi metum placaret, sua ferro a ligari fecerat brachia, et quamplurima peragrans terrarum spatia, Sanctorum expediti loca multorum, gemitibus exorans crebris, que ipsius redarguebant conscientiam, deleri scelerata. Porro hoc per aliquot vigilanter continuans recursus annos, licet fideliter adstipulari debeat, quorum memorias Beatorum adierat, eos Omnipotenter pro absolutione facinorum ipsius exorasse; tamen nullius manifestari opem persensisse videbatur. Hac etenim illius exstabat fides, ut postquam a pio Judice ejus remitteretur peccatum, mox subsequetur solutio brachiorum. Dum ergo circumquaque discurrit, Patris Benedicti suffragium sibi utile fore confidens, Floriacum attigit: et majorem ingrediens ecclesiam, in qua ejusdem Patris sacratissima requiescent ossa, devota precum libamina, ante singulas perlustrando aras Leo offerebat. Perveniens autem ad aram Dei Genitricis, que pone se habeat altare saepius nominandi Patris, protensis in coelum manibus, omnipotentem Dominum precehatur attentus, sua sibi relaxari debita, Dei Genitricem cum endem Patre frequentius invocans. Et dum intentus eiderit esset orationi, subito rupto clavo, quo ferrum constringebatur vinculum, ferrum in pavimentum dato crepitu resilivit. Atille solutum se cernes, et in eadem solutione visibili, peccaminum invisibilia vincula relaxata intelligens, exhilaratus oppido indubibili tripudavit gudio, proclamans omnipotenti Domino laudes, ac Dei Genitrici Patrique immuera reddens gratiarum actiones.

a De feceli circuitis, ubi Episcopis nat Pesthyteris in pauperium olim impiorum soliti, secundum inter miracula Sanctorum priument, ut 28 Iuniorum in Miraculo S. Joannis Abbatie Romanae pag. 86^o et segg.

CAPUT IV.

Pestis subtata ope SS. Benedicti et Mauri Martyris: hujus alia miracula.

E Xigente mole peccaminum, acridit aliquando ferventissimam per aliquot menses continari siccitudinem, sudore solis suo fervore omnia aceris solito perirent: unde contigit Floriacense graviter affligi, durissima per aliquantum temporis in homines deserviente pestilentia. Cerneret domos vacinas perennite subito patrifamilias cum prole et tota clientela: promptaria vno redundantia, arcus triticis videlicet referatas, et non erat, qui attingere aperiret, arescentibus hominibus pro timore qui supervenerat universis: quippe eum, cum quo modo loquebaris, mox asperges vel audires interrisse inaudito necis genere. Sentiebat aliquis sese pangit subiti punctatione, vel in humeris vel in brachiiis, seu femore, pectore, ventre: et extemplo in terram corrensus, moriebatur. Iluc intemperabilis hies aliquot mensis recursibus Floriacum obtulerat. Decrevit itaque tam Fratres quam eneta ejusdem loci plebs, sacra celeberrimi Martyris a Mauri membra, cum Letaniis processionalem deferre ad noctrem ipsius burgi Ecclesiam, que in honore testis Christi Sebastiani eudem Christo dicata erat: confidentes Salvatorem, meritis sui fideli, cuius Reliquie deportarentur, precibusque Patris Benedicti placutum, plebis sua misericordia. Condito ergo die, discentieatus pedes, lacrymis perfusus, tam sacer Ordo quam populus, cum parvulis et mulieribus, heati Martyris membra dnobus ex Clero pro consuetudine in humeris gestantibus cum Letaniarum supplicatione, ad supradictam pervenient ecclesiam: ubi quanti

profusi gemitus ex intimis cordium fuerint, quantae D lacrymac effusio, quanta precum vota omnipotenti Deo oblata, nimium difficile est prosequi. Expleta ergo ex more Missarum celebratione, redunt quisque ad sua, praestolantes omnipotentis Dei imminentiam clementiam, que non diu absuit. Namque mox, sicco excluso Aquilone, humidus Auster libero volatu, Floriacos perlans campos, omnia roriluis humectavit pennis, que solis fervor arida reddiderat, largo imbre irrigans sola: Corpora quoque tam hominum quam reliquiorum animalium grafo relevans temperamento, omnem prorsus in eis extinxit ardorem. Cessante itaque immoderato solis fervore, cessavit et pestis invisa: nec deinceps praeter consuetum morem in eodem aliquis loco eo tempore obiit. Porro qui a tanta liberati fuerant clade, totis precordiis omnipotenti Domino debitam persolvunt laudes, beato Martyri Munro Patrique Benedicto meritas agentes gratiarum actiones.

21 Paucis diebus revolutis eadem pestisera hies invasit incolas castri, quod Gordonicum vocatur, in pago Biturico situm. Sole denique vires solito maiores exerente, tanto ardore Gallicam regionem torruit, ut fontes, qui toto pene hactenus aeo fluxerant, siccatis, nequam consuetum suis potum praebere sufficerent aecolis: tellus vero hincis passim fissa rimis, pandebat hiatus creberimos et solito profundiores. Preinde amnes largillui, qui instar alyssi magne oneriferas vectare consueverant naves, exsiccati alveis, amissio navigii usu, transitum duodenim praebeant pueri, si necessarium forat pedibus transire. Quid de pratorum retexan exustione? Quae viroris decore astatim tempore vestiri solent graminibus, speciem lapidis Smaraglini emulantibus: quae astu solis attrita sic aruerant, quasi unaquam aliiquid humoris habuissent. Porro tot et tantas nostre aetati inexpectatas rerunas comitabantur mortisera hies, quae humanoem corporum inumeras quotidie dabat strages: que hies maxime incolas supraspati anguebat castri, cum reliqua clades pene toti dominarentur Gallico orbis. Nihil in eo apparet castro, nisi mortis imago: omnia plena luctus, plena mortoris, plena doloris: nusquam risus, nusquam cordis levitas, nusquam vulnus hilaritus, omnes submissis in terra gradiebantur oculis: noui ibi exaudiiebantur voces existantium, non mulierum tunnuli concrepabant cantus choros ducentum, nulla in plateis plebis frequentia. Et mirum quod in tam populoso oppido vix rara aut nulla, metu mortis cunctos percurrente, videlicet conventione: decor mulierum, puerorum luscivias, juvenum petulautia, varius vestium ornatus, in pullas commutatus fuerat anictus: nec immemrito, vix enim aliqua immunis a cadavere inili reperiebat domum: quippe cum quo aliquid tractabas, modo homo, post paululum tiebat cadaver. Moriente aliqui, querere solemus vespillones, qui defuncto procurerent sepulturam: ibi vero, antequam sciretur, qui in eis mortniponi deberent, quamplurimae ab illius officiis ministris siebant fossae, certis nullatenus mercede sui laboris se posse fraudari. His et amphoribus oppidanis iam dicti castri coartari malis, tandem redit ad memoriam, qualiter omnipotens Dominus per beatum Martyrem Maurum comitantibus Patris Benedicti meritis, de clementissima peste superioribus annis Floriacenses liberavit. Consilio ergo inito, decernunt prudentes Floriacum dirigere viros, qui communem populi preces Fratribus intimarent Floriacensibus, quatenus Christicole suffragari non distulerant plebi gregatim percurrenti, deportato corpore ad eos jam dicti Martyris, cum Benedicti Patris reliquiis. Venientibus ergo Floriacum legatis, et rem pro qua venerant ex ordine prophanibus, durum quidem Fratribus videbatur, glriosum Martylem

*In Gordonteo
castro ex
magna
secutae,
E*

*pestifera hie
grassante,*

*defertur et
corpus
S. Mauri*

*cum reliquis
S. Benedicti.*

F

*destitutus
Floraci
pesti.*

a
*detulit in
processione
reliquias
S. Mauri
et invocato
S. Benedicto*

A Floriaco extrahere et vel modico terrarum ab eo divelli spatio; cum post sanctissimum Patrem in ipso maxima spes illorum sita foret; duris tamen quibusque sanioris consilii visum est, si tantam plebem, praesertim Patris Benedicti dilectionem, perire sinearent: maxime cum certum haberent, celeriter illi posse subveniri, et fides potentium hoc apud se retineret. Assumpto igitur quialam religiosorum Fratrum celeberrimo Martyre, cum sacratissimis Patris Benedicti pignoribus, honesto comitum tam Clericorum quam Laicorum vallati agmine, ut tantum decebat Martyrem, ad destinatum pervenient locum. Comperito Gordonicenses, ad quos tendebant, eorum adventu, obviam ruunt omnis sexus omnisque aetas: senes jam decrepiti incurva baculo sustentantes membra, pueruli etiam, quos modo aetas ad frequentationem habiles reddiderat, quibus poterant verbis ad accelerandum sibi optulari rogabant. Innumeros namque gaudium eorum replebat corda, quoniam quas toto mensis desiderio videre exoptaverant, beatissimi videlicet Mauri, aspiciebant Reliquias: securi iam de sua per eum salute, quem apud omnipotentem Dominum, tantum audierant posse. Occurrunt etiam cum maximo tripudio S. Satyri Canonici, albis induiti vestibus, superamiceti holosericis cappis, Crucibus, cereis thoribusque thymianate vaporantibus premissis. Dederunt beatissimus Martyr hac populi frequentia usque ad castris superiora, quod situm est, ut recolunt qui viderunt, in præteriti collis eminentia. Expositis ergo in plantis ejusdem oppidi cupis, defertur vnum certatio in amphoris et aliis vasis deportando vino aptatis, et funditur in eis, quatenus lotu feretro, quo beati Martyris continebant membra, ex illa potione quasi de ipsis sacris condita membris, velut de confectione aliquia medicinali omnes potarentur. Videntes nonnullorum cattervatim confluere universæ aetatis sexum, deserre cyathos, seyphos, crateres, et cujusque generis vascula ad suscipiendum potum. Suscepto ergo in suo quisque calice illius medicaminis haustu, nequaque aliquid, ut fieri assolet, exinde domi residentibus deportabat, priusquam sufficienter resiceretur: mentens si vel modica postquam suscepserat morula intercederet, ne subita lues se perimeret. Etenim qui amplius ex eodem potum hanrire poterat, atrophorein salutein sese promeritum sperabat. Refecti igitur eo afflatis omnes (ceterum idem castrum præ ceteris vino abundat, et gaudium erat cuique qui illud probare valebat) rogant obnixe, quo beatus Martyr per vios et plateas ejusdem circumferunt oppidi, ut pestifera lnes ejus praesentium fugiens a cunctis ipsius pelleretur angulis. Hoc facto, eorum extemplo ventus leni spiramine aerem in nubes eugere, polus deinde obscurari densitate nubium: nec mora, ut solet in Aprili descendere pluvia, levi aurarum surro imber gratissimus placido lapsu sese infudit sicutis telluris in gremium; depellens noctivum, qui diu lugubri dominatus mundo fuerat, solis ardorem. Porro expulsa mox clades illa mortifera, quo multas mortalium strages illis in locis inexperto edidat more: lustrante fines illos beato Martyre, neminem hominum inhibi insuetu deinceps modo ausa est attingere. Denique erati ab immanni periculo, non est in promptu dicere quanto trappidabant gaudio, persolentes laudum cantica omnipotenti Domino, qui per suum fidelissimum testem a subta mortis discriminé dignatus est eos eripere. Nostri nihilominus Legislatoris amore devincti, ejus meritum sublimis attollunt preeconio vocis: qui tantum habere meruerit contubernalem, per quem ipsius Patris junctis precibus imminentem evaserint mortem? Proinde quanta fuerint munera donaria, quibus perpendere potest dum unusquisque præcipua,

que babet, offerre festinat, ne alias se devotior appearat. Siquidem per triduum detinent suum salutiferum hospitem; ut certiores facti de concessa salute, nulla jam formido ipsius pestis in eorum resideret mente. In quarto demum die cum hymnis et cantis tanto Martyre dignis ejus persequuntur feretrum per longius via spatium, valedicentesque illi, ad propria sunt regressi. Fratres itaque Floriacum repedantes, narrant residuis, que fecerit magnalia Iomini omnipotens fidelium suorum meritis. Qui gratulabundi landes exinde referunt omnium Creatori, Beati Martyris Patrisque sui precibus sese commendantes attentius.

AUCTOR
RODOLPH.
TORTAR.

referuntur.

22 Nulli videatur onerosum, si duo subnectamus capitula, ad laudem hujus presentis sanctissimi Martyris, referentes mira, quae per eum omnipotens Dominus ostendere dignatus est, opera, in duabus longius a se remotis regionibus, in quibus ejus sacratissima continent pignora. Prius tamen compendiose intimandum rem ignorantibus, quoniam dum ipsius honorandæ Floriacum translatæ forent Reliquiae, Fratres Floriacenses duo venerabilia ejus brachiorum ossa in duabus sui juris possessionibus posnerunt, ad subsidium videlicet et tutelam earum: quarum altera Diacus mucupatur, in partibus sita Burgundie, territorio videlicet Tornolorum: alterius, licet minus consequens in scripto annotari habetur vocabulum, quoniam est barbarum; tamen sicut profertur, barbare annotavimus: vocatur itaque Pontons, in regione posita Gasconie. Ergo, apud Diacum quidam ejusdem loci habebatur villicus, nomine Joscelinus: qui dum in multis alter quam ipsocebat ageret, extricando suorum censum dominorum, usurpando per fraudem redditus agrorum, subripiendo bona rusticorum sibi communis runa; post plurimas objurgationes, quibus ut se a ruitus suis pravis corrigeret actibus communitus, quia nequaquam emendatus est; a Reinerio, ejus possessio-nis tunc Preposito, postmodum Abbe, quarundam caussarum rationem reddere cogitur infideliter a se gestarum. Judicari deinde more ventilata earam rerum questione, definitum est cum debere jumento sibi coligeta resellere: quia infiebatur omnia illa, de quibus criminalabatur. Respondet ille, se alacriter iurorundum facturum. Nec moratus duntius jam dictus Prepositus, jnbet afferri eorum superius memoratas Beati Martyris Reliquias. At miserabilis Joscelinus, quoniam eum sua reprehenderet conscientia, formidine Prepositi sui compellente, præsumit sacris pignoribus tenere manum imponeare. Peracto vero sacramento, sicut dictaverant qui illud fieri adjudicaverant, improbus pejerator jam securus, quoniam illico minime ipsum percederat divina ultro, hilari vultu, proacibus verbis, quam prolixam habebat, barba mento tensa comprehensa. Per hanc, inquit, barbam, salvum feci sacramentum. Quo dicto, tota veluti eam comprehendenter manum proseepta est barba: reliquo quo vixit tempore, mento penitus perseverante in barbae privatione. Manifestata igitur luce clarius ejus infidelitate, justo iudicio amissa vilificatione, ulterius nec ipse nec soboles ejus potuit villicare: expertus beatum Martyrem admirans virtutis fore, quem prius debita nequaque veneratus fuerat reverentia.

2 Ossa
S. Mauri ad
2 v. illas
deferuntur:

ad Reliquias
S. Mauri
aurus falso
jurare,

b
barbam
avulsi:

C

per vios
opodi
circumferunt.

ex quo omnes
bibunt;

et cessante
lue

oblisque
donis,

B

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

23 Proterea b Comite Pictavensem in expeditionem Jerosolymitanam multa armatorum milia ducente, c uxor ipsius curam agebat provinciarum potestati sue subtilitatu: unde factum est, dum Gasconiam peragraret, ut transmaris Garonna, limes ejusdem regionis attingeret, in quibus positus est locus superioris memoratus Pontons, videlicet in pago Ausensi, super flumen Adurium, ditioni Floriacensem Fratrum subditos: ubi, ut diximus, jam dicti

41 Alio quoque tempore quidam juvenis, qui per multum tempus linguae amiserat officium, permanens mutus, Patriciacum advenit: cupiens oris soluto vinculo, linguae sua plectrum resumere amissum officium. Hic una dierum, dum Fratres hora invitante nona persolverent omnipotenti Domino Psalmorum pensum; adfuit inter eos in choro illis psallentibus, a quibus ad aram usque Dei Genitricis perductus, astitit coram. Fundens itaque attentius corde, quoniam nullatenus poterat ore, precum suarum Salvatorum Domino vota, precabatur sibi misseri, per patris Benedicti merita: allegans ipsi Domino suam orationem per eundem Patrem, quem exoptabat fieri pro se intercessorem: cuius quamcunque persensit, quam fideliter expetierat, opem. Denique claustris oris ejus patefactis, attemp-

B tare coepit ejus lingua proflexus varios, recolligere perplexos loquendi modos, et quae diutissime in dentium sepulcro velut emortua jacuerat, redivivo sermone, quasi pullulantia primum germina, prima verba proferendo personabat. Incertus hic nimis aliquid momentis extitit, utrum munere sibi nuperime attributo hiceret frui assiduo, donec ipsa experientia addidicit, sese perfecte usum h-quel recepisse. Tripudians autem de tam larga in se ostensa Patris Benedicti munificentia, talionem quem valuit gratanter retribuere minime distulit: quippe corruerat pars maxima testudinis lapidea ipsius ecclesiae a parte Aquilonali, cujus fundamento, quoniam minus roboris habuerat, penitus eruto, construere firmius Fratres, ut eadem testudo robustiori superposita fundamini firmior fore, instituerunt. In eius aedifici constructione, idem juvenis strenuus, sedulus perseveravit operarius: quandom ad plenum consummaretur. Nam postmodum, gratiarum actione Patri Benedicto redditia et a Fratribus licentia accepta, repedavit ovans ad propria.

42 Quedam puella, habitum privatione excludente, orbatis utrisque luminibus circa facta fuerat; et ut est consuetudinis lumine solis hujus privatis, viuacioris ingenii lumen mentes eorum clarius irradiare: quia minus de timore omnipotenti Domini recto, et statim modicitate impeditare, habuerat, coepit esse timorata amplius, et in ipsis amorem Domini ferventior. Et ut solet corporis gravati debilitate robustiores fieri mente; sollicitior facta ad Domini cultum, frequentabat ecclesiam, petens ejus indefessam clementiam, quatenus ipsius verum relevare dignaretur. Perpendens vero, sese ad nullatenus posse propriis assequi precibus; nisi aliquos fidelium ipsius internumtios haberet, qui suam petitionem acceptius praesentarent; circumibat innotiorum memorias Sanctorum, et quos propinquiores ipsi omnipotenti Domino clarioribus fore audierat meritis, adoratos sibi adsciscens, crebrius nominatum suis interpellabat obsecrationibus. Pluebus igitur excursis locis, sed minime quem exopliaverat, miseratione Sanctorum quos expetierat, fulgorem oculorum lucrata: adiens Patriciacum petit Patrem sanctum, quem auditu cognoverat clarificari assiduitate miraculorum. Cuius exposcens patricinium, dum in ejus assistenter oratorio, interpellabat ipsum corde devoto, quatenus ejus interventu reaccendi mererentur lumen ejus munere divino. Pulsatus ergo Dominus

omnipotens ipsius Patris precibus, exadivit postulationem paupercule; accendens ejus pupillas redi- vivo lumine: expulsisque cecitatis umbris, concessit sibi intuericlare fulgorem rutilantis Phoebi. Quae impensis exhilarata de sibi restitutis obtutibus, haud facile est explanare quanta animi alacritate rerum omnium Conditor, laudes letabunda persol- verit: Patri autem Benedicto, per quem tanta pro- meruerat beneficia, diebus vita sue omnibus extitit fidelis famula.

43 Quidam nobilium, Gaufredus nomine, prepo- tens vir, dominus castri quod Sinemurus vocatur, nimis capitis infirmitate oppressus, mentis inops ef- fectus, totam funditus perdilit memoriam. Unde omni- nis ejus clientela, qui in obsequio illius non pauca deserviebant, mente consernata super suo Domino, questibus et lamentis expers consili, omnem suam impendebat operam. Quique etiam viri illustres, qui seu affinitate seu amicitia seu beneficio illi adjuncti videbantur, super hoc ipsius infortunio valde afflicti non minima detinebant cordis angustia. Communi- igitur consilio inito, statuerunt debere eum invicare peregrinationem ad virtutis Sanctorum, Apostoli videlicet Petri in Cluniaco conobio, B. Philiberti apud Turnucum, et aliorum Sanctorum, quorun nomina latissime fulgentibus divulgantur meritis, in illa re- gione. Quid statutum, communagno apparatu certatim explore adoriantur famuli illius. Denique hand contemptibili obsequantium comitatus famulitio, peragravit magnorum loca Sanctorum: qui hoc opus ve- nerandores servantes Patri, nullatenus voluerunt eum pristina restituere sospitati. Ergo tandem recordati qui eum ducebat, Magnum Patrem magna apud Patriciacum solere operari, illic gressum dirigunt. Quos adventantes cum suo domino, in domo hospiti- tum suscipiunt Fratres, et ut idem Pater, impunit. Nam divitum terror ipse sibi exigithonorem: honori- fice per tres fere hebdomadas, quibus apud eos mansit cum suis est habitus. Siquidem toto illo, quo cum eis deguit tempore, oratione pro eo directa ad aures omnipotentis Domini, sacrificque pignoribus lotis mero, sibiisque in potu dato, obtinuit salutem, quam expetiebat. Quia de re gratias agens omnium Conditor Patrique Benedicto, per quem mernerat sanari, reversus est ovans ad sua, congratulantibus suis omnibus benevolis.

44 Translatio Patris ejusdem agebatur, quae res- tatis tempore, per omnem Galiam, singulis velo- bratur annis. Est autem moris eorum, qui de fami- lia ipsius Patris progeniem sese ducere gratulantur, ad quemcumque locum Patriciacum vicuum incolant, ad idem festum occurrente, et lychinos, quos coram altari sui accendant domini, ob devotionem afferre. Inter reliquias igitur, quidam eorum Rothertus nomine, incola castri, quod Luciacus vocatur, venire festi- nans, haud spernendae quantitatis lychium, sui af- fectum animi erga eundem Patrem declarans, ob- tulit. Quem in Vigilia solennitatis ascendere faciens, rogavit editus sacra basilica, quatenus per totum festi diem suos non extingueretur lychinus, sed co- ruscantibus flammis in sequens perduraret mane: quod absque difficultate apud eos obtinuit. Ergo ac- census cum aliis quampluribus, a diversi sexus per- sons itidem oblatis, arsit per totam illam sacram noctem diemque festum, donec solennis Missa con- summaretur celebratio: qua expleta, Fratres fessa vigilandi et psallendi labore corpora solito copiosius relevaturi dominum refectione intrarunt. Porro Ap- crisiarius ipsius sacri loci, sane vir modestus, Iterius nomine, laico cuiusdam qui sub eo ipsius basilica ex- cubias observare solebat, Dagoberto nomine, inflit: Mi Frater, quoniam cum teteris pransuris et ego tempore disposui prandere, tu, custos pervigil, cave, ne ah- ardens, quam

D
ARCTORE
RODOLPH
TORTAR
S. Benedict
meritis
illuminaur :

ex nuncio
capitis dolore
detenus,

post peregr-
nationem ad
virtutis
Sanctos
E

apud
S. Benedictum
de Patricino,

sanatur
potato vino,
quo erant
loti reliquiæ:

in festo
Translatio
S. Benedicti,

est concursus
servorum
S. Benedicti
Patriciae, um-
ce. vos
adferentium;

cereus
tempore
prandii:
ardens,

*Videm
mutus*

*lingue usum
recipit.*

puerilicia,

*ad varios
Sanctos
peregrinata,*

Patriciae

AUCTORE
RODOLPH.
TOBTAR.

Leprosus in
oratione
cu' horribus
vestimentis
oratam

ea non
aduersit:

Aquam in hoc spatio incurramus negligentiam. Investigare ne aliqua malignae voluntatis persona, hanc basilicam sit ingressa, cupiens aliquod nobis inferre detrimentum. Custodito ne aliquis ex fulgurantibus lycnis in altari decidens, dama inferat vel modica. Et ut certiores simus circumspiciamus eosdem, quatenus candelabris affixi sunt, lycnos. His peroratis, quae proponerant peragunt. Lycnum autem illum, de quo corpit agere sermo, propter aram gloriosam Dei Genitricis, qua in eadem ecclesia primum obtinetur, statuunt: macroni arctis imprimentes candelabri, de ejus confisi crassitudine. Quibus patratis Frater supradictus, ad prandium accedit, cum ceteris refecti. Qui vero ad custodiandum reliktus est laicus, in assignatis sibi minus quam debuerat oecopatus, alteragebat. Lycnum ergo ille, quem iuxta aram Dei Genitricis positum fore diximus, super eamdem concidit aram, et tali tempore cera emolita: aram autem ipsa, ab diem solenpem cultioribus velis velata erat. Itaque illo tuto mormorum spatio, quo fratres ad prandendum resederunt, lycnum ille coruscantibus flammis super aram arsit, permanentibus illasque quibus adoperta fuerat operimentis: vestigis dantur atque apparentibus cineris. Igitur pransi

BFratres, ecclesiam petunt, gratiarum actiones omnipotenti Domino persolventes: cernentes vero lycnum in altari, acurrent; opinantes omnia linea luxus igne consumpta. Comperientes autem fore ea dilecta, gratias referunt omnipotenti Domino, qui tanta eis beneficia dignabatur ostendere per Patris eorum merita.

aVideatur nomen non ubi aliquo vivo sancta, Gradu dicta farta, sed ubi loco gradum sanctorum gallica regna, dea Latina deitatem — la Tuncum, alias etiam Turritum, Turritum, Trinotum, Tenotum, Illustris Abbatia antiqua, Burgundia ac Aragonie inter Matronam et Calvum, coquitum uscachii sedet. Ad hoc monasterium ex Herio insula delictum est corpus S. Philiberti Abbatis anno 875 ob persecutionem Normannorum: de qua translatior agit ueteris Petrus Franciscus Philibertus in Historia dicta Abbatie Fuenacensis anno 1664 edita. Cofitutus S. Philibertus 29 Augusti

CAPUT IX.

Patriciarii serrantur suspensus, et a demonibus rupi, sanantur contracti, panuntur materi, et de patibulo depositur.

Cquadam annis de supra memorati Patris familia, necessariis omnibus indiga, solum sue viduitatis et senectutis baculum habebat filium: hic autem non habens unde matris moxiam sustentaret; cum labore suarum manuum vietus et vestitus necessaria ei siliqua nequitupum suppeditare valeret, fuitis hoc supplice decretiv. Insistens igitur operi nefaria, minima quoque pruis subscipens, pauperrim ad mejora andenda prorogat. Omnia vero que furabatur matre deservens, cum exinde alebat, ve tiebat, et omnem illius sustentabat egestatem. Domine autem per aliquatum temporis, copulato sili socio, hoc exercerat: vicio illectus foret; multa suis importans dannam vicini, competentes illi adolescentem ipsum, videlicet ilius sue vicinae Blum, snarum rerum tantum sili facere innominorem, quadam die, dum solito more foraretur, interceptum enim sodal, presentarunt judicarii potestati, adjicentes que commiserant locinora, convicti ergo adolescentes, adjudicati sunt suspendo perire debere. Eiusvero annus illa, quam matrem adolescentis minus fuisse diximus, ambo filium sumi duci ad suspensum, anholo cursu testinat ad monasterium; et ingressa his vocibus Patrem compellat Benedictum: Domine in, inquit, Benedicto, quid faciet haec tua misera ancilla, que nullum aliquid, ut te melius nosti, habebam suffragiorum, prout hunc meum natum, qui modo ducitur ad supplicium? Tu sis Domine, quoniam necessitate coactus, farta haec committebat. Redde, mi Domine,

mihi filium meum, tibi servum tuum, jam de reliquo correptum: qui meas soletur arcunas, ne famis inedia dispereat haec tua ancilla. Ostende tuam solitam pietatem in me paupercula. Tangat mea querimonia tua pia viscera. His et aliis querelosis gemitis perfusa genas lacrymis, preces fundebat. Flexus ad misericordiam Pater Pius miserabilis hujus anicule questi exhibuit prodigium nostris temporibus inauditum. Denique duxus uterque juvenum ad locum hujusmodi supplicio destinatum; furcis appensi sunt. Unus igitur illorum, sodalis videlicet filii vidua, extemplo vitam finivit. Ipse autem ab exortu solis usque in tertiam horam suspensus, precebus matris ejus obstantibus, nequaquam mori potuit. Pastores quippe more suo accelerantes videare suspensos, dum ad locum venissent, cernunt alterum vitam finisse, alterum vivere. Obstipescentes itaque in tanto miraculo, celeri cursu indicare tam militibus quam promiscuo vulgo, quae vi-derant, festinant: qui nequaquam verbis eorum creduli, dirigunt qui sibi renuntiant, utrum verum an falsum sit quod audiabant. At illi qui missi fuerant ad locum suspicli properantes, ita esse uti pastores dixerant cognoscentes, eis qui se miserant referunt. Admirati omnes mittunt qui adolescentem solvant, et sibi praesentent, rem ab eo omnem plenis resecuri. Cogouescunt ergo viduae illius lacrymis et precibus, quam ecclesiam concito cursu petuisse perfusam lacrymas viderant, omnipotentem Dominum vitum filio ejus, per merita Patris Benedicti quem devotus exoraverat, reservasse: super hoc facto magnificantes ipsius clementiam Omnipotentis. Denique interrogatus adolescens, professus est se nullum huiusmodi sensisse, per totum suæ suspensiois spatium: unde conjiciatur, magis enim per indigentiam quam per malitiam commissoe furtum.

FIta Gaufridus de Capriaco qualiam nocte, quæ Saldebitum praevalit, ad castrum, quod Mons S. Vincenti numeratur, festinans, exceptabat auro hominem convenientio, quod pro mercibus congerendis fieri adest: unde tam ipse conuentiuli locus, quam negotium ibi habatum, mercatum vulgo dicitur. Fit vero in eodem loco, in sabbato. Itaque, dum in loco Planchia Guillelmus dicto, praeterlegeret fluviolum Vuldricanum, qui Patriciacos præterierat agros, equo residentes, multumque habens comitem: ingenti primu tremulactus metu, persensit adesse demones: et oddius sili signum imponeo. Crueis, circunvalatur ab eis, nullo nimis subtilio. Qui illum cum equo cui insidiebat arripientes et per aera vectantes, ad postremum in gurgitem tentabant denorgere. At ille, deo sibi propria ad memoriam reduxit gloriosum nomen Benedicti Patris; Et cum jani prope esset ut a demonibus in annis illius profunda mergetur, S. Benedicto, S. Benedicto cum grandissimo corpi erubore iterare. Exterriti igitur demones ad nominis hujus invocationem, statim cum huiusque, more sili consueto evanescunt. Porro ille virtute hujus nominis sese cernens creptum, retrogradu calle Patriciacum redit, nullo modo ausus quod euperat iter ulterius adorari. Reversus ergo, ob formidinem nimiam quam sili demones incensabant, memoria excessit. A suis vero in crastinum ad monasterium adductus, et ibidem aliquantum remoratus: pro eo omnipotenti Domino fuisis precibus, integræ mentis recepit sobrietatem, meritis ipsius quem invocaverat Patris.

GHug. Baldufus cognomine, unus militum Patriciacum indubitate, cum in alijs quampluribus eisdem loco adversaretur, enjusdam seditionis in eadem villa inter equites exortis occasione: una die cum aggressus quemdam rusticum, Guarinum nomine a loco de Cumbis cognominatum, et ipsum de familia

Juvenis, ut
matrem aletet,
furatur;

ideo
suspensus,

matre
S. Benedictum
te vocante,

Oblitus se
Crucis signo
munit,

F
terreplana
demonibus
ingecato
S. Benedicto,

E
liberatur,
et Patriciel
memoriam
amissum
recipit;

conterens
brachium
seruit
S. Benedicto,

Patris

A Patris progenitum, nulla justie querele existente causa, tam crudeliter verberavit, ut ei brachium contriverit. Rosticus vero idem, neminem suarum injuriarum repensis altorem, dum non haberet quem potius immum sue querele ad vocatum ficeret (quippe vir superbns erat, qui eum occiderat et nulli reverentiam deferebat) anxius valde ad sui domini auxilium confugit Benedicti. Ingressus itaque ecclesiam ejusdem Patris appropiavit altari, et super eo contritum imponens brachium, hæc verba eum multo gemitu mente profudit contrita: Sancte, inquietus, Benedic mi Domine, tuum me proflitor servum, et te meum jure dominum: cernis hoc contritum brachium, tuum erat, et prius te nemo alius in eu demnationem exercere debuerat. Si tu illud confregisses, adversus te nullam haberem questionem, quoniam est tui juris: sed mi Domine, quare permisisti ut Hugo Bidulphus, cui in nullo obnoxium est, illud contereret? Noveris me ab hac die tuis vel tibi nullo modo familiari, nisi de ipsis brachio et corpore justam ultionem exegeris. His et hujusmodi vocibus Fratres, qui aderant et hæc audiebant, ad lacrymas provocati, pariter flebant: et ipsis juncti gemibus, eadem exposcebant. Quibus peroratis, rusticus ec clesia egressus, ægerimine ad suum remenavit habitaculum. Porro Pater Sanctus nullatenus querimoniarum illius oblitus, in malignum virum justissimum exercuit ultiōne: brachium enim ipsius ejusdem lateris, cuius et rustici brachium verberè demolitus fuerat, cum toto humero tanta vi ægritudinis persunsum est, ut omnino inutile factum, ad nullum penitus necessitatis usum inventaretur idoneum. Quo dolore miser diutissime vexatus, a nullo prorsus medicorum curari valuit: sed augmentata angustia, eodem morbo omnia ipsius membra percurrent, fatigatum diris doloribus spiritum miserabilis miserabiliter effundit.

B 18 Duo etiam viri, quorum uterque ex agresti hominum genere duebat natale, dampnati membris, annosa nervorum contractione eos perdente, doussime in suis, hoc cogente morbo, resiles jacere grahatis. Horum unus incola villa, quæ S. Bonitus de Vetula-vinea dicuntur, alter vero ex villa, Palingas vocata, extitisse perhibetur: qui primordio sue invaleitudinis, amplius justo anilibus creduli fabulis, non paucis diebus falsis muliercularum carnisibus sese decipi pertulerunt, animati falsis spebus. Sed et popularissima medicorum instantia experti openi, qui artemisia, verbenæ, betonium seu albarum, quas passim tellus edere consuevit sucis horborum seu diversorum animalium adipibus vii plebecula illudere solent, nil omnino profecerunt. Unde animo demissi, ulteriori medelam se adipisci destiterunt sperare, quam magnopere sese expetuisse arbitrabantur. In qua desperatione diu perseverantes, nihil de sua salute cogitabant. Immensa vero omnipotens Domini clementia, quæ illorum misereri decreverat, innisit cordi eorum, quatenus Patriacum deportari se fecerint. Potremque Benedictum, ut pre eorum salute intercedere dignaretur, exorarent. Fecerint autem sic, non quidem eodem tempore, sed diversis temporibus. Igitur dum aliquot diebus in monasterio ejusdem loci precibus insistentes pernoctasset, sospitatem integrissimam repererunt. Laetabundis itaque animis, grates Patri sancto retrahentes, revertantur ad propria: omnibus propalantes omnipotentis Domini in se ostensa magnalia.

C 19 Quidam possessio dicta Sulmeriaeus Patriacum subjacebat ditioni, que ipsis non contemnenda victualium quotannis rerum infert subsidia. cui nuperrime præfererant Fratres quendam ex suis gratia tuitionis loci et arcendorum prædonum et

colligendorum annuatim solita representationis fructuum: huic vocabulum inerat Odo, quo resente, ea quæ scribo cogobvi. Quidam Archeinhardus, cognomine Albus, vir potens, non solum in ruricolas prædiis illius verum etiam in contignos avi- tæ dominationis exercebat jus: cuius uxoris dum occasione turpis questus vicina perigraret rara, devenit ad supra memoratum cum superbo comitatu locum, ut hujusmodi incedere assolent matrone. Erat autem autunmale tempus, quando pressis torculari uix vinum condi solet in præparatis promptuariis ad servandum imposterum: cuius non modica quantitas tunc temporis ibidem habebatur. Mandat ergo eadem matrona monacho, ut silii et suis acceleratum exhibeat prandium. Qui audiens quæ jubebantur, nimis animi indignatione commotus, ut erat animosus, respondit: neiquamne se dilectum, quatenus substantiam raris ipsius in convivio mulierum expanderet: sed ut fideliter collectum eis qui se niverant dirigeret: nec consuetudinem imponere loco velle, quam non invenisset. Qua responsione, contenti sese mulier autunmam, furibunda recessit. Imperat ergo Ancegiso Bratnio, qui eorum locorum ab ipsa dominationem occupaverat quatenus quicquid vim sub iure monachorum reperisset plaustris imponens deveneret, et suo cellario recondereret. Hic præceptis dominæ velociter obaudiens, vehiculis vinum imponit, et suis inferre properat apotheker. At nequamnam dm gavisus est. Nemque filius ejus adiudicium pavonis, quem unice diligebat, mos ut plaustra fore attigerunt domus, tam validis febris urgeri coepit, ut pene animam exhibaret.

At vir ille nequamnam hæsisans hoc infortunium sibi accidere, eo quod nefaulis domine jussis obtemporasset, vinum reddidit, et quia stulte egisset recognoscens, pro suo de hæc satisficerit, Patremque Benedictum pro pueri salute oravit. Quem pius Pater, penitentiam ipsius acceptans, exaudiuit, et puerum in pristinam sanitatem restituit.

APPENDIX ex MS. Patriaciensi.

In continuo Senonicæ urbis quidam paterfamilias stationem habuit, cuius unicus filius ita erat longa ageritudine affectus, ut arescentibus nervis poplum, ex integro amitteret incedendi officium. Huic ferme unus animi curriculo hæc afflictione attrito, divina revelatio apparet: utque Floriacum solam exjeteret adiutorium, quo ibi recuperet valeitudinem totis corporis. Qui superne admonitione credulus, propriis genitores convocat citius, nocturnæ quietis visus pandit attentus. Illi vero nequamnam hujus rei visione pernoti, sed potius deputantes somni deliramentis, sperabant eum ab intentione posse averti. Attamen ut se conquerit parentum auxilio destitutus, viam clanculo arripit, sustentatus scambolorum supplementis, et Floriacum usque locum perveit. Post vespertinalem autem synaxam, conatibus quibus potius ante Sanctissimum Patrem tumulhus se protrahens, talia humili voce dicere cogit: Eia, inquietus, clementissime Benedicte, omnium tibi finalium spes adiutorque fidissime, tuis obaudiendo præceptis presentiam tui corporis (ut jusseras) expeti, præstolans miserationem tuae petatis. Jam nunc menor pollicita donationis, presentem tuum respire famulum, et assuete dulcedemis porrige manum, ut sospitati redditus, rediens ad propria, tibi possim laudes dicere in secula. Hee et his similia cum deploraret voce quæla, paullatum cœpere se extendere nerve dantio morbo marendi, ac ossa longo torpore sopitacum quidam letitiae sonitu pristina repetere offera, et vacillantem machinam corporis consuelis

AUCTORE
RODOLPH.
TORTAB
negato
matronæ
insoleanti
conzatio.

hujus justu
dium S.
Benedict
auperens,

R

in filio
fecundante
panitur.

hee invocato,

brachii sui
ageritudine
torus, mortuus

duo contracti

post remedia
alia frustri
temuta,

Patriacti
eriguntur,

EX MSS.

mutus.

et alias
claudus.Matt. 18, 3
et 19, 14indigne
viri confundi
Floracum.

A consuetis gestare ministeriis. Cuncti autem qui aderant, voto unanimi laudes reddiderunt omnium Creatori, qui semper proprios sic novit honorare amicos.

2 Nec longo tempore peracto aliis quidam advenit, vocis admiculco privatus a matris uberibus. Fidelium vero quorundam agentes devotione, in eryptam ducitur, ubi quondam divisa dignatio, hujus sanctissimi Legislatoris venerabile corpus decrevit temulari. Ubi cum a quarta diei hora usque ad undecimam prostratus jaceret, et cordis devotione pessimi Patris opem exposceret; inter ipsos sua orationis ploratus somno corripitur. Inminehat equidem solennitas beatissimi Petri Apostolorum Principis, cupis noctis excubias consueto more fratres prestatolabant humili cum reverentia. Interim sanctos Pater nequaquam se suppliciter poscentis oblitus, apparet ei in specie, qua animam viderat proprie germanas superni regni palma introire: ac ei dixit blanda sermocinatio: Quid, inquires, puer advenisti? Aut quid tue salutis queris? Cui cum ille responderet, Domine, tu nos; subito vocis organa silentes flumarum occupant venas, et inusitata persolvant officia. Evigilans autem, et primitus novi sermonis in laudem tanti persolvens portum, letabundus foras proruit, restauracioneque sui nos et

B omnem confluentum turbam exilaravit, dicentum: Gloria Christe tibi.

3 Talia virtutum insignia quidam coeveat atatis puerulus cernens, eum totius precis lacrymus deferri se ad ejusdem Sancti mausoleum petiti, ex cuius etiam familia, conditione naturalis genealogiae, carnis originem duxerat; ad pedes a rebus totus et isdem debilitatus. Hie sane pro furdus culine Fratrum assidue solitus erat pernoctare (quippe gressum destitutus pavonine) ac a transcurrentibus stuprem almonice petere. Qui sedicet persistens in eodem loco trion ferme mensum curriculo, aliorum omnis ut limina reverenda attigit basilica, sospitati ita rediit hunc plenissime, aesi nullus finisset intermitatis tactus incommoditate. Quid ergo. Fratres carissimi, his tribus miraculis, trium puerorum mirabilis assertione insigniti. Dominus noster nobis declarare voluit, nisi ut sub tria admonitionis indagine ostendat, nos puritatem verae innocentiae aggreli debere, mentis demulcta rubigine? Ait enim ipse: Nisi, inquires convertamini, et efficiamini sicut parvuli, non intralatis in regnum celorum. Et alias: Simte parvulos venire ad me, talum est certe regnum celorum. Et Psalmista: Ex ore, inquit, Deus infantium et lacientium perfecisti laudem. Quod si nondum

C quis perfecte valet assequi, videat ne dum istorum laudi perfecte derogat tenetors exaltatus sue perfida, in perfecta mediat poscas gehenna. Quid quidam hand animadverentes, sol suo errori petius adsentientes, divime indignationis vimbia plurimas (ut ipsi experti sumus) in se pertulerent angustias. Unde nos, dilectissimi, qui tunis Patris praesentia amanuimt latamur, lumen nostrum Patrem magnificis laudibus extollamus: et quae ad honorem sui nominis, et constantiam nostrae fidei, propria concedit inspicere servis, et latitudinis suscipiuntis animis, et ex hoc queque gratias agamus nostro Redemptori, qui illos in terris taliter frequentibus exornat miraculis.

4 Tempore Ganzlin gloriosissimum Patris, ac Buriensem Archipresulis, multi nobilium inuidia vita angus abnegatis, in palestra hujus loci, Dei et Domini nostri se dedere dixerunt, sub proprio sancte Religionis. Nec minus etiam ab extimus Hispanie secesserunt, ubi a puero in divina observatione emerit, ubi apice Pastoralis curae subdinati, patria rebusque abdicatis, praesentiam petiero hujus Principis Dei; magni existimantes si beceret

conspectibus perfaci, cuius erant doctrina et magisterio informati. Videres confluentum agmina undevincque concurrere, et tamquam uno ore proclamare illud nobile vaticinium Isaiae: A finibus terre audivimus landes, gloriam justi, et Psalmistæ, Eternum benedictionem dabit legislator. Cujus benedictionis ut participium mererentur quidam duo germani, nectare tacti superne inspirationis, a Darciona urbe profecti, communis Protectoris nostri sacrosanctum unanimi voto expetiere tumulum. Quorum unus nomine Joannes, in monasterio sancte Del Genitricis, cognomento Rivi-pollentis, a pueritia sacris imbutus litteris, pedum promeruerat euro pastoralis, scilicet Abbatæ Sanctæ Ceciliae Virginis et Martyris, sitæ in eujusdem vertice montis. Alter vero vocabulo Bernardus, a quibusque nobilium sub tyro in milite secularis est instructus, sed quod possibile laico Deo subditus: qui florentis militie abjectus dehinc, quodque mirificum est, tandem nuptiabas specieis, ignesque animi, igne superius contemplationis, cum proprio germano Floriculum usque locum (ut prælibatum est) devenit; ibique habitum sancte religionis homiliter quæsivit, et reverenter suscepit. Quo pro certo referente cognovimus, quoddam conobium haberi in partibus illis, dicatum in honore hujus amici Dei, a memorata E urbe iter protrahens unius diei: in quo loco immensa sunt miracula ad laudem Domini nostri Iesu Christi, per merita beatissimi Patris nostri Benedicti: ex quibus (pauca haec) perstringere libuit.

3 Igitur quidam præclarus indolis adolescens, secus præfata basilicam iter faciens, gratia orandi cum proprio armigero deversit. Porro pone fore ecclesie equis aforis relictis, dicens; Sancte Benedicte, hos interim tue committo custodia, se in orationem ante sacrum dedit altare. Dumque crebris singulibus preces fundit attentius, contigit quendam transitum habere, pari quidem itinere, sed dispari operatione. Ergo nuser, ubi neminem custodum reperit, vim faciens aurigæ invisibili, animabus cum armis invasis, eujusdam flavioli, cui nomen Lubrigatus, vadum ad usque tendit. Sed demens exercitus sue perlidiæ tenebris; dum medium conatur nare purgatis, præceps ruenus nullis nulli ultra comparuit. Juvenis vero a templo egrediens, dum hoc illeque oculorum vertit aciem, domini haud frustra impatiens, mox ut animadvertis adversarii fraudem, concitus irrupit sui debitoris basilicam, talia voce querula proclamans: Eia, inquires, sanctissime Benedicte, quoniam pacto preces te regant ad Christum allegabis, qui unius quadrupedis custos esse nequisti. Odestor non me hinc discessurum, usque quo restitus quod novi amissum tua negligenter. Haec et his similia dum queritur voce sedula, extempore revertitur raptoris rapina, et aliquæ ulibus regentis solertia loco constitit, quo inusta fuerat ablata. Fit continuo concursus populum, ingens agitur gaudium, benedictentes Dominum, qui talibus signis Patrem-Benedictum exornat quoque terrarum.

6 Cartera ejus virtutum insignia, prout inheret capacitas, humulis modulabit avena. Cum una dierum, orationis gratia turba fidelium præfatum intraret monasterium, contigit quendam clericum communem laude re introitum: qui palmas et oculos ut ad eos exiret (dicens, Sancte Benedicte, hujus peccatoris tu misericordia) ecce passer subter laquearia volitans templi, egestione aliij, ejus frontem osculosque inficit. At ille ira commotus talia dixisse fertur: Sancte, inquires, Benedicte, tibi pollicor, nusquam me quod vivere tempore, limen tue ingressurum basilicæ, nisi illato injuria manifestus aleris vindex. Nec mora, cum inuidensi strepto frigoris avis nusca in terram corruit, visceribusque fusis media crepuit

In Hispanis
miraculis
fulget,equus face
submerso ultra
ridet.grandi mole
insperata
discrepatur.

Acrepuit, geminis lunainibus nihilominus a capite erutis. Quis putas in hujus altis membris latuit, nisi hostis humani generis, qui molimine sue calliditatis contra Dei famulum semper exarsit? Quod evidenter apparat indicis, dum ejus sacratissimi nominis vim ferre non valuit, et vas quod intraverat, divina virtute percussus disrupit. Altoniti omnes qui aderant, et magno exhilarati gaudio, laudes referunt Iesu Christo in hymnis et plurimis donariis, qui in turbibus hujus mundi talem ac tantum intorem illis concessit; enjus et virtute nominis antiqui adversarii fraudes procul dubio dignoscuntur, et credentium populus crebris miraculis laetificatur.

APPENDIX II.

S I. De conservatione corporis S. Benedicti in direptione Calvinistica, per Joannem a Bosco descripta.

Etsi Deus Optimus Maximus Sanatos suos tanto prosequatur honore, ut ipsorum et capit's capillos numeraverit custodiatisque sollicite frequenter eoruin ossa, ita ut unum eorum non conteratur; tamen quoniam pro sine providentia dispositione, exigentibus hominibus percatis, permittit dilectorum snorum praeclaras exuvias, a fidei hostibus haberi ludibrio atque contemptui: instantum, ut ipsorum ossa hominibus malis auferat, ne illorum dignitas atque pretium aliqua in re apud Divinam suam elementiam scelere pollutis suffragentur. Quia ratione (cum nostra ætate mala super terram multiplicarentur, et vix esset in omnibus omnium ordinum sive Clericalium sive regularium sive et Laicalium classibus, qui pure tuneret Deum atque viam mandatorum ipsum vel elando pede ambaret, ne dicam curveret) in ultionem peccatorum gentis nostræ Franco-Gallicæ, corpus Apostolici viri Martini Turonensis, tot annos custoditum atque a Nortmannorum feritate mirabiliter olim erexitum, sicut ipse Deus in Calvinistarum diras devenerat manus, que illud immanissime voracibus flammis absumperunt: eadem etiam saevitia corpora SS. Irenei Linglunensis, Aniani et Evertii Aurelianensis, Francisci Paulani Minimorum Institutoris, et aliorum p. openudum infinitorum Gallie tutelarium Patronorumque in cimeres redigentes, que longis seculis præsecorum Francorum pietas coluerat atque servarat.

C—**2** Dnm itaque Calvinistarum acerbitas belluinus-
ve furor tam encemiter in saera Sancteum Christi
pignora grassaretur; accidit, ut Odetus Castellioneus Collignis, Carduus Romane Ecclesie dignitate præfulgidus, ab orthodoxæ fidei dignitate ad Calvinisticam digna deflu-ret: et quia pridem Christianissimorum Regum Galia favor atque largitas ip-um ad Commendatarium regimen celeberrimi Floriacensis cenobii, annuente Romano Pontifice, exeyerat; is deposita fidei integritate, sive inopia pressus, sive etiam anima sacerdarum Reliquiarum veneratione abalienatus, ad dictum Floriacense cenobium quendam, nobilis quidem sanguine, perfidia tamen ignobilium virum, ex clara Aventinacorum apud Burgundos familia ortum, qui do-ns sua prefectum administrabat, amandavit; ut enicas Floriacensis eumodi Reliquias, aureis argenteisque et gemmatis thesi inclusas, solerter ex inventario ad se perferret. Ac licet iniquo iil admodum animo tolerarent Floriacenses plerique cenobita, ne tamen ipse irritatus animoque effleratus, coram insigne basiliacum atque regularia aditicia cetera cradeli savioque aboleret incendio, ipsorumque monasterium solotenus consueto Calvinisticæ genti more everte-

ret, resistendi cum essent, impotes, dictum Aventinum haud prohibere quivere, quin secum omnia ipsorum basilicas aurea, argentea et gemmata vasa absportaret et convasaret cum pluribus aureis et argenteis sacrorum Ev. angelorum atque Epistolarum codicibus, cum pretiosissimis crucibus, thuribulis et candelabris, veterum devotione comparatis atque coacervatis. At vero, dum inter frangendum auream capsam, in qua Corpus Beatissimi Patris Benedicti condebatur, quidam tunc Flaciensis Prior, Antonius Foubertus nomine, Aventinum, cui ob Castellionensem Cardinalem dominum herumque suum minime invitus erat, supplicibus verbis rogaret, sed ipsum corpus in quodam cubiculo asseratur,

E—**3** Ruchus vero Synsarius, cenobita, Cantor atque Parochus Floriacensis, ob iil quod Parochialis Ecclesia Floriaci, sub titulo et nomine S. Sebastiani Martyris erat ab antiquo consecrata; pari ratione duo integra ossa femoris dicti Martyris a prefato Aventinio petivit et obtinuit: postquam tibiam argenteam cataphacti more militis oreatam, in qua inclusa erant Castellioneo ferendam, Aventinus ipse abstulit. Quae omnia accidere anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo. Ipso vero eodem anno, aliquanto post tempore Condai Principis, Ducis Calvinistarum ad Floriacense cenobium, ut ibi metarent, directi sunt ab Aurelianensi civitate milites: qui basilicam Floriacensem omni relieta ab Aventinio sepellecte spoliavere, frustatimque SS. Mauri et Phrongentii Martyrum et Pauli Leonensis Episcopi et Confessoris lignas capsus concidere: sacra in eis reperta Sanctorum ossa communiantes, spargentes conculeantesque: quia ex hoc amissa penitus fuere, nusquamve reperta. Ereas deinde præstantissimas altaris majoris fusiles columnas, chori aquilam uenit, circumtumque Ecclesiasticum ornatum abstulerunt, Calvinistis conciones in choro basiliaco habuerunt, et ita acerbe cenobitas diverxerint, ut tandem maximam illorum partem ahegerint, corpore interea Patriis Benedicti clanculum in præfato, uti relatum est, Abbatialis ædis cubiculo, una cum femore S. Sebastiani Martyris, asservato atque recondito.

F—**4** Corpora S. Mauri, Phrongentii, Leonensis Episcopi Pauli amisa.

Deo ossa
Sanctorum
auferre
peruilente.

ex ista
a Calviniatis
corpora
SS. Miruni,

Ireni
Aventi
Everti:
Francisci a
Paula.

Odetus
Castellionxi

Florio
dum
aureas despit
F. in u. u.

Martin T. III.

45

§ II

A § II. *Exscriptum authenticum Instrumenti, repositionis Corporis S. Patris Benedicti Abbatis, intra arcam ligneam depictam, quae nunc est in thesauraria Floriacensi.*

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo aevit, ut floracensem olim Galliarum Imperium, et suis incolis et alumnis, propter religionis dissidium, civilibus et intestinis bellis obsessum undique et irretitum esset. At qui pietatem impugnabant et impietati favebant, omnia propemodum sacra vi et arte ditioni et rapacitati soe subegerunt: ita ut inter tot aerumnas et incidentium procellarias tempestates, vix illus recuperi potuerit locus sacer, cui pepercit impia et sacrilega manus. Nam prout trucidatos ubique aut saltem fugatos monachos, Sacerdotes, moniales et ceteros Ecclesiastum ministros, templorum vel exusta vel solo exquata funditus evorterunt: aut si cui pepercit, attamen ad unum omnia confracta undique reliquerunt: ac illa vasis consecratis, pretiosis ornamenti, auro et argento penitus spoliarunt; dejectis ad ignem et exustis sanctissimorum Patronum membris et ossibus, quorum

B presentia et presidiis adversus hostes et insultantium iumentorum conatus tota Gallia firmissima nitiebatur anchora; donec Deus ille Maximus, peccatis nostris vehementer iratus, tanto premio nos privari jussiterit. Tamen speciali privilegio eidem placuit Divina Majestati, ut hunc nostrum celeberrimum et Regium monasterium, integrum et erectum servaretur: et, quod est magis praedieandum nec minus gloriandum, tanta benignitate et favore amplissimo, illa immensa bonitas nobis um nsa est; ut sacrosanctum sanctissimi Patris Nostri Benedicti Corpus, aurea et pretiosissima theca ab impiis et sacrilegis spoliatum, infractum tamen et integrum nobis ad hunc usque diem remanserit. Quoniambrem, pacatis itemque cibilibus bellis, ne tanti beneficii ita menores, ingratiani vitium incureremus et poena gratiam sequeretur. Venerabilis in Christo Pater ac Dominus Clandius Subbesius, pius Abbas, hanc thecam proratione temporis, sumptibus suis extruendam curavit: et in eadem sanctissimi ejusdem Patris membra recomponendam. Quod et factum est xxvii mensis Maii anni mcccxxxi in medio chori summi templi: adstantibus Domino Priori enim ceteris Fratribus, tam Officiariis quam claustralibus, Parochio et ministris ejus, comitante etiam pia et Catholica turba, ex tota Parochia et vicinioribus locis collecta. Pulsantibus omnibus templi campanis, Dominus dicitus Prior, Frater Ludovicus Pothin, prebendaribus ornamenti amictus, sua beneficione bane consecravit, et aqua suae asperzione perlinxit. Deinde genui ordine et incessu itum est ad processionem cum omni modestia et pietate, electis ante et premissis ad portandum foretrum quatuor probatissime vita viris. Qua peracta, eodem animo endenique peditate et gravitate, a dicto Domino Priore Missa de cunctis Sancto solenniter celebrata est. In eis fine idem Corpus sanctissimi Benedicti, in antiquo et pravorundato serimo inde reportatum et repositum est. Actum per me Scribam Cap. anno et die predictis, addito et expresso sigillo Conventus.

C In fine vero membranarum vetustissimarum Aymoni de Miraculis S. Benedicti manu Joannis a Bosco scriptum fuit. Dei omnipotens atque Beatusse dei Genitrici Marie benignissima largitate, necon sancti Patris ac monachorum Legislatoris Benedicti gratia, hoc opus, inter multipli hispia coenobii Floriacensis aerumnas atque bellorum cum hereticorum tum civilium floctus; hoc, inquit,

eximium opus conservatum fuit, atque intra majorem thecam, in qua asservatum est et asservatur Corpus ejusdem sancti Patris Benedicti, ad perpetuum posteritatis memoriam cum epistolis et Bullis, praesentiam dicti sancti Corporis in hoc Floriacensi Coenobio contestantibus, reconditum est die xix Dec. mccciv.

Postquam summa fide et integritate exscriptum fuit, ut in lucem evulsiaret, opera et labore F. Joannis a Bosco Benedictini Celestini, qui propenso in Patrem sanctissimum Benedictum studio atque devotione, necon Reverendi P. Joannis Fouberti monachi, Prepositi episcopalem Floriacensem coenobii, et Vicarii generalis D. Achillis Du Harlay Abbatis Commendatorii dicti coenobii Floriacensis, ope, hoc auctoris autographou consentitus fuit: et post exscriptum fideliiter restitut; et ipsem, dicto Fouberto aspectante, intra arcana cum sacris ossibus recondit.

§ III. *Translatio corporis S. Benedicti in novam capsulam. Variæ alibi reliquiae.*

R eligious Benedictini ob Congregationem S. Maure in Gallia institutam, mox quadammodo fervore ad regulam Ordinis observandum ejusque auctorem S. Benedictum venerandum excitati, desiderantes sacras Reliquias ejusdem Sancti ad antiquum splendorum attolleret, cultus sumptibus procurarunt magnificum ex solidi argento caparum fabricari atque auro obducere: qdnam arri incisam exhibet Hugo Vuillantus ex eadem Congregatione S. Maure monachus inter Poemata, que de hac nova Translatione edidit anno mcccxl, quo illa peracta est. Quia vero huc capsam Reliquiarum ob gravem suom mollem in publicis processionebus, ut olua solvbat fieri, circumferri non potest; consilio inito fecerunt inauratum statu mtria pedum, plusnam episcopum referente, cui ineludenter aliquotissa sacra, et in dictis processionebus, ut populi pia devotioni fieret satis, circumferunt.

7 Omibus parvus electus est dies in Maii, qui dicto anno inveniret in festum Christi in celum ascendentis: et rogatus Illustrissimus Joannes Destrodeus Episcopus et Dominus Condormensis, consuetas in simili translatione ceremonias peregit. Prudie ergo dicti dies in sacrario aperto est antiqua capsam: et in ea reperta pergameno inscripta S. Benedicti regulo ac vita per S. Gregorium, tum historia Translationis reliquiarum e monasterio Casino ad monasterium Floriacum, ac relatio aduentus monachorum Cuscinensis, reliquias Sancti Fundatoris repetientium, quibus dicuntur illæ datae, quæ modo Casino in ecclesia adservantur. Hisce immiscubant authenticâ diplomata S. Cuinnum Pontificum, Regum et Principum, quibus possest horum reliquiarum approbatur, et potissimum aliquod Urbanus v. F quo sibi petebat aliquo ex hisce sacris assibus donari. Sub hisce chartis erat cista dubius pedibus longa, et unico largo, vario sigillis circumscriptaque absignata: quibus solitus ipsa sacra ossa ex illa extracta sunt et coram omnibus ostensa. Scilicet cranium, quod drinde impositione est ante indicato argenteo cupi, ut et mandibula sed inferiore loco, quæ apposito crystallino vitro videtur posset: tum vario ultro ossa, quæ ipso die soleuntur nisi capax illata sunt, inter quæ eminebant utriusque extenuis ossa integra, tum vertebrae integræ cum pluribus castis, et multo ali tam cupitis quam corporis. Quibus peractis capsam delata est ad supremam partem chori et scrimio ad ultimum inclusa. Inter huc orationes ritu debito recitate furtur, solemnis processio facta, Missa Pontificalis cantata, concio ad populum habita: prout ea fusa narrantur in Relatione Gallici sermoni anno mcccxxiiii Parisis excusa, Unum fiscal monere ex supra dato poemate Rodolfi Tortari monachi Floriacensis, qui ante annos fere sexcentos scriptis de reliquis S. Pauli Episcopi Leonensis, Floriacum delatus:

Cujus membra, Patris placuit connectere membris, includent uno corpora dum loculo.

D
Monumenta
anno 1003
transcripta.

Capsa
arvante
fusca.

et status
a genere.

in antiqua
capsa reperta
varia scripta

tum cista
reliquiarum
de n ex ea
translati.

A 8 Contigit ea Reliquiarum S. Pauli translatio circa annum DCCCLX, unde liquet, si verum sit quod Adrevalus hubet libro I Miraculorum cap. 17. Medonem Abbatem Floriacensem ex corpore pretiosissimi Confessoris Christi Reliquias aliquas benignissime contulisse his, qui cum Carolomanno ad reportandam Casinum S. Benedicti pignora Floriacum advenerant; fuisse id factum ante ad portatum Floriacum corpus S. Pauli Episcopi. At dñi postea Urbano v Pontifici Maximo data foret quarta pars capituli cum osse brachii. Amoinius Ith. 3 Miraculorum S. Benedicti cap. 15 asserit apud Patriacum, Augustodunensis territorio villam, fuisse constructam ecclesiam in honorem Dei ac gloriosæ Virgins Mariæ, simulque egregii Confessoris Benedicti: ad quam de latæ sunt Floriaco hujus Sancti reliquie, quæ multa operabantur miracula, quorum aliquot Taurinus num. 41 commemorat.

B 9 At Boscus ex libra Gallico, qui Mare historiarum vocatur, tradit pag. 362 aliquam copitis brachii sanctissimi Putris Benedicti portionem anno MCCCXIII attributam fuisse monasterio S. Dionysii prope Parisos. Deni pag. 365, ex Breviario Vallisoletano anno 1598 impresso, narrat Regale primariumque monachorum congregationis Vallisoletanæ cœnobium corporis S. Benedicti particulam quamdam ab Henrico in Castellæ et Legionis Rege, dono olim acceptissime: cui ings accessio facta est integræ famoris ejusdem Sancti osse ex Monte-Pessulano Gallæ urbe in Hispaniam delato, ac in eodem Vallisoletano cœnobia, re prins juxta Concilii Tridentini decreta diligenter examinata et Apostolica auctoritate comprobata, solenni pompa recepto; Philippos secundo Rege Catholico jubente, ut cunctis ex Regioni Senatu Primoribus, Clericis omnibus, omniumque Ordinum monachis comitantibus, modo et ordine quem ipse Rex prescripsérat, in idem cœnobium inferretur v Idus Julii anno MDXCIV. Laurentus de existentia Corporis apud Cosinenses cap. 51 indicat Carnutii in monasterio S. Petri vetustissimo mandibulam cum aliquot dentibus S. Benedicti haberi. In veteris etiam Athanacensis prope Lupdum monasterii Inventione Reliquiarum his terve S. Benedicti Abbatis haberi mentionem. Sed ipsi anno MDLXVII in eo monasterio existentes duli iams thesaurum a Calvinistis hereticis dispersum combustumque fuisse. Demum addit Boscus in Brevi apologetico Reliquias ejus diversis Francie locis, clarissimo cultu, incredibilique religione, thesisis pretiosissimis reconditis haberi.

C 10 In Belgio etiam apud Benedictinos H'alciodrenses, H'inoethergenses, Lucrembergenses, et in aliis ritum ecclesiis ad servari S. Benedicti monachorum Occidentalium Patriniche Reliquias monet Russus in Hægazophylcio Belgico. In nobissimorum Domini narum colligunt Thorensi prope Masacum in magna reverentione est brachium S. Benedicti. Abbat. Coloniæ in monasterio Benedictino S. Pantaleonis est costa ejusdem, ubi festum cum salvi processione agitur. Apud CARTHUSIANOS ibidem existit os humerale cum parte costæ. Sunt præterea in eadem urbe in ecclesiis S. Gereonii, S. Mariae Virginis ad Gradus et in Capitulo, S. Mauritii, S. Martini Majoris Benedictinarum, S. Catharinae Ordinis militaris Teutonicæ: de quibus annibus consulendus est Gelenius in libro de Coloniz Acrippenensis magnitudine. Reliquias etiam S. Benedicti Abbatis detinere in monasterio S. Marini prope Treviri et Audecensi apud Burarovs inter Monachium et Augustam Viudelicorum in Inventoriis reliquiarum exercens legitur. Quod ictum de variis ictis ecclesiis, maxime Ordinis Benedictinarum, dicit non dubitamus, sed ne tamen lectori afferrebatur, labore supersedemus in criminibus ictis catalogis. Verum cum multi sint Sancti, Benedicti aut Eulogii, quod ictum sonat, nomine invigiuit, potuerunt variæ Reliquie horum Sanctorum ad diversos

de latæ fuisse; quæ progressu temporis pro Reliquis D magui Fundatoris Benedicti habite, hanc difficultatem discernendi præbuerunt.

D 11 Joannes a Bosco in Resscriptorum authenticarum pro Floriacensibus auctario pag. 233, et Matthæus Lauretus pro Casiensibus de vera opere eius corporis existentia cap. 26 unum eundemque Oderisium Abbatem Casinensem ut virum sanctum allegant, et ambo ejus epistolas excuderunt, quam hic ut quam maxime inter partes pacificam damus, et rem totam de S. Benedicto concindimus. Tenor ergo hujus epistolæ est hujusmodi.

Oderisius Dei gratia Cardinalis et Abbas cum omnibus Fratribus Casinensis Congregationis, sancto et venerabili Abbat Guilielmo, omniq[ue] Ordini vel Congregationi Floriacensis cœnobii, beatani vitam et Hierusalem celestem. Venient, ait Salvator, ab Oriente et Occidente, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno celorum. Necesse itaque et dignum est, ut qui ad illam pervenire societatem, aeternæ plenam caritatis et insatiabilis dulcedinis, enituntur; in praesenti vita transitu, mutuo dilectionis colligati vinculo teneantur. Si enim ex temporali cohabitatione magna quadam et sincera coalescit affectio; quanto magis qui in æternum coheredes et concives futuri sunt, eorum debet adhuc mortalium mentibus abundare dilectio. Benigne cum sancta et universalis Ecclesia pro sola spe suæ fidei, tanta necessitate ad fraternalm exercendam caritatem constringitur; necesse est, ut quorum non solum fides, sed et ordo vitæque professio una est, monachorum caritas præcellere videatur. Quanto enim viciniores esse Divinitati ordinis sublimitate cernuntur, tanto magis etiam in se debent præferre pietatis, benignitatis et simplicitatis exemplum. Quapropter nos ex magna devotione et sincera caritate derrevimus familiariter scribere Sanctitati vestre, ut vestrum ac nostrum quasi unum sit monasterium, et quodam spirituali atque inviolabili amore in perpetuum secedemus. Siquidem certa etiam et digna ratio est, ut nostræ et vestre fraternalitatis conventus alterutrum se prius ceteris diligent: qui pari gaudio habere se incomparabilem thesaurum Reliquiarum sancti Parris Benedicti exultant. Licet a nobis haberi multis miraculis et prodigiis ac revelationibus et quoniam etiam nostrum oculis sit veritas comprobata. Verum sive illud habere vos quilibet occasio fecerit, sive quid illius gratulanter speratis; singulare utrique invicem nobis et precipui debitores sumus amoris. Igitur nos sinceram vobis amicitiam sociatemque promittimus, et ut vos etiam amici nostri et socii existatis, devotissime et humiliiter flagitantes expetimus: ita ut si ab aliquo Fratru nostro nro ad vestrum aut vestrorum aliquando ad nostrum monasterium ventum iri evenerit, confidenter quasi proprie ad suum veniat, omnemque caritatem illæ et solationem necessitatibus inveniat, atque honorifer, quoniam voluerit, ibidem commorari habeatur licentia. Siquidem et nomina omnium viventium nostrum ad præsens vobis scripta per Walterini, vestras sanctæ Congregationis venerabiles Fratrem, direximus: atque vestra nobis invicem dirigenda nomina desiderabiliter expectamus, ut nostra inter vestra, et vestra inter nostra nomina conscribantur: quatenus et viventes et defuncti alternis interventionibus, meritis et orationibus protegantur.

E 12 Hæc Odorensis, quibus relatus addit Boscus, Originalis istius societatis erat olim in altero textuum Evangelii deauratorum in thesauro Floriacensi. Ceterum de extate et dignitate Oderisii supra egimus cum Petro Diacono Cosinensi in Historia Inventiorum corporis S. Benedicti et miraculorum, ad que hic alluditur.

qua viadet
multam
dilectionem;

F a Avo Vaticanus codex, Ambrosianus τροπικός exhibet. — b Catechumenorum videlicet, quo post baptismum Ecclesia utiliter, de Confirmatione Sacramento prout baptismum suscepimus subiungitur, persecutions enim tempor, sine mora christianis baptizatis, c id est, sibi subiisque propriis conductum. — d Lesbi urbs celeberrima est, unde hodie toti insulae nomen Melitino. — e Cycladum insulorum media et maxima, Sophiano Nica. — f Si et Ipsi statim habitu monachus cognovit Sanctus potius, oportet ut summus, non Neapolis luntum sed etiam alibi, pacem habuerint Christiani: namque post infensissimum hostis Pisidiani mortem, anno 206 adscriptam in Barculo, cessare corporis persecutorum: appellus autem misericordia et daceret qualia remittit ad eum. Forte etiam priua duo capita ab alto postmodum fuisse amplissima, strictius autem tructata a Tharonem, valente potissimum ea scribere qua suis ipse oculis videbat: ut de ejusmodi nallocutionum formulis labores inveniatur. Tum vero Sancta annus procedens in terram cum lacrymis ante conspectum Dei, dixit...

CAPUT III.

Prospectio in Siciliam et sociorum martyrium.

Dedita per urbem rei gestae fama etiam pervenit ad aliquos olim commilitones Niconis: itaque ad ipsum accesserunt in littore, arreptumque manu abduxerunt in partem: Teque adjuramus, inquit per eam, quae sursum est, providentiam, dic nobis quae et unde fuerit fortitudine illa quam habuisti in prælio: ut si magia est aliqua, eadem utamur et nos ad ejusmodi facinora perpetranda: sio aliud aliquid, id ipsum enuntia. Ipse vero: Credite, inquit. Fratres neque per magiam neque per aliam industriam aliquam quidpiam sumi operatus, nisi quod venerandæ Crucis signo communiverim me: exinde nemo conspectu faciei meæ sustinuit: sed virtus Dei, cuius ipsa Crux signum dumtaxat est, hostem omnem adversariumque superavit. Audientes ergo milites, quod ejusmodi vires Dei virtus subministraret, illico prostraverunt se ad pedes sancti Episcopi Niconis, rogantes atque dicentes: Miserere nostri, Sancte Dei, tecumque nos assumme, ut quemadmodum in conflictu sequius per te seruati sumus, sic et nunc colestis regni tecum hueredes efficiamur.

E 13 Dimiserunt ergo uxores et liberos, fratresque et domos suas, ut Christum sequerentur, et in aliam ingressi navem simul applicerunt ad partes Silie, juxta altissimum montem Tauromenum dictum: indeque non parvo progressi spatio fluvium inventerunt, Asnum nomine, in quo balneum antiquum erat, nomen ab Hygia, id est sanitate, conservans: in quo habitatione sibi constituerunt a nemine observati. Hic quos secum duxerat milites Nicon, novem viros, premissa catechesi baptizavit, sanctumque et Angelicum habitum eis dedit, prescribens ut et bonus litteras disserent et consuetu monachis psalmodie rationem. Cumque in locis fluvio vicinus omne genus fructiferarum plantassent arborum, et hortos ad leguminosum proventum aptassent, habitaverunt ibidem annis quadraginta duobus.

F 14 Post haec munitum est Quintiano Praefecto, quod viri quidam Heum eoli venerantur, magistrum habentes Nicouem Episcopum; et neque deorum mandatis deservant, neque religioni nostræ subjiciuntur. Quam denuntiationem ubi crudelissimus Quintianus audivit, plenus furore et iracundia uestitus, continuo destinavit milites, qui comprehendenter eos, et ante suum conspectum adducerent. Illi vero quod jussi fuerant eum festinatione aberiter exequentes, ad ipsos pervenerunt, interrogaveruntque dicentes: Ubi est Nicou et socii ejus, qui legibus Imperiorum magnorumque deorum non obtemperant? Quibus servus Dei Nicou respondit: Bene veneritis, filioi mei, bene venieritis: Pontifex enim mens Christus me meosque per nos accersit. Fratres interim orationi ad Deum fundende

Committo-
mem ejus
atiqui

audita
virtute
S. Crucis

et adherent
et monachi
fiunt.

de his muniti-
tur Quintiano
Præfidi

A dendae intenti, ut sua eos fulciret gratia, cogebantur a militibus sine mora proficisci ad Praefectum. Itaque imposito fine orationibus, ad ejus praesentium ducti a militibus continuo sunt, velut oves ad victimam, et velut agni sine voce coram tondentibus se.

16 Confirmabat autem eos sanctus et beatissimus Pater noster Nicon, dicens: Viriliter agite, Fratres mei, adversus tyramnum: ecce enim finitus est cursus noster, et aperte sunt serae regni coelorum: resistamus prompto animo saevitiae tyraanni pro fide Christi in nos exerendae: loquamur confidenter in conspectu ejus, et audiamus vocem boni Pastoris dicentis: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere; sed potius eum timete, qui potest corpus et animam mittere in gehennam ignis: et iterum? Cum steteritis ante Reges et Praesides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: ego enim sum, qui loquor in vobis.

17 Cum vero translatum esset immanissimi et crudelissimi Praefecti prætorium, jussi sunt in thematum adduci ante tribunal ipsius, qui in hunc modum eos est allocutus: Itane vero? omnes vos declinastis generose fidem proficitur.

B Ad vanas stultasque spes, decepti a mago isto Nicone; nec immortales deos colitis, nec ipsorum præceptis obeditis? Illi autem quasi ex uno ore responderunt dicentes: Nos ante omnia Christiani sumus, numquam a nostra fide removendi: spes autem nostras non habemus in vanitatibus collocatas, sed super Dominum, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia que in eis sunt. Di enim tuineque audiunt neque loquuntur: quippe qui sint saxa inanima, opera manuum hominum [quemadmodum] Propheta quoque noster testatur dicens: Idola gentium anrum et argentum opera manuum hominum] oculos habent et non videbunt; nares habent et non odorabunt; manus habent et non palpabunt; pedes habent et non ambulabunt, non clamabunt in gurgite suo: quid multis? similes illis sicut qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis.

18 Ex quibus Praefectus incomutabilem ac firmam eorum cognoscens fidem: Nisi hos, inquit, sine mora interfici jubeo, quam plurimos in suum stultissimum efflerabunt errorem. Itaque extendi eos, et erdis boum nervis carnes eorum verberari jussit. Quod tormentum cum generose sustinuerint, jussit eos siuul in balneum conjici, in quo fuerant commorati: illudque per diem a ac noctem incendi, ut eorum corpora in eo flammis consumerentur. Sed

C eum eo fuissent adducti, prius capite plecti voluit, deinde cadavera in igneum conjici, ad majorem terrorum omnibus spectantibus incendiendum. Illi vero extensis prompte cervicibus dixerunt: In manus tuas, domine, commendamus animas nostras. quoniam propter te mortificauerit tota die, reputati sumus sicut oves occasionis.

a Vaticano trahiper; per septem dies.

CAPUT IV.

S. Niconis gloria mors: corporum miraculosa revelatio.

S. Nicon in carcere

In hunc modum occisis illis, eorumque corporibus igni traditis in eo, quod supra diximus, habeo, Hygie appellato. Sancto autem Nicone in carcere constituto; meditator tyrannus quo enim mortis genere quam crudelissime de medio tolleret. Apparuit autem viro sancto Angelus Domini, dicens ei in somnis: Confortare in Deo, Nicon Christi miles: quoniam suscepit Christus Deus noster holocaustum nonaginta novem discipulorum tuorum in odoreu suavitatis, et intraverunt in thalamum, in

quo celestis sponsus recumbit. Ecce autem coram D ipso puella constitut, cuius facies auro fulgentior rufilabat, et lucis scintillæ ab eadem absistebant, velet solares radii: sed et ornatus ejus ex auro saphiisque compositus erat: in manibus vero suis tenebat leonem instar nivis album, cui facies similis pardo esset: statique in campo torrentis, qui nominatur a Psemisthus, in parte Orientali.

20 Ad Occasum vero constiterunt duo viri maximi, quorum vertices ad summam coeli pertingebant, hahentes in manibus suis igneas b hastas, colloquebanturque cum ea, quæ apparnerat, puella, dicentes: Eiquid deficimus hodie missi a celesti Rege, dum exspectamus Quintianum, prælum cum eo commissari? ecce enim cunctatur. Tunc clamavit ad eos puella dicens: Ecce heri e numero centum nonaginta novem viros accidit; jamque contra eorum magistrum Niconem, qui vere omnem inimici superavit moltioem, pejora meditatur, brevique aderit in loco, ad quem vos estis demandati. Projiciensque e manibus, quam tenet, feram: Accipite inquit, et feram hanc, quæ vobis adversus tyrannum auxilio sit.

21 Expergesfactus autem servus Dei Nicon vehementer exhilaratus est, glorificans et gratias agens Deo: cunctaque ex ordine cum gudio euauaravit pueri, Cleromeno dicto, qui ipsi ministrat, et vi-tani ipsius scripto tradidit, addens quod ipse eo die moriturus esset, nec optimam suam societatem deserthus: Quintianus vero finiturus vitam in eo torrente qui d Psemisthus dicatur: [quæ omnia, prout prædixerat, evenerunt.] Mane namque facto, jussit Praefectus ante conspectum suum adduci Niconem, et ait ad eum: Quis, unde, et cujus religionis es tu, qui magica tua arte atque incantationibus effectisti, ut tantus hominum numerus capitalem sustinet sententiam, et eorum corpora igni tradierentur? Et ecce propter amentiam suam privati sunt solis pulchritudine et luna: splendore.

22 Respondit ei Beatus Nicon: Omni iniquitatem referte, unde sim et cuius religionis, non solu ego dixi tibi, sed ex plurimorum Sanctorum ore ipse audivisti, quoniam impietate excruciatu heri occidisti: nunc autem iterum ex me accurate disce, quod sum Christianus, firmus et constans, semper meam habbensiam in Deo, qui fecit cœlum et terram: te vero propter execrabilis furem tunni intolerabilibus traditurus es tormentis. Ad haec irruens Praefectus tolli eum in lignum jubet: distentum deinde e quatuor partibus, subiectis lampadibus accensis, P torri: quod cum fieret, velut in florido prato S. Nicon requiesceret, itaque super accensis carbones psallebat, dicens: Tu es firmamentum meum et refugium meum: liberator mens de iniiciis meis iracundis. Tunc ad Praefectum ministri dixerunt: Domine, nos quidem lampades succendimus, ipsum vero tormenta non tanguimus.

23 Depositum igitur et jumentis alligatum rapturi imperavit, ut quam citissime eum exturbaret o vita: fuit vero Sanctus Dei animalia conspicata, manum suam ad ea extendit, quæ signata ab illo, facta sunt oviibus mansuetiora, steteruntque omnino immota, velut si freno quodam retinerentur, nec sinerentur loco se vel tantillam movere, quantasvis ministri plagas intigerent. Dicunt itaque Praefecto: Multum laboramus percutientes animaha, nee tamen de loco quidquam moventur. Ille vero iracundia percitus animalium nervis gladio succidi imperat: at illa g humana voce accepta: Deus, iniquitant, noster in celo et in terra omnia quicunque voluit fecit, et nos propter Niconem interficiuntur hodie. Tunc eum Praefectus compeditum jussit in precipitum

AUCTOR
CLEROMENO
EX MSS. GR.
Vestio offertur
nocturna

a
de morte
Quintiano
decretu,
b

c

d
a quo denuo
ad questionem
vocabus

e
enteum et
hunc, superat

f

equus quibus
alligatur
sive immo-
bile,

g

AUCTORE
C.B.FROMENO
EX MSS. GB

A pitium devolvi : sed et inde ab Angelo salvis
eductus Sanctus, adstitit in medio omnium vivus at-
que solitus.

*a principio
ergit illius.*

*et post ab
supplicia
rapte plect-
tus.*

Energymen überall

13: furgium a facie Antistitis Martyrisque Nicouſi
Postquam enī ex improviso in eum incidi, ab eo
velut ab igne perennans sum (o prodigium admirandum,
quo mortuus viventi curationem impendit!)
iste enim est Nicouſ, qui capute plexus a Quintiano,
post deūrsus tormentorum stadium, lacer factus
est regni celorum. Porro qui sanatus fuerat pa-
ſtor, quid in se contigerat mortuorum omnibus emar-
avit.

26 Thodosius ambe h Emenorum Ecclesie
Episcopus, ubi rem intellexit, assumpto secuto Clerico
et ceteris atque thuribulis, sacras ejus Reliquias
impulsivit et reperit, ostendente eo qui sanctus fuerat
pastore atque dicente, quod isto in loco requiri-
debet corpus sancti ac venerabilis Episcopi Ni-
enensis, et eorum qui cum ipso fuerunt centum nomi-
natae novem. Quod accurate Theodosius Episcopus
executus, dignissime Sancto aream conficiendam eu-
ravit, in eaque iijnum ibidem depositis, atque ex-
adverso kibus veteris Martyrii illius sociis; col-
legens diligenter omnium corpora ex antiquissimum
per Quintianum exusto, et sumptu in sanctas areas
transfersens. Involuta autem fuere corpora integrata.
C atque ab igne illas, capitibus dimutataxat inde res-
citur. (Defuncti sunt autem sancti reptili nonna-
tum)

ginta Martyres Mensis Martii die vigesimo tertio :
Sanctus vero Episcopus Nicomaeus mensis die *iii
subsequenti*) repositum sunt in loco, qui Pastoris
engomianatur juxta fluminum Asinum : quorum pre-
cibus et intercessoribus semper liberorum a la-
queis adversarii nostri, Namusque cum illis atque
per illos regni coelestis h redes, gratia et benigni-
tate Domini nostri Iesu Christi, cum quo sit Patri
et Spiritui Sancto gloriam et gratiarum actionem et munera
et semper et in seculis seculorum. Amen.

a Tertiam hujus monitaria sc̄riptionem vide od. I. Acta S. Agathae
Bunt. IV. que Glarellus Bimini dictum. In Tertius. & quartus
adversarij ad preſeruanda Votum. Ceteris tertius dixerat. — e Quide
ca in S. Agatham p̄cipuerit; sic ut natus candor ad virginem
vultum ejus, formam frumenti ad genitorem p̄fici confesonſione
referatur? certe statim ab ejus morte, et cedere, ut videtur
de p̄cipuatione hic moderna sp̄anica incurrit. — Et de
morte Quintini S. Agathae tuto tali se habent nun. V.
dum translati flumen per nassum, dum ipsi regni frumenta circa ea
adules, calixisque faciliatibus, minus raro nubes invaserit, et alle-
cato percussione dirijet in flumen Symphalium, et non est in
venitum corpus ejus usque neque in presentem diem. — *V. Ambrosius*
144. 10. ap̄t. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. *in vita et morte S. Agathae.* Unde
dubium est si discorsus an iuxta turnata generis tenet et iustitia
fari possit. Alterius malum credere posse comparatione se-
quuntur, velut in Morde, prato quiesceret ha super ascensio-
caribum. Sic ut primum in subdito appensus ex centro vel in
per illud distensio existente fari sit, dividere prono aut supinatio-
terram corpore, & quatuor polis seu aliquid in eadem deca-

*ad modum Burgundiorum enim distractus, subiectos fuerit ignes
passus. Et tunc porro l'uestigia veritatis a quatuor Historiis D
quod non plueret. Nam, prater quam quod propositio in hule
versione repugnat, claram videtur factioe plaga suscepisse non
subiungendo igni occupata patrum debulsa: distinctioni vero ad
inuenientem factioem machinas aut pugnare fuisse adhucenda.
— I' Anticenos eadem et interseruit hoc loco et r'evivit opus
processu et p'ebet eum contra illas pugnare, quod minus cum
reliquo contexto cohæret, et relit tempore inservit recensim
quoniam Menas et Synaxis, quae singula supplices accurate re-
feruntur, uniusq' nomine memoriæ bestiarum. — E' ubi his adiunctor,
ne illa ita Martyrum certaminibus rara, ut credere oporteat,
ut ab interpolatore ornatus causa ficta, aut figurale fuisse
adjectum. — In I'imo Messib'orum, ut declinat in Prolegomenis,
I' Anticenos Codex addit' et populo: sed hic parum habet
veritatem illius, quo ferente auctio' persecutione rem noctu
gestum, aut nullam non ita palam convenienter est arbitrii. —
I' Greco' eti'q' vera, sed cum paulo post plurali numero utatur
codice Vaticano, nec una area tam mala corpora capere
potest, his quoque plurali numero intenduntur paduanis. — I' De-
cretu' hoc ita Imbrosoiano et eorum loco habentur verba in Prolog.
num 10 reb'na, de festo 13 Februario celebrato, — in Ita sub-
sistit pro eo quod Greco' inventur q'z' et quid vel nihil significat,
vel diem ducat' XI: ei hunc correctionem exigere
videtur num' 26, ubi dicitur de sociis quod fuerit hesterna die
cxi.*

COMPENDIUM

Ex Menæis et MS. Synaxario.

Sanctus Nicetus temporibus Quintiani Praefecti fuit, Neapolitanus e regione oriundus, forma venustus, vultu decorus, (formidabilis in bello) patre ethnico, matre Christiana natus. Cum autem magnum esset bellum conflatum, et periculoso instaret certamen (maternarum monitionum recordatus beatus iste) graviter ingemuit, et succurre mibi Jesu Christe, inquiens, seque venerandis Crucis signo muniens in mellius hostes intulit; et hos quidem gladio cædens, illos hasta dejiciens, non ante destitut a certamine quam onties in fugam conversos dissiparet, omnibus propterea admiratione perculsis. (Postea vero, cum ex scientia bellum processisset) cum ceteris ipse quoque in dominum suum reversus est. Ibi cum de proposito suo certiore fecisset matrem, in partes Constantinopolitanas navigavit.

28 Appulit autem ad quondam insulam Chium
diacetam, et ad eum, qui in ea erat, montem processit:
ubi per septem dies jejunis, vigiliis et orationibus
vacans, ab Angelo Dei obsecetur, descendendum sibi
ad littus esse, cum baculo quem porrigerbat is qui
sibi apparetur. Cum ergo ad littus venisset, navim-
que reperisset, in eam intravit, atque intra duos dies
ad tunc montem applicavit. Ibi Dei nutu accessit ad
eum Episcopus quidam habitu monachali, qui manu **F**
apprehensum induxit in eam, quam ipse habebat,
speluncam, debiteque instructum in nomine sanctae
Trinitatis baptizavit, communemque eidem etiam
mystera sacra: quia et post triennium Presbyterum
ordinavit ac deinde Episcopum.

29 Post haec omnum, qui istie convenerant [eentum hi et nonaginta numerabantur] monachorum suscipiens prædaturam, cum omnibus discessit in Mitylenem (divina quippe revelatione cognoverat a Gentilibus vastandum esse Gani montem; prout revera contigit) inde in Italiam se transtulit: ubi cum invassisset madrem, atque demortua fatus enrasset, in Siciliam transpot; in eaque Tauroumenii montem habitavit una cum aliis novem.

30 Verum enivero Praefectus, quamprimum de viro sancto ad emundatum est, omnes continuo sisti coram tribunal suo iubet, qui interrogati extenduntur hunc verberibusque conciduntur, et denum gladio vitam finire. Sanctus vero Nicom ex quatuor partibus extenditur, subiectisque lampadibus uritur; jumentis deinde alligatur raptaturque per terram; per praecepsitum etiam propeplitur, et saxis eidem os diverberatur; Iugula excenditur, ac denique caput gladio resecatur: itaque consummatus est gloriosus confessionis illius cursus.

*Virtutem
S. Crucis In
Ictio expertus
E*

*Cardinalis a
Theodosio
namigat in
Italum.*

*Sicilian ubi
et in suis
Martyr fil.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS FIDELE, FELICE ET XX ALIIS IN AFRICA.

G. H.

XXIII MABT.

S. Fidelis.

S. Felix.

an cum
nudem 20

Hos duos Martyres in Africa passos conjungimus ut plerisque disjunctos, quod xx socii modo unum alteri adduntur, ita nunc proaltruem videtur substitui. Controversia ex ipsis Martyrologiorum tabulis (nam Acta non extant, erit divisa) da. Ac primo natalem solum Fidelis in Africa passus absque sociis memorant per certus Martyrologia, ut S. Hieronymi in quatuor nobis passus citatis apographis, Casuense, Altempianum, Barberinianum, Rhinaugiese, Rhinoviense, S. Cyriaci, S. Maximini, et cum 20 sociis, passum alia. In Corberensi legitur: In Africa natalis Fidelis Magni. Sed cum epipheton sit S. Fidelis, un sores mortuus, in silentio aliorum non constat. Rabanus enim cum sores sua recenset: x Kalendas Aprilis, In Africa Fidelis et aliorum viginti. Idem habet Notkerus. Ast omisso Fidele, ejus loco substitutus S. Felix, et quadam absque sociis in MS. M. rtyrol. Regius Surex, ex quo potissimum Animadverso in Martyrol. Rom. edidit Holsteini, item in MSS. Augustano S. Udalrici, Lubrano, Burellensi S. Gudilg et cetero B Germanico Canisi, Beda genitus vocat, ast quod sub eius nomine extit MartYROLOGIUM, ita sores adiungit: In Africa natale Felicis et aliorum viginti. In MS. Calendario Ecclesiast. Aquitaniensis propounderat etiam memoria Felicis et aliorum viginti. In hodierno Martyrologio Romano fit ita omnium mentio: In Africa S. Fidelis Martyris. Item S. Felicis et aliorum viginti.

Ac Fidelis dicitur in Notis restitu ex MSS. et Felix datur ex Beda, scilicet excusa, et Wandelberto: qui ita cum aliis jungit:

Felix hinc decimam, et Theodorus cum Juliano

Ornat eximia virtutum laude ferendi,

De sanctis Theodoro Antiocheno, et Julianu Cesareensi seorsim agemus. In MSS. Floraria et Adone S. Laurentii prope Leodium ista datur conjunctio: Apud Africam B. Fidelis Martyris. Eodem die sanctorum Martyrum Felicis, Juliani, Cesarei et aliorum plurimorum Martyrum. De Cesareo, qualis Cesareus est, infra agemus. Maurulycus istu habet. Carthaginie in Africa sanctorum Martyrum Fidelis et Victoriani, hunc Victorium appellat Felicem, et Fidei adiungit. Sed ad alium classem Martyrum Africorum infra dandam spectat. Galeinus silet de S. Fidele, et Felicem aliis a variis clausis referendis praeponit. Grecorum in Additionibus Usuardi ista habet: In Africa B. Fidelis Mart. Item Primioli, Felicis. Est iste sores Martyris. Cesareus alius adiungendus: cui absque adiungitur Felix in MS. Pragnum. In MS. Tambruceas tercia reperitur: iuxta Felicis, ac prout Felicis et aliorum xiv. Eadem die Fidelis adiungitur S. Saturnino et alii Afri in MS. Casuense et apud Maurulycum et Felicium. Musinus in Bononia perlustrata referat hunc diem S. Felicem Martorem, quod diverso rebus reliquo adseretur in templo S. Pancrasti, sed unde hucus Felicis esse constare poterit?

Vita cum
idit Martyri-
bus conjunctio.

DE S. THEODORO SEU THEODULO PRESBYTERO ET MARTYRE ANTIOCHIE.

G. H.

XXIIII MABT.

Antiqua hujus Martyris memoria manifeste probatur, salutem in nominis appellatione aliqua diversitas est. Per certus Martyrologia S. Hieronymi in quatuor apographis, alio S. Cyriaci, et Regius Surex lataulam, illud a Baroni, hoc ab Holsteno: item Barberinianum, Casuense, Altempianum, Richenangtense, Rhinoviense, alioque et ceteris Usnardus et Netherus eum referunt his passum verbis. In Antiochiae S. Theodori Martyris. Eadem legitur in MS. Floraria, et apud Maurulycum, Felicium, Galecum, Casuense, qui addit eum in honestate mortuus,

sapientia et eloquentia excelluisse. In MS. Augustano S. Udalvi et S. Maximini appellatur Theodorus, a Bettino Theodosius, in Martyrologio hodierno Romano Theodulus, additurque in Notis, hinc lectio ad tijulari votivista exemplaria: sed quix nasquam contigit nos videre. Inscriptum esse disticla Wandelberti supra dicimus. Alius Theodorus Presbyter, sub Juliano apostola etiam Antiochiae passus, referatur in nouellis Martyrologiis supra inter Praetextatos judicatis, quem atque etiam Theodorum appellant, cum Martyr. Rom. cui inscriptus est xxii Octobris.

C DE SS. PAULO, JULIANO, JULIO, SABINO, MARTYRIBUS, CESAREE AUT ALIBI.

F
a. n.

XXIII MABT.

Nomina in
anninis
Martyrologiis.Godefridus
de Cor-
mille et
Cesarea?

Tertio loco proponitur haec turma Martyrum in Martyrologio S. Hieronymi, sed non plene eodem modo: nam in perpetuato codice nostro ita legitur: In Provincia Carmille, Pauli, Cessarie, Juliani. In MSS. Lucens et Blauvano loco Cesarei legitur Cesareae et Cesarie. Consentit excusum Parisus, sed post Juliani, addit Juli: idem fit in MS. Corberensi, sed Juliani loco Juliani scribitur. In MS. Barberiniano, ac cephalo quidem sed vahle illustri, ista habentur: In Provincia, Carmille, Pauli, Cesareae, Juliani.

2 Dabili heremus, quot sint Martires constituendi, num solum Paulus, Julianus, et Julius, et prior attribuendus Provinciae Carmille, aliove Cesareae; an vera et Carmille et Cesarea seu Cesaria, nec etiam Cessaria stat pro faminis sanctis accipienda. Lucas Dachierius in Indre. Martyrologi S. Hieronymi a se editi inter nomina Sanctorum Carmillae omisit, Cesariam posuit.

Florentius in Notis ad item Martyrol. S. Hieronymi vix dubitat Cesareae vocem pro Martire accipiendam, quod mox in Cesareae passi alii Martyres adnotantur. At Carmille nomine corruptum arbitratur, cum illius non meminerint Geographi accurritores. Dum undique circumpacimus, etiam hoc incertum, passa etiam transpositione verborum, ut alii obserparimus, factam esse, ne forsan legendum. In provincia, id est diversi seu territorio, Cesareae, Carmille, Pauli, Juliani, Juli. Ad securitatem solum in titulo praeponimus ex his tres ultimos, Paulum, Julianum, Julianum. Certe in MSS. Lutensi et Tamblactensi Paulus et Julianus evanquinguntur, sed in ultima etiis inter alias praeponitur Cesarea, et in MS. Adone S. Laurentii prope Leodium et in MS. Florrio cum Felice supra relato junguntur Julianus, Cesarea et alii plurimi Martyres.

3 Interim MSS. Richenoviense et Rhinoviense ha-
bent

*Iulianus
tributus
Ex. a. ex.*

A beat Casarea Juliani. Usuardus in codicibus MSS. et excusis, Civitate Casarea sancti Juliani, qui radem habent MS. Vaticanicum S. Petri, Bellinus, Caninus, Florarum MS. Martyrol. Bruxellense et alia. Adjunserunt utulum Confessoris Maurilius et Felicius, cum Martyrologio Coloniae anno 1490 excuso: quod etiam factum est in hodierno Martyrologio Rom. In MS. Pragensi Ecclesie Cathedrale ista leguntur: Civitate Casarea S. Juliani. Item Felicis Confessoris. An excusum aut transposito Felice nomen Confessoris adhuc serit S. Julianus, dubitari posset. Meminerunt etiam Juliani et Pauli MSS. Lubet annum et Augustinum S. Udalrici nullo loco upposito, et solus Julianus atud MS. Vaticanicum S. Petri, Galesius, et Wandelbertus supra relatus. Verba Galesini sunt ista, sed valde

intricata: In Africa quoque beatissimorum Martirum Felicis, Theodori, Juliani, Pauli, et Dionysii, quorum in ea ipsa Vandalaica persecutione et pugna nihilis et praeclara confessio extitit. Fuit ante illam persecutionem scriptum Martyrol. S. Hieronymi. Deinde in Natis citatur Usuardus, qui Theodorum Antiochiae et Julianum Casareum tribuit et aliorum non meminit. Et Dionysio max agemus.

¶ Martyrologia duo MSS. charactere Longobardico, *Sabinus* internum canobii Casuensis, alterum bibliotheca *Fatigaua* numeru 3949 signatum, alium addidit *Sanctum*, ac post S. Theodorum Presbyterum, absque ullo loco addidit: Pauli, Juliani, Sabini seu S. Savini, quem ob antiquitatem et usum illorum codicum in variis ecclesiis addidimus.

o. n.

DE S. PROCULO CONFESSORE EPISCOPO VERONÆ IN ITALIA, Commentarius historicus.

B § I. *Cultus sacer S. Proculi. Ejus et SS.
Firmi et rustici Martyrum xpus*

SECULO IV
XXII MART.

Nomen in
falsa sacris
9 Decemb.

103 Martii.

Memory S. Proculi apud Veronenses est illustris ubi ecclesia ipsius nominis dicitur, alterum extra urbem muros, alterum in ipsa urbe, in quo preter ipsius Proculi sacras exanas, adserunt septem aliorum sanctorum Episcoporum Veronensem corpora testis est. Augustinus Valerius Episcopus Veronensis et S. R. E. Cardinalis, in Antiquis monumentis Ecclesiarum Veronensis fol. 82, usquequaque fol. 10 festum S. Proculi, quod apud antiquos die ix Decembri, celebratur, esse festum Dedicacionis seu Ordinationis S. Proculi, ut ex Psalmista vetusto ecclesie sanctorum Apostolorum loquitur. Pomo dicto ix Decembri in hodierno Martyrol. Rom. ista leguntur: Verona S. Proculi Episcopi, qui in persecutione Diocletiani colaphis ac fastibiles cassus, et civitate pulsus, tandem in Ecclesiam suam restitutus, quietivit in pace. Contra opponit Ferrarius in Catalogo generali milii Veronae de S. Proculo ix Decembri fieri, vel xxii Martii: quo die iudeum et in Catalogo Sanctorum Italiae eundem celebrant. Indicamus utroque die eum referit. Maurilius etiam, Gervinus et Caninus memoria habent ix Decemb. Praen. Petrus de Nutabilibus lib. I cap. 49. Ferlinandus Ughellus in Italia sacra tomus 3 de Episcopis Veronensis columnaria 559, et seqq. ista de eo tradit.

Elogior ex
Ughello,

2 Nonus S. Proculus post S. Zenonum Veronensis Episcopus fuit, per illud ipsum tempus, quo Diocletianus et Maximianus imperabant, Veroneisque per Anolium prefectum Praefectum deserviebant in Christianos, Sanctosque Firmum et Rusticum cives Bergomenses Mediolani carcere macerabunt, majori iudice supplicio afflendos. Proculus itaque, tametsi senex, cum angorebat ad pulmam martyrii, adiit ad Anolium Praefectum, liberavocem collitum Christum. Eiam Rusticum se fatur collegam, nihilque omittit, quod ad irritandum tyrannum posse facere videatur. Sed Anolius, cum ex desiderio crucifixum delirem secum arlaturaret, pugnastibilisque macatum extra civitatem egerit. Ille delatus ad suos, qui in speluncas latitabant, consolatus est eos redditione certiores Firmum et Rusticum pro martyrium evolasse ad celos. Ceterum Proculus, cum discessisset Verona sacra Orientalia loca peragratorum, ab idolatriis tentus, diverberatus ac dividitus est, sed paulo post libertate donatus, ex itinere pluribus partibus miraculis, redit ad Ecclesiam suam et post multos labores editaque muraena migravit ad Super-

ros decimo Kalendas Aprilis circa annum Domini ccv, penes capularis senex, centesimum sere attinens annum, sepultusque est in crypta cum praedecessoribus suis, quam deinde ejus nominis consecravit. cuius sepulcro hoc postea additum est epitaphium: HIC CITO CONSEVI, IAM MI PLEBIDENTE LONGIOR ATAN, VIVAMQUE HEC MELIORIBVS ANNIS. PROCALI Episcopi COMPS ET SANCTORVM MARTYRVM COSME ET DAMIANI SEI ET CONFESSORVM MARTINIRELIQVIE BEQUIVESCUNT IN PALE.

3 Hoc Ughellus, et potissimum ex Actis SS. Firmi et Rustici, et antiquis Lectoribus Ecclesie Veronensis, et Martyrol. Romano, scribet non quoad diem martyris, sed quod sub Diocletiana et Maximiano Imperatoribus rexerit. Opponitur Martyrologium Ecclesie Cathedralis Veronensis, in quo ista ad XXII Martii leguntur: Eadem die S. Proculi Veronensis Episcopi, qui tempore Maximini sequebatur beatissimos Martires Firmum et Rusticum, cupiens una cum ipsis martyris coronari, sed tandem a satellitibus expulsus, in pace quevit. Additur apud Valerium anno Domini cxxxvi vixisse S. Proculum quartum Episcopum Veronensem. Endem sentunt Baptista Perettus in Historia quatuor primorum Episcoporum Veronensem pag. 25, Joannes Franciscus Tintus lib. 3 Nobilitatis Veronensis cap. 5 Hieronymus Cortens lib. 2 Historia Veronensis pag. 57, et nonnulli alii a Peretto citati. Regualat tunc post necem Alexandri Maximinus Gotho patre natus, Imperator factus anno praecedente, ne subsequente cxxxvii interemptus. Verba citata Martyrologii creduntur desumpta ex Actis SS. Firmi et Rustici Martyrum, ad diem IX Augusti illustrans. Habemus illa quadruplicia, ac primo descripta ex codice corureo, qui erat Veronae anno Patres Minorum Conventuale S. Firmi Martyris, in quorum ecclesia corpora SS. Firmi et Rustici Verone jacever leguntur in citate Veronensi Martyrologia. Hac Actus incipiunt: In diebus illis regnante impensis Maximino Imperatore in civitate Mediolanensi, facta est persecutio maxima Christianorum. Et erat vir quidam, nomine Firmus, Bergonatis etc. Missi cum Quistori milites adducerunt eum, et ingressi in urbem Mediolanensem nontraverunt Maximino Imperatori, quod indessent etc. Postea Martyres inter tormenta illata dixerunt, se creptos de poenis, quas exercuerit impensis Maximinus, et Anolius minister diaboli. Denique decollati sunt sub Maximino Imperatore et Anolius Consilio eius. Sub finem dicuntur martyrizati sub Maximino Imperatore et Anolius Consilio eius. Ut ad marginem correctio per asteriscum indicat legendum Maximianum.

*Traditur sub
Maximiano
Verone ex.
an. 230.*

*in Martyrol.
Veronensi,*

*in Actis
Veron.
ad-eccles.*

et in Actis
Veron.
ad-eccles.

A 4 Secundo extant eadem Acta ante ducentos circiter
annos ex antiquis codicibus a Bonino Mombrizio edita,
hoc exordio : Regnante impissimo Maximiano Imperatore in civitate Mediolanensi, facta est persecutio
ingens Christianorum. Erat quidam vir, nomine Firmus Bergomas etc. Dicit SS. Firmum et Rusticum adductos jussit Maximianus in custodiam mitti
apud Anolinum Consiliarium sum. Gratias postea
egerunt illa*sæ* inter pœnas, quas exercuit impissimus
Maximianus et Anolius minister diaboli. Decollati
sunt sub Maximiano Imperatore et Anolius Consiliario ejus. Demum Acta sunt haec sub Maximiano
impissimo Imperatore et Anolius Consiliario ejus. Tertia Acta misit nobis Joannes Gumanius Sacrae
nostræ Sacerdos, sua manu descripta ex Passionali
pergameno MS. insigni, quod reperit in cœnaclo Boden-
ensi Ordinis Regulorum S. Augustini, diœcesis Paderbornensis in Westphalia, in quo folio xlvi mensis
Augusti incipiebant en hoc exordio : Regnante impissimo Maximiano Imperatore in civitate Mediolanensi, facta est persecutio ingens Christianorum, et multi propter nomen Domini glorioso martyrio coronati celestia regna penetrarunt. Erat his diebus vir quidam, nomine Firmus, civis Bergomatis etc.

*diripiit, ut ipse gloriabundus Romanam scripserit percccc
millia Germanorum vios incensos, captivos tot ab-
ductos, ut vix sola Romania sufficiat etc. Dein Sar-
matius illatorus bellum, et Septentrionales partes
usque ad Oceanum in Romanam ditionem redigere
cupiens, Syrmium venit. Interim Gordianus pater et
Gordianus filius in Africa purpuram sumpserunt, a
Senatu Romano Augusti appellati: interfecti deinde
omnes amici Maximini, et ipse ejusque filius hostes
declarati. Tunc Maximinus, qui nequidam Imperator Ita-
liam ruderat, furenti similis versus eam exercitum du-
xit, et nihil prator cadem meditans, in Apollonia urbs
absiduone a propriis militibus eum filio est interemptus;
perciso ante, ut diximus, Inolino Praefecto praetorio, qui
impote custos corporis Imperatoris ipsum continuo assec-
tabatur.*

6 Alius ergo inquirendus est Anolius, aut certe si
alibi nullus reperiri posset, hæc Acta probarent alium
fuisse, cui latam jurisdictionem datam servit Onuphrius
Panemius lib. 4 Antiquitatum cap. 5, de S. Proculo fuit sub
Iugens. Hujus tempore, inquit, Firmus et Rusticus
Bergomenses cives a Cicerio Abnulito, Venetia et
alio Cicerio, Venerabilem

*Fuit sub
Narvianio
Consul
Inotinus*

E

... Anonius proiectus de Meloditano sum
xitate in partes Venetiaram, et jussisse ministris
eis, ut alligarent Firnum et Rusticum, et perdu-
erent eos in Veromensium civitatem.... et tradidie-
unt eos militi Cancatio, qui erat Vicarius civitatis
Veromensis: et dixerunt ei secundum praeceptum
Anonili, ut neque aquam daret eis, donec ipse veni-
et cte. Fuerant anna Christi ccxv sub Diocletiano
et Maximiano Consules Romani Numinius Tuscus et
Annus Cornelius Anulianus. Deta Diocletiano viii et
Maximiano viii Consulibus, sine anno ccxiiii Anulium
Proconsulem Africæ, praefuisse certamini Martyrum
Ibatinorum Carthaginæ passorum, induunt Acta ex
MSN. a nobis illustrata od xi Februario, atque olim
statuta a S. Angustino et Optato Meloditano; quarum
idem verba dedimus. Endem Anulino Proconsuli
Africæ oblatus fuit S. Felix Episcopus Tubizensis,
quus Acta edita sunt in Agoribus Martyrum ad xv
annuaria, que doturi sumus ad xxv Octobris, ad quem
etemum Sursum illa habet. En sub Diocletiano et
Maximiano Anulius Consul, et Proconsul Africæ:
quid ni erga, si non idem, saltem aliquis ex eadem fami-
lia potuit fuisse Anulius Consiliarius Maximiani Im-
peratoris, et cum eo deinceps Meloditam; et praefuisse
adrii dictorum Martyrum? Porro Maximianum Me-
loditani purpuram deposuisse, testatur Eusebius in
hronico,

*et Proconsul
Africæ.*

*qui tui et
Consobrini
eius Medicotani?*

F

§ II Acta S. Proculi.

*use in eis supra Actis SS. Firmi et Rustici de
Pruento habentur, hic inserimus, et sunt ejusmodi
MS. Bodleianus, ex quo potius damus, cum alia Acta
in Italia satis nota. Post sex dies ingressus
Anulinus civitatem Veronensem, jussit clamatorem pre-
mitem, ut omnes populi ad spectaculum conveni-
ent. Audiens autem B. Proculus Episcopus, qui
opter metum Paganorum cum paucis Christianis
in longe a muro civitatis in monasterio suo latita-
r, quod Anulinus advenisset, ut Christi milites
deum examinaret; toto nocte per vigil in oratione
precabatur Dominum, ut et ipse mereretur con-
fessio jungi eorumdem Martyrum. Et surgens manu-
beat Christianis, quod ad civitatem vellet ambu-
re, sanctosque Dei Martires visitare. Cum ergo
ad dominum Canchuram, ubi erant SS. Firmus
et Rusticus, asculatus est eos cum gadio, dicens.
Hoc hic adveniens, Fratres, confortamini igitur
Domino Iesu Christo, et suscipite me vobiscum
agomeno istum. desiderio enim vestri consurs*

9. Procurement
Intel

*accedit ad
S. Fermat
et Bassatum*

*Ago uerunt etiam se erectos de poenis, quas exercuit
impios Maximianus, et Anulnus minister eius. Quarta
Acta habemus ex MS. Ultrajectina S. Salvatoris, sed
contracta cum hoc exordio: Imperante Maximiano erat
vir quidam nomine Firmus, civis Hergomatis etc. En-
triplia Acta, in quibus Maximianus repente: cui
leuit uni forent perretusta Martyrologia MSS. Atrebu-
tense Ecclesie Cathedrales et Tornacense monasteru-
S. Martini, his verbis: Apud Veronam passio SS.
Firmi et Rustici, qui post ignem ceteraque tormenta
sub Maximiano et Anulino Consiliario ejus capitibus
pletuntur. Qua brevius a Nothero monacho S. Galli
ita indicantur: In Verona civitate Firmi et Rustici,
qui tempore Maximiani Imperatoris, et Anulni
Consiliarii ejus passi sunt. Qua eadem apud Bedam
excusum habentur, uti, taceat phrasit aliquanto longiori
aut variata, apud Maurolychem, Felicium, Grevensem,
Canutum, et in MS. Florim Sonetorum: quibus ac-
cedit Martyrolog Romanum his verbis: Verona san-
ctorum Martyrum Firmi et Rustici tempore Maxi-
miani Imperatoris. Denum Petrus de Natalibus lib. 7
cap. 42 longum encomium tecuit hoc exordio: Firmus
et Rusticus Martyres apud Veronam passi sunt sub
Anolino Proconsule temporibus Maximiani Impera-
toris.*

His ita relatibus restat inquirendum, que causa ratione videatur movisse scriptorem, dum Acta SS. Firmiani et Rustici in codice coram eis ante annos trecentos, serius forsitan ceteris, exararentur, ut, cum passim Maximianus in reliquis per orbem codicibus legeretur, judicari substituendum esse Maximinum. Certe omnibus perpensis arbitramur cum incidisse in Acta Maximinorum duorum Imperatorum a Julio Capitolino ad Constantinium Magnum conscripto, ibique legisse in conspectu Maximini jam deserti a militibus Andilium Praefectum Praetorio ipsius et filium ejus occisum, et tamquam aliud non extitisset in rerum natura Anolius, conjectisse loco Maximiani substituendum Maximinum, quasi illeque ante in civitate Mediobrugio intrisset, hic Imperator, ille Consilarius ejus, uti ex Actis constat ambos videntur presentes existuisse. At contra manifestum est ex ipso Julio Capitolino, et Herodiano corvo scriptore Maximinum tempore Imperii tempore, alicuius etiam Praefectum Praetorio nunquam remisse aut raduisse Mediobrugum. Num postquam, Alexander Imperatore cum Mummea mater apud Moguntiacum occiso, imperium accepit Maximianus, expeditum contra Germanos ab Alexandro inchoatum prosequens. Ehenam transmisso, interiora Germania ita

*Sub Maxima-
no in Actis
epud Nom-
brilium,*

in MSS.
Bidecast

et Ultrajectinus?

*in Martyrolog.
MSS. et
excus.*

Causa
erroris

*Anelnum
ara sectum
pritoru
nazitum,*

卷之三

A fieri, ut sit nobis voluntas una et certamen unum pro Domino, quatenus ejus gloriam mereanur intrare, et nomen ipsius cum Angelis in aeternum collaudare. Et dixerunt pariter, Amen. Interea praecepit Anulinus ministris suis, ut sanctus Martires sibi representarent: qui concito cursu venientes ad dominum, invenerunt Proculum Episcopum sedentem cum Sanctis Deo, et irridentes dixerunt: Quid sili vult senex iste cimolis, qui jam nunc condemnandi sunt? B. Proculus Episcopus respondit: Non sunt condemnandi, sed a domino nostra Iesu Christo coronandi: atque atnam et ego mereor illis annoverari, quoniam Christianus sum, siue ipsi. Et huc dicens, porrexit manus ministris, rogans ut ligaretur. At illi ligaverunt eum. Sedente igitur Anulino pro tribunal, et nstante coram eo non parva multitudine populi, adducti sunt sancti Martires Firmus et Rusticus, quos praeceperat Proculus Episcopus post tergum omnibus. Cumque presentati fuissent aspectui Judicis, interrogavit quis esset senex ille, qui praeceperat Sanctos! Responderunt ministri: Spontanea voluntate obtulit se nodis variis nolens et huc perducendum. Anulinus dixit: Non intelligatis quia pere senectate delirat?

¶ Solventes itaque ministri S. Proculum, injuriverunt eum, ita ut palmas in faciem darent: et sic extra civitatem egeverunt. Ille autem abiit tristis, et quod a sanctis Martyribus fuisse separatus. Et veniens ad suos, indicavit eis, que evenerant sibi.

Hoc Acta MSS. que ejus deinde vita ratio fuit, ita indicatur apud Augustinum Valerium fol. 41. Sedata deinde impiorum in Christianos persecutio, Ecclesia sua rura Presbyteris commissa, paucisque quibusdam delectis, quos secum duceret, Hierosolymam versus iter suscepit: eo in itinere captus, vincitus verberatusque, postremo etiam venditus est. Ceterum his illis rebus adversis minime fractus, galvusque patens, comites ad dura omnia secum perferenda certum horarii non desistebat. Liber tandem factus, cum Veronam rediens in Pannemam divertisset; fontem ex arida terra orans mirabiliter elruit. Cum enim barbam nimis prolixam radi, ac coronam capitum sibi necummodari possisset, stupendibus omnibus, quod misquam collocare aperte habeberet, sine quo id fieri non posset, ipso orante fons illi proslivit, cumque novacula nulla precesset, habebi cuncto, ita servo Dei Episcopo jubente, leniter ne suaviter semiles pilos alio miraculo ejus ministri omnes derescerunt. Beatus autem Episcopus Proculus, quoniamplurimos eorum, qui in eum regno peregrinabantur, miraculo lunis fontis ad Christi idem conuertos in eodem fonte baptizavit. Reversus tandem sanctus Episcopus Veronam, cum Presbyteros suos in officio persistisse ne talenta duplexasse represisset, eos, ut majora sibi proponeantur excitavit. Cumque martyrio ex hac vita discedere non posset; abstinentia assiduis orationibus et vigilis confortus, ab aliis decimo Kalendas Aprilis, miraculos et virtutibus claros. Corpus ejus sepultum est in ecclesia suo nomini dicta. Hoc ibi, que in compendium contraria habent Ferrarias in Catalogo Sanctorum Italicis et Panormi lib. 4 Antiquitatum Veronensem cap. 5, sed hic que de rasura barbe interseruntur, omittit, usque tamen die revertentem in itinere fidei ex terra aliquo terra orante mirabili sime prodigio eliciuisse: sed huc etiam apud Ughellum in compendio supra velut sunt praetermissa: qui etiam indicat eum ad sacra Orientalia loca peregrinatum, ut Panormi tradit. Sonem versus Bithinas civitates iter arripuisse.

*meritur 23
Marti,*

al quo tempore, incertum;

*victus a
ligeribus
offeritur
Anulino,*

*plagi exceptu-
tigatur,*

*in Oriente
Hierosolyma
fatu,*

*captus
cendiatur*

*fontem
cluittat*

*multos
baptizat:*

cap. 7 dicti libri 4 a Probo Episcopo, quem undecimum collocat, usque ad annum Christi DCCLX ordinem Episcoporum Veronensem non esse continuatum: quis invicem successor fuerit incomptum tempora etiam, quibus singuli vixerint, sex exceptis, et singulorum gesta obscurissima esse et incerta: ac prouide uuda nonnula nomina ordine alphabeticu suggester. Idem in primis etiam Episcopis, saltem plerisque arbitramur faciendum. Hinc quem ipse quartum statuit Proculum, nonnum censet Ughellus: ille decessorem nominat Agapium, hu Zenonem: quem constat ex antiquis Actis que ad XII Aprilis erant elevandula, sub Gallieno martyrum palma decoratum. Sed an inter Zenonem et Proculum non sit uans alterve interpoendamus, quod dicit? Nam fatetur Panvinus baco jam indicatores has, de successione Episcoporum, nimis jam vestitute maiusquamque fatali ignavia tenetis statutis oppressa esse. Ex his tenebris evnenda aliquando erunt Acta SS. Teuterius et Tusca Virginum, quoniam haec vescunt sovir S. Proculi Episcopi, et coluntur x Julii; ut Teuterius dicitur ex Britannia advenisse, ac cum S. Tusca virisse, cuius natulus est dux in Mari. Legi possunt, quae de his habeatur apud Valerium fol. xx.

*S. Tacea
Virgo creditur
coror S.
Proculi,*

E

§ III. Corporis inventio ex Italico Baptista Peretti.

Cum illius sodalitatis Fratres, que sub invocatione Beatissime Virginis in templo S. Proculi instituta est, omne studium collocarent, non solum in ornando altaris eiusdem Deiparae Matri consecrato, sed etiam templo universo; sumpsissetque sibi restaurandum concinnandumque subterraneum oratorium, quod Confessionem uniuersitatis, temporis injurya dilatatum ruminque oppletum: accedit ut altare unum versus septentrionem positum removentes, inuenient arcam, in qua recondita esse corpora aliquot ex indiis minime vanis judicavere: eo magis quod juno olim fama celebrari audissent, multis illis Sanctos sepultos fuisse. Duo deinde alia altaria removentes, quorum unum Orientem, alterum spectabat Septentrionem, sublati ruderibus et terra profundius excavata, in grandia saxa impetrato confuso ordine posita. Et his quipue remotis, eas detexere petras, quae secularium uenitrum esse opercula videbantur; quarum titulos percurrente agnovere, latera istic Sanctorum Episcopi, Cricini, Agapii et Proculi Episcoporum Veronensium corpora.

*Anno 1402 in
restauranda
confessione
S. Proculi*

*renegatur
sub altariis
arca et
arcis:*

F
quibus
praeante
Europo
operis,

11 Ne quid igitur in debitu nisi reverentiam laudes peccarent manus, advocatus in templum a Episcopis est: qui sublati ante omnia in eorum inimicis oculisque et Dei Sanctorumque favore posulato, iussit amoveri petras. Id enim ex prescripto ejus factum esset, xxii die Martii anno mccccxv tantus ex apertis sepulcris tamque mirabilis foto tempore diffusus odor est, ut omnia Orientis aromata istie collecta spirare adstantibus viderentur. Plauit autem primo omnium aperiri S. Proculi monimentum: ejus corpus absque epite repertum est candidissimo involutum linteo, et juxta illud, prout titulus quoque significabat, reposita Reliquias SS. Cosmae b et Damiani, sanctique Martini Confessoris celeberrimi.

*in una S.
Proculi
corpus
invenitur
cum plus
reliquis*

b
sine capite
qui d Bergom
i e pulari:

12 Ad caput quod attinet, P. Donatus Avogardus de hac inventione tempore suo facta lequens, famam uit inter Bergonates vulgata fuisse, illud apud se magno in honore Iulieri in vicem SS. Firmi et Rustici civium suorum apud nos, qui templo eis quatuor nobilissima dedicavimus, insigni religione cultorum: quamvis non desint qui sentiant istud, quod apud Bergonites est, caput illius esse e Proculi, qui admirandis S. d Valentini Episcopi Interamensis predigis

c
d

A prodigiis motus, a secularium litterarum studio ad veram Jesu Christi philosophiam transiit, in qua brevi tempore sic proficit, ut Leontii Consularis imperio pro fidei confessione caput suum gladio amputandum Interamnae præbuerit.

*eius imago
saxo miracu-
lose impressa.*

13 Provisum tamen divinitus est, ne sancti sui Pontificis caput prorsus abesse numerum queri possent Veronenses: etenim stupendo plane miraculo, in eo quod corpus operiebat saxo integra corporis capitissimum, non alter quam in speculo, cernebatur, nullus artificis alterius quam divinæ virtutis manu admirabili: cuius proinde gloriam in expressa sic figura contemplabant intuentes, et ad dicendas Deo laudes invitabantur. Porro supra ipsum sacri eadaveris pectus inventa est tabula bisecc litteris incisa. *INC REQUIESCIT IN PACE CORPVS PROCULI EPISCOPVS.* Et in altera petra, quæ prædictæ incumbebat, sequentes aliae littere legebantur. *VIC CITO CONSENVIT IAM ME PRÆCESSIT LONGIOR ETAS VIVAMQUE DIV MELIO-
RIBVS ANNIS E.*

*corpus
S. Agapiti m
2 mta*

14 Postea, cum in illa area, quæ prima ad Septentrionem relecta fuerat, nullum appareret indicium humani corporis in ea reconditi, cuius nec debitam mensuram ipsa aquare Episcopo videbatur: amoliti nihil minus sunt ingens, quo tegebatur, saxonum, et omnia corporis jam consumpti ossa sub ea reperta sunt tam integræ, quasi recent illuc illata fuissent: et in ipsa area hæc litteræ sculptæ apparuerunt. *INC REQUIE-CIT IN PACE SANTVS AGAPIVS EPIS-
COPVS.* In altera vero quæ ad meridiem erat hæc legebantur. *INC REQUIESCVNT IN PACE CORPORA SANCTO-
RVM EVREPHI ET CUCINI f.* Fuitque miraculo magni cunctis hæc corpora intuentibus videre, ea tam diu sub humo abdita necedum consumpta fuisse.

*In 3 SS.
Eusebii
et Crisini.
f*

*Circumferun-
tur iohu mter
8 Aprilis,*

*Omnis ecclesiæ
testimonium :*

15 Hinc solennes processiones Clero populoque indictæ sunt: et sanctissima ossa, nullo suo pondere ferentes gravantia, veluti si sponte sequerentur, ex eis ubi delituerant locis ablata, publice omnium venerationi exposita sunt triduo integro: cum eo omni ceremoniali ritu, qui solet in ejusmodi actionibus sacris observari. Nec defuere partibus suis pii cives, certatim pecunias conferentes, qibus congeneris sacris pignoribus colloquendis locis instruerebatur. De qua inventione ad Comitem Joannem Bevilacquam, in suo unde titulum habebat castello tum residentem, sive hic Verone Procurator Hieronymus Segali scripsit epistolam, xxviii Martii anno mille et signatam, quam penes me ussero, et est talis: Rursus in S. Proculi inventa sunt quatuor Sanctorum Episcoporum corpora, videlicet S. Eusebii primi Veronensis Episcopi a S. Petro instituti, S. Agapiti Episcopi, S. Cricini Episcopi, S. Proenli Episcopi: cui S. Proculo incumbebat tabula ex Ophite trecentis ducatis astinato, et sub hac tabula aliud marmoreum invenerunt, in qua nunquam sculpta mirum in modum apparebat S. Proculus, velut in sudario quedam, etc. Multæ etiam alia reliquias reporta sunt, senis vel sepius pedibus sub terra, subtus altare majus, quod inferius est: eaque de causa ab omni clero instituta est pulcherrima supplicatio.

*Item alius
qui memori-
tate etiam*

*etiam
m. m. m.
schola
- - - - -*

16 Alia quoque ejusdem inventionis memoria reperitur in Chremica scripta manu Blasii Notarii Sessionis, in hac urbe commorantis, qui presens interfuit, et hoc signavit: Nota, quomodo mense Martio anni mcccxxv, circa finem mensis, inventa fuerunt in S. Proculi Veronensis corpora SS. Eusebii, Agapiti, Cricini et Proenli, pariter Episcoporum Veronensem, et ostensa fuerunt omni populo et milibet videro cœpiunt. Et die vii Aprilis ejusdem anni, quæ fuit dominica g. Lazari, instituta est devotæ processio a Cathedrati ad sedem S. Proculi, cui interfui, et vidi, et osculatus sum dictas reliquias:

que omnium conspectui expositæ per triduum manse, iterumque in festo Paschatis quod in xxii Aprilis incidit diebusque sequentibus. Fuerunt autem quatuor ea corpora reperiæ sub terra cum inscriptionibus fidem facientibus de eorum veritate.

baptismum initaret, jurejurando infelicissimo obstrin-

xit, ut in impio dogmate perseveraret, quemesque,

qui contraria sentirent, omnibus locis expelleret. Ita

ille, deserta Apostolica doctrina, ad partes adversas

traductus est : nec longum abiit, cum cetera præ-

stitit, quæ jurarat. Ejecit enim Antiochia quidem

Magnum Meletium, et Samosatis Divinum Eusebi-

um : Laodicæam etiam erbavit admirando Pastore

Pelagio

anno 303
inter si Conc.
Antiocheno,

anno 305
Tyaneus,

a Valente Imp.
heretico,

*in eis, iuv
at in
Arabiam*

circa an. 374.

A Pelagio... Non enim laudandæ hujus conversationis splendor hostem veritatis ad reverentiam inflexit; sed bunc quidem in Arabiam relegavit, in Armeniam vero Meletium, in Thraciam Apostolicis sudoribus abundantem Eusebium, *Huc ibi. Endem* descepit iterum Nicophorus lib. 11 cap. 21. Colitur dietus Eusebini xxi Junii, Theophanes in Chronographia, ad annum Valentis x, Christi ccclxxiv ista habet. Barse porro Edesse Episcopum et Laodiceæ Pelagium, reu recte solei propagatores Valens in evilum ejicit. *De S. Barse ejusque varus exiliis egimus* xxx Januarii. Hoc S. Pelagi exilium memoratur in Martyrologio Romano his verbis die xxv Martii et Laodiceæ S. Pelagi Episcopi, qui ob fidem Catholicam tempore Valentini exilium et alia passus, quietivit in Domino. *Habenimus Additiones a Corthusianis Brussellensibus ad Usurandum et Grevernum collectas, in quibus ad iv Martii celebratur memoria S. Pelagii Episcopi et Martyris, sed non de hoc above Sancto agatur, nobis non liquet.*

B Non quare in exilio S. Pelagius, sed sub Gratiano et Theodosio Imperatore adhuc floruit. Valente numero anno ccclxxviii sive liberis extinto, Gratianus,

*ejus ex fratre Valentiano nepos, universo Romanorum Imperio potitus est. Is vero insitam sibi pietatem manifestiorum mox fecit, regnique sui primi annuum Regi cibulit, lege lata, quoniam huius tunc ejectos in exilio Pastores redire gregimque sunt restituti, tum saneras aedes illi trahi, qui Damusi Episcopi Romani communione amplecterentur: ut istu Theodoreto scribit lib. 5 cap. 1 et 2. Reversi ergo cum aliis sunt supra memorati Sancti, Meletus, Eusebius, et Pelagius, *Ferum quia discordia Ecclesie Antiochenorum ob duos ibidem residentes Cutholoeus Episcopus resuscitata fuit, in favorem alterutrius alii per orbem Episcopi fuerunt attracti, et qui in Oriente degehant, communionem S. M. tu amplexerunt, atque inter alias S. Pelagius Episcopus Laodicensis, ut pluribus ad Igitur dicti Meletii dedicamus § 8.**

C 6 Alius controversia exorta est anno ccclxxix Constantinopoli, quo profectus S. Gregorius Nazianzenus, Catholice fidei reliquias forfatur, tam illustri successu et admiracione ut ad Episcopatum urbis illius Sedem promoveretur, in Ecclesiæ introductus vi Kalendas Decembrii anno ccclxxx contra quem, utrum Theodosius lib. 5 cap. 8 tradit, Timothenus Alexandrinorum Antistes Maximum quendam Cynicum, detonsa subito Cynica ejus coma, ordinavit, qui frividis etiam

Apollinaris agitatus animum apploperat. Itaque tam absurdum fascinum non tulero, qui tunc convenienter suspiciendi plane viri, et divino zelo ac saquentia pleni. In quibus fuit Helladis, Magni Basilius successor in Episcopatu, Gregorius item et Petrus, eodem quo Basilius Patrem, et Amphilius Lyacenum Pastor, et Optimus Pisidium, et Cilicum Diodes, Aderant et Pelagius Laodicenus et Eulogius Edessae et Aeacius et Isidorus, et Cyrilus Hierosolymorum et Gelasius Cesareum Palestine, aliquo virtutis athleticæ quinqueplurimi. Hi tunc universi seipso ab Aegyptia segregantes cum Magno Gregorio conuentus celebrabant. *Sicut habet Nicephorus lib. 12 cap. 11. Acta aliquorum hic memoratorum Episcoporum dedimus, Petri featus S. Basilia in Januarii Gregori Nysse in Martii, et Cyrilli Hierosolymitanum xviii ejusdem Martii. De nouantibus aliis sui tempore erit agendum, de S. Amphilius xxiii Novemb. et de S. Eulogio v Maii.*

D 7 Ceterum una predicti Episcopi hunc conuentum celebravint ante Synodum OEcumenicam, Constantiopolis sub Theodosio Imperatore collectam anno ccclxxxi, vni Idus Julias, an rerum cum reliquis centum et quinquaginta Patriis id præstiterunt, ab aliis discutit permittimus, Nicephorus lib. 12 cap. 13 ait, Patres sy-

nodi gubernationem Orientalium Ecclesiarum Episcopis earum approbasse, videlicet Pelagio Laodicensi et Diodoro Tarsensi. At Theophanes cum maiore laude S. Pelagi in Synodo ista scribit praefacta; Sancta et oecumenica Synodus Consulstantialis dogma stabilivit, sanctamque de Spirito sancto doctrinam Symbolo apposuit. Promulgavit etiam Canones, quibus Constantinopolitane Sedi nova Romæ privilegia concessit. Tunc Gregorius Nyses et Pelagius Laodicenus, Eulogius quoque Edessae et Amphilius Leonii cum Magno Gregorio et aliis membris in Synodo florebat. Sancta vero Synodus Arium et Eusebium Nicomedensem, Euozium pariter et Aeacium, Theognem et Euphronium et reliquos anathemato damnavit, et praeter eos Macelium, qui Spiritum sanctum impugnabat, Endoxiumque et Aetium et Economium abdicavit. Subscripti sunt Episcopacentum quinquaginta, qui in eodem Concilio convenerunt, et ex Provincia Syria post S. Meletium Antiochenum Pelagius Laodicensis, qui propter in nonnullis condicibus Pegasius scribatur. Magnus autem Meletius, inquit Theophanes loco ante citato, absoluta Synodo Constantinopoli in pace quietivit. Quis modo magis nobis probatur, quam quod alii dicunt, cum ante Synodum hoc anno xii Martii mortuum esse cum huc dies potuerit esse depositionis apud Antiochenos aut attingens Translationis.

E 8 Thedosius Imperator cum sciret sub Catholicis nomine variis Episcopos haereticos in Oriente adhuc retinere Ecclesias, ad horum fraudes convenerendas, quos denuo nominavit Episcopos sincere et orthodoxe fiduci, quibus qui communione jungentur ibi Catholici convergent atque Ecclesiis praeficerentur. Sancti illa contigitur in Cod. de Fide Catholica, his verbis:

Theodosius Imperator ad Auxonium Proconsulatum Asiae,
Episcopos tradi omnes Ecclesias mox juberunt, qui unius maiestatis atque virtutis Patrem et Filium et Spiritum sanctum, confitentur ejusdem glorie, claritatis unius; nihil dissonum profana divisione sufficientes, sed Trinitatis ordinem, Personarum assertiōnem et divinitatis profidentes; quos constabil communione Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesias nec non Tomothei intra Aegyptum Alexandrinæ urbis Episcopos et esse sociatos; quos etiam in Orientis partibus Pelagius Episcopo Laodicensi, et Diodoro Episcopo Tarsensi, nec non in Asia Proconsulari atque Asiana dioecesi Amphilius Episcopo Iconiensis et Optime Episcopo Antiocheno; in Pontica dioecesi Helladis Episcopo Caesarensi, et Otrejo Meliteno, et Gregorio Episcopo Nyseno, Terentio Episcopo Scythiae, Martyrio Episcopo Marcipolitano communicare constituerit. Hos ad obtinendas Catholicas Ecclesias ex communione probabiliter Sacerdotum oportebat admitti; omnes autem, qui ab eorum, quos commemorationis specialis expressit, fide communione dissidenti, ut manifestos haereticos ab Ecclesiis expelli, neque his penitus post haec obtinendas Ecclesiarum Pontificis facultatem permitti; ut verio ac Nicene fidei Sacerdotia casta permaneant, nec post evidentem præcepti nostri formam malignus locus detur substituatur. Datum in Kalend. Augusti Horaeclae Euchario et Syagrio Consulibus. *Is est dictus annus ccclxxxi. Nicephorus lib. 12 cap. 13 assertit Patres in prefato Conclvio urbibus circa Thraceam et Scythiam satis, Episcopos præfisco Terentium Tomitanum et Martyrium Marcianopolitanum, qui etiam inter alios Episcopos subscripterunt, sed loco Terentii Gorontius legitur, qui ab aliis etiam Bretanius dicitur. Quamvis postea vixerit S. Pelagius, ant quo anno, mense aut die ad caelestem migrarat beatitudinem, non liquet.*

*Ibi in Synodo
œcuménica
fidem
propugnat*

*haereticos
damnati*

*a Theodosio
Imperatore*

*communio
cum eo atque
Episcopis.*

*ut siquum
orthodoxi
fidei proponer-
tur e*

DE SANCTO HUMBERTO FUNDATORE MONASTERII MARICOLENSIS IN HANNONIA.

Commentarius prævius.

CIRCA AN.
DCCLXX
XXXI MIRT.

Cultus
antiquus

ex diplomate
bus Ludovici
Pr Imp.

et Caroli
Simplicis
Regis Francie.

et Chronico
B. Idem

Vita datur et
MS.

Maricola, alius Mareclia et Marcellineum, vulgo Maroiles, Abbatia celebris est in Coniuatu Hononivæ ac diœcesi Cameracensi, oltero ab oppido Landraca seu Londresio latu[m], ad flumen Helpram, qui haud procul inde in Salom, infra in Acius Sombrum, influit. De hujus monasterii origine damus max diploma donationum S. Humberti, ex ipso autographo, quo[rum] huius Sancti sigillo munatum est, descriptum. Constitut[us] ibidem S. Humbertus trivit[us] Clericos, quibus circa annum Christi MXXX amotis, substituti sunt a Gerardo i Episcopo Cameracensi monachi, qui ibidem etiamnum sub regula S. Benedicti degunt. Mortuus est in hoc cœnaclo S. Humbertus xxv Martii, cuius corpus hartenus itidem adseratur, magna semper in veneratione habatum. Cetera cum Ludovicus Pius Imperator Maricolensi monasterio donaret villulam, nomine Sassigniacas superflu o Sambea prope Berlouantum oppidum, in diplomate (quod inter Diplomata Belgica Mirzi lib. 2 cap. 8 extat) asserit se regatum, ut pro suo pietate concederet S. Humberto Confessori aliquam villam famulis pra dicti Sancti congruam.... Idecirca honoratus loca Sanctorum, sed ad monasterium, quod dicitur Maricolas, ubi etiam Domini Confessor Humbertus quiescit, tradere villulam etc. Extant apud eisdem Mirzum in Notitia Ecclesiastarum Belgij cap. 50 duo diplomata Caroli Simplicis Regis Francorum signata anno MCCCXXI, quibus varia urdia Maricolensibus monachis attribuit aut confirmat. asseritque ecclesiam Maricensem constructam in honore S. Mariæ et SS. Petri et Pauli, ubi etiam Confessor Christi Humbertus quiescit. Quod etiam facit idem Regis diplomata a Balderico in Chronicis Comitavensi relate, cuius partem infra in Notis damus. Quin et ipse Baldericus lib. 2 cap. 32 ista de S. Humberto ejusque monasterio interserit: Sanctus quoque vir Dei Humbertus, sanctitate conspicuus, et non modice prædintus, ex patria Landuense decedens in villam Mareclias, locum sue sanctæ conversationis elegit, ibique de rebus propriis et prædictis monasterium in veneratione sanctæ Dei Genitricis, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Apostolica auctoritate consteuit: illucque Fratribus ad serviendum statutis, ipse etiam Domino serviens, virtutum signis et doctrinae vitaque meritis satis clarus emicuit, ibique laborem huius vitae consummans, sepultus in pace quiescit.

2 Vitam S. Humberti damus ex illustri codice MS. domus nostræ Professor Antuerpiensis, et tribus apographis ex ipso monasterio Marwoldensi transmissis: huius unum est aliquosque in lectiones, que al matutinum recitari solent, distinctum. Auctor est unonymus monachus Maricolensis, sed qui magno cum judicio eum Vitam et corporis variis translationes dedit, et ostendit num. 20 se tum recessisse cum Benedictini illud monasterium oblinuisse; nam corpus a Clericis depositum, rauquit, per quosdam didicimus. Habemus etiam eamdem Vitam in MS. Ultrajectino, sed in pluraque in eo codice habentur, in compendium contractam, quam plane eamdem Sursum ad vi Septembres edidit, et ex eo Harrus, Lippelius, aliisque. Aliam Vitam accepimus ex manuscriptis codicibus vicinorum in Hannonia connotiorum Altmontensis et Gistopolitam, quæ ex priori videtur contexta, alia rerum et minus apta amplificatione intrusa, deductaque est usque ad Translationem

corporis. Hujus Vitæ partem posteriorem his prioribus alterius situr Actis subnexam accepimus etiam Maricolis, in lectiones distributam, quod in Matutinis fuerint in dispositione S. Humberti recitata. Præponitur Prologus hoc initio: Omnipotens plasmator rerum Deus, cuncta supienter ordinans, primum in superioribus sibi Angelorum multitudinem creando subegit etc. Inde post lapsum Luciferi, et Adami per Paternras et Prophetas descendit od Christi Servatoris nostri Incarnationem, ac dem relata predicatione Apostolorum et virorum sanctorum, addit: Hilderici autem gloriosi Francorum Regis tempore floruerunt multi sancti viri, sanctitate insigne: e quibus sanctus Pontifex enituit Amandus, egregius Antistes Usmarus, ac R. Humbertus mirabilis sanctitatis vir: de enjus actibus, Deo optulante, prout relata fidechum didicimus, aliqua pandere cumpius Fratrum caritati. Ubi enixe poscimus lectionem, ne exhorreat veritatem materiae propter vitia, si inventerit, que Grammatici barbarismos et sollicitos vocant. Sequitur Vitæ S. Humberti historia hoc initio: Sanctus igitur Domini Confessor Humbertus, gloriosi Francorum Regis Hilderici enenuit temporibus, ac velut splendida stella inter illius ævi apparuit Christicolas. Genitor hujus Sancti Ebrardus, genitrixque eis Popita, magna de gente Hectorea traxerunt originem claram: etc. Si quæ in hac Vita alia diversa sint, reperitur Lector in Notis. Hic solum indicio Exordium eorum, quæ in Dispositione legenda præscrribuntur his verbis: Multa sunt equidem hujus sanctissimi Confessoris Humberti opera, quæ in Undimo constat esse patrata: quæ nobis quidem ignota sed Christo, enjus ope ab eo sunt gestæ, credimus nota, qui cunctis reddet secundum opera sua. Hic nomen Dei Sacerdos in omnibus suis actibus efficax extitit monasteriorum constructor, captivorum redemptor, viduarum ac pupillorum adjutor, hospitum huius susceptor, discordiarum pacificator, infirmorum visitator, defunctorum juxta Tobiae exemplum tumulator, et quasi alter Job, uenitus erit circu et pes clando morentiumque consolator. Cognoscens igitur suæ resolutionis immunitate diem beatus Antistes Humbertus, misit Legatos ad suos quatuor consanguineos etc quæ annum. 13 narrantur. Similes amplificationes immisimus in Notis observamus. Si tamen hoc ante fuisse conscriptu aliquis censuerit, notum in re temu et ambigua contrarie, sed tum judicaremus amplificationes superflua fuisse recessus, et quæ post Translationem corporis a num. 49 referuntur esse adiuncta. Verum et altera Vita subnretebatur solum usque ad obitum delecta.

3 Hoc enim in nullis. Igitur aut diplomatibus reperiimus vestigium dignitatis Episcopalis, nisi quod in Amplificatione jam data se vel vocetur beatus Antistes Humbertus, et hic titulus præponatur: Incepit super sanctissimi Confessoris et Pontificis Humberti Vita Præfatio. Interim in Ecclesia Cameracensi, Malabodiensi altisque honoratur ut Episcopus cum norem lectionibus, sed vi Septembres, quo die corpus elevatum est. Molanus etiam in Notabilibus Sanctorum Belgij ad hunc xxv Martii edidit sequens poema. Antuerpiæ apud Premonstratenses inventum: in quo legitur:

Inclite qui meritis fulges Humberte coruscis,
Cujus ad exemplar vita ac moderamina, quondam Antuerpiensis docuit,
Barbara doctrinam nacta est Antuerpia Christi.
Te Duce ruenodium felix radiat Maricollis.

Respicere

A Respic prostratos, Præsul mitissime, servos,
Horrida viperis rabies quos morsibus urget.
Tranquilla da pace frui, da corde sereno
Rite procellos fluctus componere nostros.
Effera, queso, precul rabies abigatur in ieyum.
Fae pietate fides crescat, spes umbiat alta,
Instet amar studiis, luxus declinet inanis

In Collectaneis Prioris Aquincumci sub finem seculi
clavi conscriptis citantur sequentia ex MS. Maricolensi.
Hic sedulus vir prosector est ad ea loca, ubi nunc
est Antverpa, faugensque suis partibus, gentem in-
fidelium adhuc a cultura demonum abstraxit, eamque
dogmatibus Christianis rite catechizatum, ad
baptismi lavacrum perduxit. *Melanus loco citato ar-
bitratur enim ut Episcopum cooperatorum Apostolatum
suum, quia Maricolis et circum vicinis ad Holpram
habetatibus fadde et aliis Antwerpum usque, Chris-
tum annuntiavit, qui ratione alii quid in inter Epis-
copos honorantur; et ubi titulum præponit, De S.
Humberto Maricolensi. *Moxius etiam in Fastis Bel-
gicis appellat in titulo Maricolensis Abbatie in Han-
novera Fundatorem; inquit tamen alios velle ipsi unum
Episcopum fuisse. Ita *Melanus in ritatu Natalibus et
Intructu Uswardi MartYROLOGIO Maricolensis Ecclesie
ista scribit.* Item ipso die depositio sanctissimi Humberti.
Epi copæ et Confessoris Christi, virtutibus et
miraculis gloriösi. Quæ *Melanus ritata fere eadem re-
petit Galerianus, et ultraque allegat Wion in MartYRO-
LOGIO monastico, quem sequuntur Dagobitus, Menardus,
et addito magore claviger Bucellinus. Demum Ferrarius
in Catalogu generali Abbatum et Episcopum appellat.
Sed eadem in ultraque manet controversia. Longe nequa-
cum veneratur Sansanus; de quo aliquis in Notis infra
adducuntur.***

B Festum Translationis et eodem Maricolensi Mar-
tyraboche ad vi Septembri refert Melanus; Eudem
die Translationis corporis beatissimi Christi Confessoris
Humberti, virtutibus et miraculis clari: omisso
nomine Episcopi. MS. Turnavense monasterii S. Mar-
tinus primo loca ista habet: S. Humberti Sacerdotis,
MS. Latiane in Hannovera. Depositio S. Humberti
Confessoris. Eudem sunt apud Cantuariam in MartYRO-
LOGIO Germanico. Memini etiam Humberti Herman-
nius Greven in Uswardi autumo. At florurum MS.
ista tradit: Item S. Humberti Presbyteri et Confes-
soris. Hujus corpus, post centesimum quinquagesi-
mum annum dormitionis sue, adeo illustre ac in-
corrumpum inventum est, nec eodem die obiit.

C Similia hancit Sansanus et Wion: quorum ille solus
Confessorem, hic etiam Episcopum appellat, Buech-
ius addit. Abbatum Maricolensium. Ita Ferrarius, qui
supra Abbatum et Episcopum dicerat, hic vocat Epis-
copum, titulus ad xxv Martii refert in Natalibus
Sanctorum Canonizatorum. Hor certum est Sacerdotem
fuisse, et fundatorem monasterium, in quo tringita Clerici
reverunt: quibus postmodum substituti monachi: ne
proinde recte valuit cum Benedictum, qui ejus modo
monasterium possident.

Diploma donatiōnis S. Humberti.
Ex MS. Maricolensi sigillo S. Humberti
punito.

+ **A**nno a duodecimo Regni Domini nostri Hil-
dri gloriosi Regis: b Ego in Iei nomine c Humbertus,
etsi indignus peccator, cogitans de Iei timore,
vel aeterni boni retributione seu abhondis meis pec-
catis, quia deit Scriptura: Facite vobis amicos de
mammomina misericordia, qui vos perdulent in aeternas
misericordias Sanctorum, d Idecirlo domo, quod in per-
petuum donatum esse volo, ad sacrosanctum monaste-
rium quod vocatur Maricolas, quod vir illustris e Ra-
doberthus quondam suo opere construxit s, consecra-

tum in honore S. Mariae matris Domini nostri Jesu Christi et SS. Petri et Pauli Apostolorum vel reliquo-
rum g Dominorum qui in ipsa basilica venerantur, si-
tum in pago h Fanomartensi, super i fluvium, qui voca-
tur Helpre, partem maximam de possessione nostra
in villa nuncupata Macerias, sita in pago Lauduen-
si super fluvium Iseram, quam de aula mea Deo sa-
crata, k Andibana, quondam dato pretio per vendi-
tionis titulum comparavi, hoc est manus dominicos,
ubi ipsa Audibana mansit, vel postea nos aedificav-
imus, et fortificationes, et servos et ancillas, illos et
illas. Hos igitur mansos cum terris m concidis et
pascuis in integrum per hanc seriem epistola nos-
tre donationis, quæm Uffinum Notarium scribere ro-
gavimus, ad ipsam basilicam S. Marie Maricolis con-
structam, a presenti die tradimus ad possidendum.
Hæc omnia supra nominata ad ipsum monasterium
delegavimus, ut ipsi monachi vel successores nostri
in suo jure vel dominatione a presenti die recipiant
ad possidendum, tam in terris quam domibus, adi-
ficis, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis,
unquamque decursibus, absque ullius judicis inter-
pellatione, n advocatione, vexatione; habeantque in
sua potestate tenendi o vel commutandi vel quod ex
inde voluerint faciendo. Propterea in ista epistola de-
fluminis ut nulla ratione calumnia in postmodum inter
ipsos servos Dei, vel heredes p non aduerscat.
Si quis vero post nos, quod futurum esse non ere-
diunus, si aliquis de heredibus nostris aut qualibet
opposita persona contra haec donationem nostram,
quam fieri rogavimus, venire aut infringere voluerit,
primus iratus Trina Majestatis incurrit, et sit ana-
themæ, et delectat nomen ejus de libro viventium
coeli, et cum justis non scribatur q. Etsi emenda-
re noluerit, nuntet Iteus seusum ejus: et in illo ju-
dicio recipiat, quod Ananias et Saphira reecepérunt
in praesenti: nec, si quid repetit s valeat vindicare,
et merces nostra in antea proficit ad salutem, si
aliqua t strumenta aut anteriora aut posterioris,
quilibet ingenuo vel argumento de nomine nostro in
propinquis meis vel extraneis personis u fuerit os-
tentans, autullo unquam tempore apparuerit, falsa-
rins esse cognoscatur et manus permaneat, x et
presens donatio a me facta omni tempore firma et
inviolata permaneat, stipulatione suloniæ idoneorum
testimoniæ, Domini videlicet y Vindictani Episcopi et
Fullerti mei febris, sed z ill. et ill. Actum Maricolis:
ipse tamen an Humbertus, etsi peccator, propria
manu confirmo.

a Annus hunc 12 regni Childerici apud Austrasios, sub quibus erat Cameracum et Thannum hodierna, conuenientia unum
Christi 676, fato probatum ad Vitam S. Sigiberti, patrem dicti
Childerici. Februario nam 89, et intima erga Childericus statuimus una 82 cum una uix libente. Quoniam postea S. Humbertus exiret, non curauit. b Baldericus lib. 3 Chronici Ca-
meracum cap. 13 et chartula Maricolensi, sed interponata,
profecit hoc dyphonia donanti, additæ x kalendas Aprilis.
Quod alunde interponatur putauit seter Miras in Codice Do-
nationis cap. 5 idem habet — c Baldericus, Chronicus, sed in monast. Colverius et Miras, in autographo Maricolensi
legi, ut scilicet Miras Baldericus. d Apud Baldericum ad-
ditur: Mirusque dicit: Ecce solis sacris elemosynæ, que
non veterasunt. Eadem interposta sunt apud Miras — e
Baldericus et Miras Chronicus, quem hic arbitratrice fuisse
Comitem pagi Fanomartensis. f Interponatur apud eundem: u
tul ergo ipsæ Indigenas peccator, Abbas præcessu videor. g Ha-
buaeque: un Duxiorum. h Fanum Maris hodie Fanum, priu-
iude Valentianum, cuius fit mentio in Notitia Imperii, Bine-
tario Antonini, et apud Eglocharum in Historia Translationis ss.
Marcellini et Petri. Evidenter Baldericu hodieque plurima numerata Romana, Hæc fere Miras. i Colverius et Miras: z
super fluvialium, qui vocatur Helpre, hoc est patrem etc. — k
Idem Andibana. l Territorum, sive agri execti, illi terrali-
cum, quod Domino excedit, quia terra eius incultus, apud
Floduardum in concepto Luterici Regis, Gallici terræ, fundis
sæculi frumentario obnoxius. m Ita et Baldericus, pro quo
Colverius nota legendum constat, ut corerit Miras — n
Dux apud Baldericum et Miras dux voces, Advocatio et
vexatione. o Apud eundem interponuntur dux voces, dandi,
rendendi. p Colverius malit pro non legere inde. Egeria-
phum Maricolensis nostros. et recitas forte. — q Interponatur
apud predictos non scribantur, sed sint consortes Julie Isca-
riota, qui Dominum tradidit. r Interponatur Miras. El in-
super userat cogendu oculo auris literas decem, et decem argenti
s Præ

A pondo coactus excolval. *Quae ex formula communi videntur adiuncta.* — s Apud alias, nihil valeat vindicare — Ita etiam Baldertens : *Murus corrax instrumento.* Tertullianus lib. 1 ad usorem rcp. 5. Nobis continentia ad strumentum generaliter demonstrata est a Domino salutis Deo. — u *Culverinus notatus legendum fuerit ostensa... apparuerint, utl Murus corrax* — x Apud eodem, sed. — y *Hudem Vindictam, aut Vindictam.* — z *Buc est, aquil Murus, illius et illius.* ut explicat Petrus Pithanus in Glossario Capitulorum, verbo, Fidelitas. — An *Baldertus iterum Chronoberlus, quem errorem supra coexamina.*

VITA

auctore anonymo monacho Maricolense.
Ex variis codicibus MSS.

CAPUT I.

Ortus, educatio, Sacerdotium. Iter Romanum cum S. Amundo et Nicasio Etnoneusi.

Temporibus a Hildrici qui inter Francigenas monarchiam tenebat regni, Sacerdos Domini egregius et Confessor claruit emeritus, Sanctus scilicet Humbertus. Hie ingenuis ortus progenitoribus, nobilior patuit fide et moribus. Genitor quidem ejus beatus b Evarardus, gemtrix vero Pupita, clarae de stirpe Fravorum originem duxere. Porro parentes illius, ut erant Christianissimi, et rebus mundi, (quod illa plerisque beatitudini datur) ditissimi, infantulum sacro finte innovandum statuerunt et Christi militiae mancipandum. Jam vero, quod in ceteris ejus aetatis pueris nescias advertere (quippe quorum futurum ingenium aetatis adhuc celat infirmitas) hic ab ipsis puerilibus annis egregia futura sanctitatis dedit indicia : praesentia scilicet fastid re, nihil in mundo appetere, Conditoris amori nihil preponere, sola que fructum vere beatitudinis pariant ambire. His et hujusmodi documentis parentes, advertentes puerum superna visitatione illustratum, plane non sine divino consilio c Laudunensis sedis urbem adiuncti, quo in loco fiducium turmam divinis officiis noverant insundare : ibique viris peritissimis commandant, liberalibus in Catholicis disciplinis instruendis. Sumpto denique ecclesiastica habitu militari, ipse velut Nazarenus Dei, praeciso crine capitis, regia et Sacerdotii corona insignitur.

2 Parentibus denique valefacto et ad propria rementibus, ipse venerandus puer in monasterio recluditur; ubi sacris disciplinis assiduam instruitur, mores adoratur, et Ecclesiastici sancti omnis decenter informatur, et sic proficendopatet et gratia, per gradus singulos ad Sacerdotii culmen usque provehitur. In quo gradu tanta humilitatis exemplar sese exhibuit coniectis, ut illum omnes caritatis affectu venerarentur. Veris namque erat castitatis amator, hospitalitatis indulgentissimus cultor, erga Denim et proximum nectare flagrans incendio. His igitur sacris actionibus pollens, vir celebs, dum in praefata urbe Ecclesia super coevas et senes censidus regnum radicaret, multi Fratrum ejus exemplo animauit vivere beatius elegenter. Nec Jane infra omias urbis terminos celebre monen ejus cobilibri potuit, verum totius regionis finibus secundo plebis rumore diffunditur. Locis autem, quo vir veterandus natale prodit in lucem, ipso suo nomine mysticum sonat, si nascentis vitam diligentius consideres - dicitur enim Macerites. Porro vineae mace- riis elanduntur, ne insidientur ferre frugibus nocturnis. Quod quidem verius B. Humberto congrueret, qui vineam Domini, id est, Ecclesiam fidellum, ab incursu hostis muniet, qui ut leo rugiens semper quem devoret querit e.

3 Evoluto denique aliquo temporum spatio, dum quadam die (ut ei familiaris erat consuetudo) in monasterio resideret, corpori animo volvere possessio- nes, quae a progenitoribus sua reliqua fuerant, quaque provideri debuissent. Unde multum duique de-

liberans, tandem dignum eas requirere testimavit; D non quia in eis lucrum temporale spectaret, quippe ex his cui ipsa rerum temporalium concupiscentia dispicebat sed ut eas Dominice famulae impensis quandoque attributas faceret. Accepta igitur ab f Episcopo benedictione, fratrumque benigna permissione, ingressus ab urbe, pervenit ad locum quendam ditiosus super, ubi armenta pratis vernantibus pasca grata carpelant.

4 In quem dum paullum declinasset, et longe oculis cirenmjacentia lustrasset, supervenit sanctus vir Dominus Amundus, habens in comitatu suo reverendissimum virum nomine Nicasium, qui uteque peregrinationis iter carpelat. Hi videntes S. Humbertum, mox ut advertunt loci illius dominum, rogant eum humiliiter, ut sibi hospitalitatis beneficia praestore deberet. At vir Dei consultatos accepit benignè, et exosculatos invitat ad eamnam Quilius refectus, diligenter eos allognatur : Fratres, inquieti, carissimi, non abs re video vos nostra subiisse hospitia. Cursum ergo vestrum, quo tendat, nobis exponite. Cui B. Amundus : O frater carissime, te utram nostrae peregrinationis comitem habebamus : forsitan nobiscum auspice Christo tibi esset iter proficuum. Nam nos venerandam Romam Ecclesie Sedem aggredimur Apostolorum suffragia quæsumus, si forte superna auferit clementia. Porro iocundum erit iter tertiis commentibus sociis : nec aberit sancte Trinitatis beata protectio, quibus fides, spes, et caritas efficiunt eum nouum et ammam unum. Nec mora : vir Domini paratum se ad omnia refect, siue relinquunt omnia, quibus oenepatus intenderat.

5 Accepta itaque peregrinatione, et g iter illis agentibus, Ecce, inquit, B. Amundus, quoniam homini et quam juvendum habbit fratre in unum. Et vere in unum, quos unus spiritus, una fides uni Deo habentes indissolubiliter coniunxit. Verum silere nos quimus, quid in hac expeditione Dominus ad Laurentum sui per sanctum virum dignatus est operari. Nam iter illis prospero cursu agentibus, dum quadam die fatigati ex itinere residerent et alimentis jepina corpora recrearent, ecce subito ex silva, quæ ante contigua erat, mira magnitudinis ursus presidiens, apprehendit unum ex his somnians eorum, quem in terram prostrans suffocavit. Intenti oblectati viri familiare damnum ignorabant. Parantibus iter repetere cum non adcesset equus ad sulcavellas sarcinula, unum et famulis. Beatus mittit Amundus ad reducendum equum, quem granum carpentem existinat. Parens puer et exceptens quod mandatum fuerat, cursu properavit ad locum ubi cadaver sonipedis eruenti bestia corredebat. Exterritus ille, dum quo se tutari possit anhelans intendit, et mortantis signitionem viri sonati interrent ; B. Humbertus dixit. Nolite, Fratre, torba et ego ipse reddo factum celeriter, quod famulu vester agit negligenter. Currens itaque inventus equum evicerat, iuxtaque ursum sanguinem cruentatum. Quem divina animatus virtute, atque obedientia comitante, cum magna apprehendit securitate, enique divina impetrat auctoritatem. Quia tu nostrum uno istorum Fratrum nostrorum, quod te his in solat um itineris Deus derat, necasti momentum; aportet ut quod illud nobis hue usque impendiadetur, et via via solutione suppleas : et sarcinulas no traxi : to peregrinationis nostrae itineris obedienter feras. V. iles horribilem bellum ad verba hominis inanscere : et, quae feritate sui ceteris bestiis non hominibus fuerat infesta, jam eou familiare mancipium stat ut ordine parata. Vocata cutius accedit, membra componeat, onus patienter sucepit : eni procedentius ipsa procedit, cum stutibus ipsa quoque subsistit : ut autem

a
Novum gener
ortus.

b
jugula sancti
totis probat
indicato :

c
in Cleric
Laudunensem
assumitur :

consecratur
Sacerdos :

d
et exemplis
tum exco
alios :

e
Arreditorem
stabat,

excipit
hos vero
s. Amundum
et Nicasium :

nugat se
orum
cavitas
Romani

g
iter peragunt,

h

contingit
quoniam ab
hunc depara-
tam.

s. Umbra
urso sarcinas
in ponens

A autem refectionis hora monebat, illa coenantibus modeste astabat, atque portionis suae stipendio manu porrigitis humiliter sumebat: dñe ad sarcinas rediens, eas, dum sancti viri quiescerent, per vigili custodi servabat.

i
cel-bri-or
inde pt

*non tamen
omino me-
status :*

6 In presentis exibitione i miraculi, cui illud adscribi specialiter debet superfluum est querere. Porro B. Amandus atque Nicasius fama celeberrima longe disluderat: beati vero Humberti merita, quoniam modum ad hominum notitiam pervenerant, divina voluntate actum esse non dubium est, ut hoc insuetum miraculo manifestum fieret, quantum in oculis sui Conditoris fulgelat meritis, cui belluina feritas obediebat in terris. Sed et virtus ignorata minus fortasse viro Dei apud homines impenderat, quem jam manu stata celebriter reverente gratia sublimarat. Quanta denique reverentia piefati viri Dei Sanctum postmodum coluerunt Humbertum, non est ea narrandum sed potius admirandum. Verum iter illis agentibus non potest stylo facile comprehendendi, quanta per arbes, quanta per vias super bestia erat admiratio, stupentibus cunctis fratribus animal humanis usilis familiari. Sed quia inter miracula, quae viri justi operantur, jaectantue vitium, quodam quasi pestilio hostis seminario, plerisque subboritur, nisi mens undique se humiliatis custodia miniat, ut de his, que foris more operantur, minus vento superbie intimescant; recte Sorenus per Prophetam in visione animulum eam circenuit et intus oculos habere dicit, quibus circumquaque per vigili sollicitudine hostiles tentatores incurvus obseruant, ne per hoc, quod foris irnum agitur, mens intius aura levitatis infletor. Unde provia dispensatione Dominus virum justum ab adulatio populi volunt cohire, non qua popularis auxiliorum cum captare suspectum haberet (quippe qui corda hominum solus intueretur) sed ut a viro justo nos infirmiores manem ghestrum lagere, etiam de leme netis, discere mus.

7 Itaque pro dispensationis gratia, sanctis viris Romani appropinquantibus, summum ipsorum Sedis k Episcopum Dominus per Angelum monuit, dicens: Ab occiduis Galliarum limbis homines adventare, habitu quidem despicibiles, sed meritis sublimes, quibus ad obsequium sera comitabantur. Mitteret ergo legationem in occursum eis, ne cum ostentatione bestialis obedientiae urbem intrercent; sinerent potius seram ad latelras suas redire, ne tumultu et plebis in se admiratione excirent: satis esse putarent, quod eis huicque bellum paruit indomitilis; diserent apud sommum Iudicem tanto esse in exercito, quanto apud homines essent in inimico. Quid plura! Aduita Pontificis hand aspernanda iussione, sancti viri exonerant familiare subsellium, et sic ad latelbasum radiis concordant. Redit bestia subinde respectus, tamquam ad reveratum obedientiam res representans. Intrgressi autem Urbe viri sancti, hand facile dictum, quanta a sancto Pontifice reverentia excipiuntur. Iustitias demque Apostolorum oratoris, votisque per loca Sanctorum expositus, alacres redire festuant. Sanctus sedicit Amandus cum Beato Nicasio Elmonense territorium expedit; Beatus vero Humbertus e Maricelis invexit.

k
Iusus Pontifi-
cis diuinitus
in omni,

*debet
miserere*,

*rebus Romae
peractus,*

reverentur.

s
S. Bauder
forma ex e-
cutor

a
Per alios Regibus pontificis Chilidreus, quod eo regnante di-
ploma dimicatio signavit. S. Humbertus Prefectus Chilidreus
Australis ab anno 614 ad annum 636, deinde etiam Australis im-
perioris, usque ad annum 679, qui in aestate uetus est.
In altera vita MS. Eboracensis. — In eiusdem. Duxerunt ad ur-
bem Lingdunam, sed indecum Clavatum, quia nomine Land-
datis appellata certum est. — In alio MS. uenient et 2 alii in
alii duabus artibus. — In altera vita MS. additum: Ferunt
etiam Justus Humbertus ex illo corpore procerus, vallo de-
corus, facti venustis, eloquio suavis, patens in adversis, mu-
stebus in prosperis, et omniibus pulchritudinibus. His quisque
hunc se propicebant ditorum, pauperes seu patrem venerando
excedebant. *f* Fuit hic Landdeneensis Episcopus. Atque atve

Atilla, aut certe hujus successor Vulfadus alio Vinsfridus dictus. *D*
— *g* Ibid iter contigisse anno 650 docimus ad Vitam S. Amandi
§ 12 num. 88. — *h* MS. Maricel. Saumariis, Surius Sagmaris,
Saumartus pro pimento sororis ferendis opto accipit in Vita
S. Thome Aquinatis 7. Marti, cap. 15 pag 685. — *i* Non est
mentio hujus merenti in Actis S. Amandi aut Chronicis Elmo-
nensi, scitum quod attribueretur S. Humberto. *k* Erat is
S. Martinus Papa, a quo S. Amandus privilegia accepit Janua-
rio anno 651, ut loco citato ostenditur num. 89.

CAPUT II.

Secundum iter Romanum. Accessus ad S. Amandum, Maricelense monasterium extrectum.

l
*terum obque
S. Amanio
Roman re-
versus,*

*V*erum elapsi aliquo tempore B. Humbertus re-
petenda peregrinationis amore servebat. Quo zeste
desiderii adeo accensus beatos socios expetiit, quibus
constituti sui secreta revelans, sciscitabatur alicuius eis,
an secum illam inclitam Romanam revisere placeat.
Sei hoc B. Amando pro certis causis denegante,
famuli ipsius, ut est ingenium servulorum, in multis
B. Humberto coaviciabatur, dicentes eum non re-
ligionis, sed vanitatis studio ardorem iter appetere,
quod semel vix et non sine multo labore confecerat.
At virum patientissimum a proposito non coavitia
pravorum, non asperitas viarum abstergere poterant.
Paratis igitur iis, quae in via erant necessaria, iter
assumpsit, et Alpibus superatis et transmissa Italia, *E*
venerandum beati Petri oratorium subiit. Ubi cum
diu orationem inueniisset, ecce Angelus de celo ei as-
titit, et super verticem illius signum Dominicæ a
Crucis expressit; quo faide intelligas, hunc Crucis
triumpho et sanguine Dominico acquisitum. Si op-
timum canticum species, de materiali crucis artificio
nihil, quo scandalizari jure debens, invenies. Hoc
signum non emias videre, non omnibus fuerat fas
intuiri: sed quos virtus ardua, et meritis vita su-
blimus ad contemplandum cœlestis jobar exereraat;
eosque quanto sanctitate præstantiores tanto numero
pauciores.

9 Apostolicæ denique Sedis b Pontificem aggres-
sus, petuit ut patrimonia, quae in Gallia a progeni-
tibus suis habebat, in opus Sanctorum ejusdem Sedis
recipienda aestinueret. At vir Apostolicus viri be-
nevolentiam gratautem amplexus, affectum quidem
non aspernabatur, sed consultus ordinandum dis-
posuit, dicens: Gratulamur caritati tuæ. Frater
amantissemus, nec bona voluntatis studiis indignau-
mur, sed quia in hanc immutabiliter inuidisti sen-
tentiam, hor a nobis sume consilium, ut acceptis
sancte Dei Genitricis et sanctorum Apostolorum
Petri et Pauli pignoribus, redire properes in Gal-
lam, et his ipsis facultatibus, quas tibi esse in patria *F*
commemoras, fundata ecclesia haec Sanctorum pig-
nora componas, et quod Ronce disponis, illa fideliter
carare memento.

10 Sic vir obediensissimus, susceptis genitentor
sacerdotiis Reliquiis, remensoque itinere, oculos
quod mandatum fuerat, supplet devotissimum. Jam
autem in Gallias advenerat, cum beatum virum Aman-
dum visundi desiderio flagrabit: et ecce orans An-
gelus de celo assistens, ait: Dilatum Domini Hun-
bertum. Frater Amandus, peregrinationis frumentum
labore, noverte te visitationem advenire: eui tu quidem
memnueris impiger occurre, et inter primas saluta-
tions verba summum capitum verticem diligenter
contemplate: et cuius signum ipse gestat in capite,
scias enim vere oculos hostiam esse. Nec mora, Beatus
Dei Sacerdos celestibus doeminentis non incredulus,
procedit in occursum B. Humberti. Quem cum fra-
terno salutasset affectu, non minorem divina jus-
tiam, vidit super caput ejus radiantem Domine e
Crucis speciem, incredibili fulgore cornescere, quo
facile possit intelligere, illi se per Cremum mortui
crationis holocustum mactasse, cuius signum exterius
ret nebat.

*contumelias
condonat:*
*garicolense
oratorium
exituit.*

A retinebat in corpore. Quod si forte refugo corde stuperat aliquis incredulus, non mihi scriptori derogat, sed sibi singulariter subripit, quod ad communem credentium reparationem miserantis gratia peregrinat. Igitur B. Amandus venerandum peregrinum hospitio colligens, dum introduceret in cœnobium suum præmissa oratione, corrut ad gennam ejus, postulans humiliiter blasphemiam suis famulis laxari misericorditer, quam in eum furore contulerant atque mendaciter. Competenter satis utrisque conveniebat, ut iste donaret indulgenter, quod ille postularat humiliiter e.

chlamyde tua secura se tutatur, quam nec canibus D attingere, nec venantibus fas est confodere. Illius igitur vitam tuis meritis donatam, manifesto Dei nomine credimus. Quia in re perspicuum est, quia duni feræ per te instanti morte salvantur, hominibus quoque salute optatam non impossibile sit peregrinare. Verum in hac ipsa regione magna mihi a progenitoribus meis est in prædiis et familiis copia facultatum.

*et dono ejus
vitam accipit.*

Ex his igitur in hoc opus, quod Deo volente coepisti, que tibi in usum famulantium videntur communia, placet annumerare. Gaudenter sane tribuo, quodcunque tibi placitum, tuisque novero profuturum, dummodo adscribi merear eorum numero, quos particeps voluisti esse orationum tuarum. Licit igitur difficile, benigna tamen importunitate victimum inflexit, ut unam juris sui villam ab eo susciperet, quam Liniacas priores dixerunt, que sita est in pago Hignou et Templinensi, quoniam vir Dei, privilegi inscriptio signata et testamento roborata, stipendiariam in usus Fratrum delegavit.

Hucbaldus in Vita S. Aldegundis 30 Januarii, num. 27 rotat Humberlum in sanctitatem magnificam, illustrum scientia divinae Scripturae, signum Crucis ab Angelo impressum gestante in verice. — b. Sauvaurus in Martyrologio Gallicano asserti Pontificem illum esse Adeodatum, a quo fuisse Episcopum ordinatus, atque ad idem genitus prædicandam in Germaniam, Belgiamque Galliam, nondum etiatis superstitionibus plane expurgalam, missus. Sedit Adeodatus ab anno 669 usque ad annum 676. At quo id fundamento asseratur, neccum regi apud antiquos. — e. Additur in altera lita MS. Et ut sanctus Pontifex Amandus benedictio Episcopali ipsum muniperit, humiliiter postulavit, et quod Oderiter poposet, amabiliter impetravit. Clerici igitur manere undeque manutinunt, ac pii patris benedictione animatus, pervenit ad propria. — d. Forsan adhuc post S. Thibertus, anno 175, die 13 Decemb. vita finuit. — e. In altera lita MS. duodecim posuit viros sub halo in uachall. Videns autem postea, quia monachorum Congregatio ibidem iuxta tramitem Regalis S. Benedicti non valeret esse, reliquo illo etc. — f. Intra num. 19 explicat in Gerardo prima Episcopo, qui pulsis Clericis, introduxit monachos.

*Adeodatus
Papa.*

CAPUT III. Cum S. Aldegunde colloquium. Morbus, obitus, sepultura.

*suis meritis
terras sub
clar yde a
canum morbi
bus liberat:*
*C*ervus enim viri Dei longe lateque heata opinio multos visendi fervore animabat. Venerabilis igitur Virgo Aldegundis, celeberrime famæ nuntiis excitata, beatum virum visitandi studio aggrederetur: ubi per aliquot dies abeo spiritualibus epulis pascebatur. Forte subit animum Virginis videre situm addiciti, et loci habitationem, an satis aptus sit exercende religionis cultibus. Itaque post multa inter se colloquia, sanctum virum Virgo alloquitur beatissima: Videam Pater, si placet, haec tu coenam adficia et dispositas mansionibus structuras, atque etiam territori hujus circumiacentia arva. Cui Sanctus non abnunt. Executes igitur coepernut singula quaque instrare. Jam autem paullulum a loco processerant, cum astuantis camenam ignis vehementius arva decoquere. et rura Virgo inter arenam culta, situm erupit ab alto colligere, plane non sine voluntate Dei, qui competebat causis rerum initia dispensat. Situ, inquit illa, Pater, vehementer affligor. Cui vir beatus, Nost., inquit, Seror, quia hic arenæ arena nullis aqua irriguis temperantur, rurisque adhuc terra vultuibus, potius vacat, praeter quod ruris adhuc incola humeris aquam non sine labore delevit a lumine. Sustine hic paullulum, nec enim longum superest iter ad alveum. Progradientibus paullulum Virgo acris urgebatur, donec violentia sitis evicta deflexisse clamat. Ejus molestiam vir sanctus alterius non ferens, orationi incubuit, donec expleto unius horae spatio, sensus ab arenæ solo scatentis aquæ vena prossilens, lagunæ ex se a fonte exitavit. Mirata Virgo domum coeleste, agensque gratias Deo, situm suum salientis aquæ gustu temperavit, sublatisque laudibus virum justum prædicare coepit. Sed dum illa Virginis adventu hoc præstitum fuisse diceret, et illa

*Excepit S.
Aldegundem.*

*F
ostendit illi
structuram et
agros:*

potius
*et
fons et cœli*
potius
Martii T. III.

A potius fidei et meritis ipsius ascriberet, ambo munus cœlestis gaudaverunt. Paret usque in hodiernum, nec deficit fons ille, in voluntibus suavis ad gustum, utilis ad usum. Virginis hujus adventum non fortunatè temeritatis dixerim adscribendum easilios, qui sic opportunitym proventibus humanis praecurrit necessitatibus. Sunt Virgo, justus orat, fons oritur, ut hauriat superventura posteritas.

b Erant B. Humberti vires quatuor, et familiaritate et sanguinis pure propinquai, et ipsi quidem inter primates non ignobiles, quos præ celestis cognationis sive, vir beatus diligere videbatur, et maxime, quod licet secularis multus actibus occupati, tamen voto ad superna tendentes, nihil cum peccato habere cupiebant. Compositis ergo vir Domini rebus Ecclesiasticis, et singulis quibusque prout oportuerat ordinatis, cum resolutionis diem immixtum sentiret, convocari ad se viros jussit, quos hujusmodi verbis aliquoqne, ait: Gratias refero, Filii, summo Conditori, quod vos superstites reliquum. Sedulitatem, quam nihil haucisque dilectionis studio exhibuistis, gratiam quidem mihi fuisse sciatis; sed illud multo gratius fuit, quod a pravis vns actibus longe facere, nec rerum temporalium ambitione oder intellexi teneri.

Vos ipsi filii, vos ipsi vidistis, quanta nihili remun a parentibus in prædis et familiis facultas extiterit. Porro ecce et his nunc pro modico meo monasterium cum annis appenditiss construxi, quod ipse quidem vobis tenuo, ne post obitum nenni a pestiferis hominibus dissipetur, et in solitudinem redigatur. Vos igitur hujus quidemque est cornuhi, totiusque familie, rerum eikon ad ipsorum pertinentiam, tutores esse volo, ut contra barbaricam avaritiam, et infestantum rabiem stare, et prougnacuum vestre protectionis opponere meminieritis, ne malorum personatione res Ecclesie diripiantur. Ecce instat dies resolutionis meæ: gratiam, quam vivo haucisque exhibuistis, exhibete et mortuo; ut, quod ego ad laudem Dei construxi, vos vestro auxiliostabile et incolam stare faciatis. Communione erit justitio premium, quibus fuerit communio laboris justi supplementum. Non vobis pro minimo fuerit præstat et salute Ecclesie recepturis vicem inestimabiles gratiae. Memores hujus mense petitionis estote, si me vestri memorem atque proprium apulsum inimihi Judicem esse vultis. His dictis colligit se ad lectum sum, fluctibusque illis atque dicentibus, Te

Pater ossi nostri memorem atque proprium nunc et in ipso magni judicii die petimus, immo nos ipsos tibi tradimus divinae reconciliandoe gratiae: fiat per te nobis excusabile, quod aggravat enjus offensionis nostræ. Tuis nos patrociniis ad ea pervenire concede, ad quæ proprii meriti non possimus aspirare. Si post labores cortamiam victorem remuneratio Christus vorat ad præmii tuo tamen Regi coniunctus, tuus in terra positus servulos ne deseras. Nos vero ab his, quæ nobis erranda committi, nulla perturbatio poterit avertere, ne quanlibet corpora spiritus animaverit, constanter tuis subserviamus cœliis. Te autem adversis dominations non pavemus incursus. Te utrum nostris superesse temporibus superna velit clementia, ant tecum nos ad supernam transuerat curiam. Haec locuti, accepta benedictione redire ad propria.

c 16 Jam tempus advenierat, quo verum Israelem Deus ab Ægyptis seruans ad promissum gloriam vocaverat, et eis sanctus a B. Aldegende vestes in usus exequiorum mittendas sibi postularat, non quod ei ornamenti ad pompa funebreis celebratatem defisiissent, sed quia hinc virginis manibus textis virginicos artus componi solebat. Nam nec in his passus est Dominus benignus justi viri vota frandari, quibus tardioris fortasse nuntius mora poterat obsta-

re. Missus itaque nuntius, cum iter medium explicet, cunisset ecce a beata virgine missus alter occurrit, ferens secum linteum, quibus obvolvi deberet corpus mortui. Hi inter se causas et tempus itineris mutuo sermone discutientes, advertunt unam eamdemque horam fuisse, qua eterque, executionis aegide mandata suscepserat. Quod sane non absque nuntio divino contigisse credendum est, ut quilibet longe posset Virginica, nec fuma nec nuntius præmonita, sancti viri funus carret.

17 Jam vero in obsequium funeris ejus, quanta hominum multitudo convenerit, hand facile est scripto deflare. Oecnrit namque circumambientium immensa multitudo Sacerdotum ac Virginum simul et laicorum, clamantium atque dicentium, Cor nrs, Pater amantissime, desris? Cur oves relinquis, quas verbo acquisisti? Etsi offensionis nostræ culpa existat, ut sublato Pastore hostili gladio trucidemur, tamen (quic crescentibus meritis nihil de beatitudinis tuae portione pericitabitur, imo clementis felicibus tua premia cumplantur) tu potius nostris, Pater, miserere calamitatis, et superventurae animadversionis indignationem mitigare in mente: te enim a nobis sublato, non est qui gregem tuom custodiat, hostes abigit, predeponit alijciat, pestem amoveat, infirmitates curat noxiorum spirituum umbras exterreat, famen repellat, columnam refractis imbris claudat, sitientibus arvis nubes aperiat, et nos rore celeste eloqui reflectat. Quia potius novellum gregem, quem Pastor vigilantissime Christo adunaveras, dilacionibz lupi rapaces, lupi graves, et dispergenter oves tua miserabiliter. Tu eras contra insidiantem adversarium tota protectio, tu loria, tu clypeus et fortredo, tu manus inestimabilis et uersus semper extentus. Ecce nunc, Pater sancte, qui ad superna te festinare videmus, ubi adventui tu jam applaudit superiorus ille Angelorum exercitus, defer nobis ab omnipotente veniam, quam optamus; eumque velut sidus egregium resplenduerit ante luciferum Regis tuu thronum, memor esto, quiescimus, horum servorum tuorum. Inter hujusmodi bellum voces, et mixtas psallentium laudes, sancta illa anima carne soluta ad cætheras evecta est seiles, ubi fructus Angelorum societate, Apostolorum gloriæ confessione, Martyrum purpurea claritate, Virginum quoque nocturna dulcedine, omniumque virtutum ieritate, et Extat depositio misericordie celeberrima dies octava ante Calendas Aprilis die. Cuius corpus sanctissimum discipli ejus aromaticis condientes, detulerunt in oratorium quod ipse construxit, cum hymnis et psalmis, ibique sepeliorunt cum magna gloria: ubi, subfragantibus meritis eis, beneficia præstantur divina, ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi.

tum* — b *Ibidem*: Qui est in solo Biturico in silva Brioua, quem S. Sigfridus construxit, qui vocatur Langurius. — c MS. Reg. Suec. reddidisset. *Chr. Malteac.* reddidere. — d MS. S. Floriani claustrum, v. *Ibidem* loqui. — e *Compsarum facere, id est aquam benedictam spargere*. — f MS. Reg. Suec. turbas. — g *Est varia lectio. Malteac. Ch. statim praedecit*. — h In MSS. hic et num. 8 legitur spem: sed omnino sensus exigit ut credamus hanc lectiunem ortam ex litteris spm, contraria spiritu significatiibus, non bene intellexit: indicatur ergo in Barontu, sola respirando facultate relata, ceterarum operatum exterritorum exercituum suspensus fuisse; ac si anima a corpore absuisset. — i situa inter hoc monasterium et Melibecum et distantia 12 milia passuum in mappis geographicas observatur. — k Urbs Bituricum in Vita S. Amandi auctore Aquitano. — l Febr. pag. 854 dicitur civitas Bellaricas hic in MS. Reg. Suec. Bituriviae, in MS. S. Floriani Bituriae. — m Chron. Malteac. Licetaldus.

CAPUT II.
*Introductio S. Baronti in cælum. Defensio a
S. Petro suscepta. Eleemosynæ præscriptæ.*

S

ie postea secunda pugna peracta, venimus ad paradisi primam portam, ubi plures vidimus ex Fratribus monasterii nostri, qui erant congregati prestantes diem judicij, ubi gaudia aeterna pleniter recipiant, quorum nomina inserta tenentur et sunt: Corbolenus presbyter, cui Deus bona in seculo præstitit; a Fraudolens Presbyter qui dies suos bene custodivit; b Austrulfus Diaconus, qui a momento de seculo jussu Dei discessit; c Leodoaldus Lector, quem Deus proprio ore benedixit; Ebbo Lector, Dei servus, electus ex nomine. Hi vero ut nos viderunt, et daemones lateri meo sinistro veberenter inhaerere, cœperunt stupefacti velle sermocinari noluisse; sed nequissimi daemones nullo modo locum dare illorum parti volebant: sed servus Dei maximus, nomine Leodoaldus, Sanctum Raphael per Creatorem cœli et terre conjuravit, quod me dummitteret paullulum pausare. Tunc ipse humiliter Sanctum Raphael et me infelicem sciscitatur, de quali cœnobia fuisse, et quam ob caussam sic graviter errasse, ut daemones in me accepissent talem protestationem. Et ego aio ad eos: Ex monasterio S. Petri,

Martini. T. III.

Longoretus nomine, et ista omnia quæ patior pro D culpis meis mibi evenisse non nego. At illi intrinsecus tacti nimio dolore, ut cognoverunt me esse de illorum congregatione, gemere cœperunt et queri, quod numquam diabolus de eodem monasterio ita laqueare præsumpsisset ullam animam. Sed sanctus Raphael blande eos de me corpit consolari, dicens: Ego spiritum in ipsius corpore reliqui: sed si Pater celestis voluerit, adhuc illuc remeabit. Statim ipsi Fratres cœperunt sanctum Raphaelem humili prece rogare, ut simul se in terram jactarent, et pro me misero pium Dominum deprecaretur, ut nequam hostis devorare me non possit, et sic se pariter in orationem dederunt.

9 Mox expleta oratione, venimus ad secundam portam paradisi, ubi erant millia innumerabilium infantium, vestibus albis exornati, una voce concordes Dominum laudantes; et nos statim introgressi infra ipsam portam per medium Sanctorum illorum, vidimus semitam parvulam præparatam, per quam cœpimus iter agere usque ad aliam portam. Sed tanta erat multitudo Virginum in utraque parte ad dexteram et ad levam, quod pervidere nullus hominum præter Deum poterat. Statim ut nos viderunt, una voce clamare cœperunt: Anima ista vadit ad judicium: et nunc iterum repetunt: Tu vince bellator Christi, tu vincis: et non diabolus ipsam animam ducat in Tartarum.

10 Deinde venimus ad tertiam portam Paradisi, et ipsa porta habebat similitudinem vitri: et intro erat multitudo Sanctorum coronatorum in vultu fulgenti, residentes in mansione splendida et in sedibus gratias Deo semper agentes: ibi multitudo sacerdotum excelsi meriti, quorum mansiones laterculis aureis et gemmis erant adificatae, juxta quod et S. Gregorius in libro Dialogorum commemorat, et adhuc multorum mansiones adificabantur in magna claritate et honore: quarum habitatores in presenti non videbantur, sed mansiones in calo illis adificabantur, qui esurientibus panem in terris tribuerent non cessabant. Et dum haec omnia diligenter cernebam, adfuit mihi unus ex Fratribus nostris, nomine Corbolenus, qui jam olim obiit: et ipse mihi in his locis monstravit mansionem magno honore constructam et dixit: Haec est mansio Abbatis nostri Francardi et nunc ejus merito eam Dominus preparavit: ego enim pauca quæ de illius gestis vidi ex ordine referam quia ille me entrivit ab infanthia. Erat in Dei timore devotus et sacra lectione instrutus, et per illius religionem, datae sunt ad ipsius monasterium nutu Dei possessiones, unde servi Dei et peregrini habent plenam consolationem. Erat enim auctor et doctor filiorum nobilium, quem longa ægitudo purgavit, et per ista bona facta præparavit illi Deus aeterna gaudia.

11 Deinde ingressi tertiam portam cum iter cito agere cœpissimus et viderunt nos Sancti Martires, humiliter orare cœperunt una voce, ut superius diximus. Tu vince bellator fortis Christe, qui nos sanguinem fundendo redemisti, et non diabolus istam animam ducat in tartarum. Omnino absque cœmendacio dico, sic arbitrabar, quod in toto mundo resoneret strepitus vocum Sanctorum. Et sic deinde pervenimus ad quartam portam Paradisi, et ibi cognovi unum Fratrem nostrum, nomine Baudolenum, qui aliquando jacuit ad portam monasterii nostri contractus in grandi tribulatione, et dixit mihi, quod et Baudolenum et Baudolenum per ordinationem S. Petri accepisset curam in toto mundo de Immunitibus eccliarum; et me cœpit arguere cur in ecclesiâ nostra, quæ in rjus honore est constructa, lumen in nocte deficeret, et non per singulas horas arderet, ut ipse procubilis hoc præsens videbat. Jam deinde non fuit nobis permisum am-

vidu Martires
et Baudolenum
monachum.

72 plius

Barontii ab
oppugnat ab
alii & dñno-
nibus,

me & deinceps
ab Angelis
duabus.

In prima
parte cali-
agnosces partis
et sua mona-
steria soncte
mortuorum:

a
b
c

Ex MSS.
reperi-
infantes,

dein Virgines:

in 3 portis
Sanctos coro-
natos ei
Sacerdotes: d

et novas
mansiones
parati

et aliquam
pro Francardo
Abbate suo.

F

e

A plius ibidem introire : sed mirum splendorem et claritatem in totis partibus vidi, quam cernere vix parum reverberatis oculis potui.

¶ Tunc Raphael accersivit unum ex Angelis, et misit ut Petrum Apostolum ad se cito vocaret. Tunc cursu veloci abiit, et vocavit S. Petrum. Ille nulla hora tardans advenit, dicens : Quid est, frater Raphael, quod me venire fecisti? Cui S. Raphael ait : I ni ex monachis tuis contradicunt da-mones, nec omnino cum volunt laxare. Statim beatissimus Petrus venusto volu conversus ad ipsos dixit : Quod huic monacho habetis crimen imponere? Et da-mones di-
rerunt. Principia vita. Et Petrus dixit : Dicite illa. At illi dicunt : Tres mulieres habuit, quod ei non lienerat; et perpetravit alia vita, adulteria plurima et alias culpas, quas nos ei suauissemus; et illaque ab infancia gesseram memoraverunt per singula-
la; et hoc quod ego numquam ad memoriam redi-
cebam. Et Petrus ad me nit : Est veritas, frater? Et ego dixi, Veritas, Domine. Et ait ad illos beatus Petrus : Etsi aliquid contrarii egit, eleemosyna re-
demit : quia eleemosyna a morte liberat : peccata sua Sacerdotibus est confessus, et paenitentiam pro
ipsis peccatis egit ; insuper suam conam in meo mo-
nasterio depositus, et omnia propter Deum dereliquit, et seu etipsum in servitium Christi tradidit.
Omnin ista mala quia dicunt haec bona calcaverunt: ideo vos inibi eum auferre non potestis. Aperte cog-
noscite, quia non est vester socius, sed noster. At illi fortiter repugnantes contra eum dixerunt : Nisi claritas Dei eum a nobis auferat, tu non potes au-
ferre. Tunc Sanctus Petrus ita commotus contra eos, his terque dicere coepit : Recedite spiritus ne-
quam, recedite iniici Dei, qui semper contrarii es-tis: dimittite illum. Et illi numquam me volebant dimittere. Statim beatus Petrus tres claves habens in manu, voluit eos ex ipsis clavibus in capite per-
cutere, sed cito emis aliis expensis fugere coeperunt et volantes unde prius intraverant redire. Sed fortis voce beatus Petrus Apostolus prohibuit, dicens : Non habeatis licentiam, terti spiritus, alte-
rios huc venire. Et illi nimis tristes super ipsum portanti volvare coeperunt, et sic per aeren fuge-
runt.

¶ Post effugationem in da-monum, conversus ad me S. Petrus dixit : Redime me Frater. Et ego cum grandi tremore dixi ad eum : Quid possum, bone pastor, domen quia hic pro manus nihil habeo? Et ille ait. Cum ad propriam peregrinationem redieris, illud quod ad monasterium veniens sine commento abs-
consum retinisti, omnibus patescat, et duodecim solados enim festinatione donare non retardes: a Kalendas Aprilis incipe, et sic per singulos menses in anni circulo in unumquemque mensis unum so-
lendum in mano pauperis mitto, bone pensatum, et manu Sacerdotum signatum, et adhuc has testes legi-
timos, quod post te nihil de ipso pretio remaneat, et sicut jam dixi in manus peregrinorum mitte, et sic tuum redemptiōne ad celestem patrum transumite: et ene ne per ipsas culpas, quas per humanum fra-
gilitatem perpetrasti, iniquam revolutas endas: et solleito studio evigila, ut ad annum finitum post te donarius non remaneat. Quia si exinde negligens apparueris, multum te in egressione animas tuae pa-
nitibet, et erit tibi ruina peior priore. Et orat ibi senex quidam optima forma, venerabili aspectu, qui B. Petro Apostolo propinquus adstebat et interrogavit eum dicens : Dominus, si ista omnia donat, di-
mittantur ei peccata sua! Et ait illum beatissimus Petrus : Si hoc quod dixi donat, statim dimittantur ei facinera sua. Dixit etiam B. Petrus ad illum se-
nam : Hoc est pretium divitis et pauperis, duodecim solidi. Post istam monitionem factam jussit S. Pe-
trus duobus puerulis, qui erant albis stolis induiti, D
claritate vultus fulgenti, forma decori, ut me usque ad primam portam Paradisi deducerent, ubi fratres monasterii nostri quieti residabant, et inde me ipsi per infernum deducerent, ut omnia tormenta pecca-
torum inspicerem, et scirem quid apud alios Fratres deherein dicere, et sic deinde usque ac monasterium nostrum illūsum perducerent. Tunc ipsi pueri post mandatum acceptum, prompti ad obedientum mirifice, usque ad predictum locum me duxerunt. Sed ut Fratres me viderunt, immensas laudes et gratias celesti egerunt medico, qui me de fauibus diaboli liberavit. Oratione expleta, accepserunt praeceptum a viris beatissimis, ut me ad transitoriam patriam reducerent.

^{a MS. S. Floriani. Frodoenus. — b Idem Castrulfus. — c MS. Reg. Sac. Leolaldus, aut mox eidem Londoaldus etiam est — d MS. S. Floriani Sanctorum. — e Idem, dubio.}

CAPUT III.

Reductio a cælo. Tormenta inferorum con-specta. Reditus ad corpus. Admonitio ad paenitentiam.

Ceoperunt intra se tractare, quis de ipsis esset qui me ad propriam peregrinationem revocaret. Consilio inito rogaverunt unum ex Fratribus, nomine Framnoaldum, qui in isto monasterio nostro, quod illi pietas divina concessit, in puerili aetate a corpore migravit, et ad limen ecclesiae Sancti Petri corpus-culum ejus jacet : rogaverunt enim magmifici, ut ipse me ad monasterium reduceret, et insuper adhuc ei polliciti sunt, dicentes : Si istum Fratrem ad monasterium reducis, per singulos Dominicos tuum sepulcrum scopis mundabit, et super ipsum, Miserere mei Deus per ordinem usque ad fine decantabat. At illi ad me conversi dixerunt : Sponde hoc nobis, tu Frater, ut ipsa promissa implere debeas. Et ego statim promisi, et verbo firmavi. Et illidixerunt. Vide ut ex hoc abhūd non facias, ne condemnatus men-dacio apparris. Tunc ipse frater Framnoaldus eis respondit : Ego iussioni vestrae obtemperabo, propter quod ille impletus quod promisit.

¶ Et Fratres gratias Deo referunt pro ejus obe-
dientia : et cereum ei in manu dederunt, ut ipsum Ibboni Dei famulo in ecclesiam deportaret, et ipse ipsum signum Crucis Christi faceret, ne a malig-
nis spiritibus extingueretur per iter nostrum, qui nos semper in verbo et in opere cupiunt ad tenebras revocare. Et ipsi Fratres sic dicebant, quod presu-
tus Ibo mysteria Apostolorum in ecclesia celebrar-
et. Sic pariter comitantes venimus ad eum : queni Fratres cooperunt rogare, Homo Dei signa istum cereum, quia S. Petrus nobis praecipit, ut hinc ad monasterium reducamus istum peregrinum, ne calunias da-monum patiatur in suo itinere. Tunc frater Ibo dixit ad illos : dilectissimi Fratres, pariter ipsi signemus. At ipse primus ut ceperit manus sive ad signandum levare, unus splendor cepit per ejus brachia et digitos radiare. Et ego ut vidi diligentius, ceperi considerare quid esset tantus splendor, qui sic ejus brachia et digitos exornaret : sed ut inspexi aurum similitudine et gemmis erant dealbati ; et non sine causa ipsa omnia apparuerunt facta, in quo mea quid parvitas vidit, referam inde pauca. Ejus nativitas fuit de generatione inlyta, et dereliquit omnem possessionem terrenam, juxta quod Dominus docet : Vade, et vende omnia quae habes et da pauperibus, et veni, sequere me. Prae-
cepto impletio devotione integra, consilio initio tra-
didit se in Christi servitium, commun depositus, vita abscidit, et sic renovatus factus est minister Christi : cuius manus semper fuerunt larga ad eleemosynam dandam, erogabat transitoria, mercabatur aeterna : ista

^E
*duo numeri
statutur
Framno-
aldus,*

*addicta
obligatione
ornandi ejus
sepulcrum,*

*acceptice-
reum Crucis
signum ab
Ibbone,*

F

*h. m. ne
magne virtu-
tis, et addic-
ti, et ornandi
eleemosynas.
Mouth. 19, 21*

S. Petrus
evocatus,

*audita accusa-
tione
da-monum*

*opponti bona
opera:*

da-mones fugi-

*infungit
Baronto
eleemosynas*

*jubet illum
posi vita
tormenta
inferorum
reduc ad
monasterium*

A ista et alia bona faciendo resulserunt ejus digitii et brachia. Nullus ergo debet dilectissimi fratres dubitare eleemosynam donare, dum sic pius Deus fideles suos faciat in æterna vita claros habitare.

16 Sequitur post exemplum signati cerei dixit servus Dei Iblo ad ipsum fratrem Barontum : Audi frater, si tibi dæmones insidiis in itinere præparare voluerint, dictu : Gloria tibi Deus et numquam te per ea de tuo tramite deviare possunt. Post ista omnia acta, cœpit ipse beatissimus Iblo Fratres rogare, ut ipsi me in itinere deducere deberent, et infernum visitarem, et custodes inferni videre, et scirem quid Fratribus nostris denuntiare deberem. Et dixit illis, quia jam Fratres scimus quod non possunt dæmones illum deviare, dum S. Petrus illis præcepit ad propria remeare, ut suam vitam debeat meliorare. Tunc Fratres jussa compleentes, cœperunt ambulare. Ut autem venimus inter Paradisum et infernum, vidi ibi virum senem, pulcherrimum aspectu, habentem barbam prolixam in alta sede quietum sedentem. Et ego ut vidi, cœpi ad eum inclinato capite caute interrogare, quis esset ipse potens et fam magnificus vir. At illi conversi ad eum dixerunt : Ipse est Abraham pater noster, et tu Frater oportet te semper Dominum rogare, ut cum te a corpore jusserit migrare, in sinu ipsius Abraham te faciat quietum habitare.

17 Deinde iter agentes pervenimus ad infernum : sed non vidimus quid intus ageretur, propter tenebrarum caliginem et sumigantium multitudinem : sed per illas mansiones, quæ a dæmonibus terebantur, quantum me Deus permisit videre, exponam. Vidi ibi innumerabilia millia hominum, qui ligati et constricti nimium tenebantur graviter, et terrorem gementium, et quasi apium similitudinem recurrentium ad vascula sua : sic dæmones animas laqueatas in peccatis ad inferni tormenta trahebant, et super plumbeas sedes in gyro sedere imperabant. Sed ordines malorum et societas eorum quomodo erant per singula edisserant. Tenebantur ibi superbis, luxuriosis cum luxuriosis, perjuris, homicidis cum hominidis, invidi cum invidis, detractores cum detractoribus, fallaces cum fallaciis gemelant, iuxta quod S. Gregorius in libro dialogorum exposuit : Ligabunt eos in fasciculis ad comburendum, et reliqua. Ibi et innumerabilis numerus Clericorum, qui hic propositum suum transcederunt, et se cum mulieribus maculaverunt decepti, in tormentis pressi, ejulatum magnum emittebant : sed non eis proderat quidquam juxta quod S. Gregorius dicit : Sine causa cum precibus ad Dominum venit, qui tempus congruae penitentiae perdidit. Ibi et lassus Volfredus Episcopus, cum turpissima ueste in similitudine mendici sedebat, ibi et Dulo Episcopus et alii quos ex parentibus nostris ibi recognovimus : ibi et fatigatae virginis, quæ se de sua virginitate in seculo plaudebant, et nihil de bonis operibus secum portaverunt, sociate in custodia dæmonum amare satis gemebant. Et alias cauham ibi vidi satis a peccatoribus metuendam. Omnes illi qui sub custodia dæmonum tenebantur vinculis configati, et aliqui qui bonum in seculo ex parte egerunt, offerebatur illis hora sexta mauna de Paradiſo ablatum, similitudinem nebulae habens, et ponebatur ante eorum nates et ora, et inde b refrigerium accipiebant. Similitudinem Levitarum habebant alii vestimentis involuti et alii, qui numquam bonum in seculo egerunt, et illis offerebatur : sed gementes oculos suos cludebant, et pectora sua percutiebant, et alta voce dicebant : Vic nobis misericors, qui nullum bonum quod audivimus fecimus, sed et istud tantum malum transactum violimus.

18 Pervenerunt apud nos patres nostri, quorum

nomina inserta superius tenentur, sicut et cum ipsis viatores fuimus, qui se dicebant ambulaturos usque dum descendimus in amœnam campaniam : deinde illi gratias Deo referentes, reversi sunt ad cœlestem patriam. Sic postmodum ego, et ipse Frater Framnoahlus, qui potestatem acceperebat me reducendi, iter carpentes pervenimus ad nostrum monasterium, et mirum ibi Dei apparuit mysterium : quia ad ipsius adventum aperta sunt ostia ecclesiæ, et ingressus oravit prolixi : et expleta oratione pervenimus ad ipsius sepulcrum, super quod ipse genibus inclinatus dixit hoc capitulum : Misere mei et resuscita me in adventu tuo, Domine. Et dixit mihi, Ecce Frater, ubi jacet meum corpusculum : si vis adimplere quod promisiisti, haebabis integrum mercede. Sic verbis completis abstulit a me corpus, quod de aere accepeream et lumen, et abiit. Et ego peccator, omni a me adjutorio ablato, remansi ante ipsius ecclesiæ S. Petri januas, in tanta tribulatione positus, quam ab illa hora, qua a B. Petri præsencia discesseram, non habueraam : et coepi me per terrain trahere, et ad corpusculum meum festinare. Sed immensa Dei clementia misit ventum, qui me levavit in altum, et in ictu oculi portavit usque super ipsum tectum, ubi corpusculum meum jacebat. Vidi Fratres vigilantes, et filium meum Agloaldum sedente juxta ipsum lectum et tenentem manu sua maxillam, et præ tristitia atque lassitudine somni titubantem. Et iterum vento flante intravi per os menum in corpus meum, et primum verbum erupi in laudem Dei : Gloria tibi Deus, ut mibi insinuauit Iblo servus Dei.

D
Ex MSS.
plus redunci-
bus

venit cum
Framnoahlus
ad monasterii
tempus :

E
hoc abeunte
et ratus
vixit suos
prope corpus,
hoc ingredi-
ur :

19 Sic postea omnia superius memorata, ego qui scribere præsumpsi, non ab aliocita sed per memet ipsum ad præsens probata didici. Si quis hoc opusculum a me factum legendum in manibus acceperit, potest me de rusticitate verbi reprehendere : non potest de mendacii culpa redarguere. Quisnam ille est, Fratres carissimi, rogo, tam ferream mentem habens, quem non terrent ista denuntiata supplicia, ubi dæmones uniuersaque peccatores a corpore egredientes tam velociter rapiunt, et secutu ad infernum trahunt? Hoc et S. Gregorius confirmat, quia animus peccatricem ideo Dominus diabolus a corpore trahere permittit, ut compulsa dicat, em se sponte in præsenti vita tradolit in culpa. Quis tam alienus erit a fide, qui sententiam istins non credit? Sed ideo multi non credunt, quia plus eos delectat amor seculi et commoda terrena, quam delectat amor Dei et Societas Angelorum atque Sanctorum. Clamat F
Propheta et dicit : Non tardemus converti ad Dominum, et ne differamus de die in diem : subito enim venit ira ejus, et in tempore vindictæ disperdet nos : et quæ per cupiditatem congregavimus, quid nobis proderunt? Vocat nos iterum dicens : Venite filii audite me, timorem Domini docebo vos : vocat nos per Evangelium dicens : Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis sarcinis peccatorum, et ego vos reficiam. Vocat per semetipsum et dicit : Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod volis paratum est ab origine mundi. Prædictat nobis S. Joannes Apostolus : Fratres nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo : quoniam omne quod in mundo est concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum et superbia vita hujus, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est : et mundus transit et concupiscentia ejus, qui autem fecerit voluntatem Domini, manet in æternum. Sed corda humana cupiditas inducit seculi, ut lapidem durum, ne resurgere possint ad rectitudinem. Recalescat ergo, Fratres dilectissimi, fides nostra, ad cœlestem vitam desideria nostra revocemus, ante oculos nos-
tros

E
hoc ipsem
scripsit

adhucatur
ad partem
viam et vitam
sanctam.

F
Eccl. 5, 8

Psal. 33, 12

Math. 11, 28

Mat. 28, 34

Joan. 2, 18

Accepta
securitate
contra dæmo-
nas

descendit
Baroniū et
videlicet
stūm
abrehe :

exponit a se
vita tormentis
damnatorum,

etiam Clerico-
rum,

et Episcopo-
rum,

et aliquibus
aliquid reser-
perum
datum,

b

EX MSS.

A tres peccata quæ fecimus revocemus, consideremus quam districtus iudex venturus est, qui non solum de malis operibus sed etiam de cogitationibus nostris iudicare disponit: mentem formemus ad lamenta, vita nostra amarescat in pœnitentia; ne per terrenum amorem vindictam sentiat in eternam damnationem; sed bona facta nos provocent ad eternam regionem: ut quando corpore migraverimus, Angelus sanctus ducat ad celeste regnum, et vitam eternam habere

G. II.

DE SANCTO HERMELANDO, ABBATE ANTRENSI IN GALLIA,

Commentarius prævious.

SEC VIII
XXV MART.Antrum
monasterium
extremuma Normannis
incensum
et vastatum:Acta S. Her-
melandi ad
auctore
antiquo
scripta,dantur ex
rebus MSS.

Iigeris inter maiores fluvios Galliarum, quam intersecent, paucis infra Namnetum urbem milibus in alveo suo includit aliquot insulas, quarum principia a S. Hermelando Antrum appellata, celebris est ab monasteriis ab eo sibi seculo Christi septimo conditum, in quo et ipse vixit, et ab obitu est sepultus, ac tam in ita quam post mortem multis cluruit miraculus. Ableyanus erat e canabio Fontanellensi S. Hermelandus Namnetum ad petitionem potissimum S. Pascharini hujus urbis Episcopi, iu cugus Officio Ecclesiastico ad diem x Juli legitur hunc dictum monasterium erexit, decimis, censibus, prædiis et redditibus multisque ornamentiis Ecclesiasticis dotasse: at vero infideles Nordmannos, a carde Namnetica revertentes anno Domini octingentesimo quadragesimo tertio, illud monachorum incendiisse et vastasse: cuius aliud vestigia intutilibus patent. Confugerunt tunc (uti habetur in *Gestis Normannorum ante Rollonem apud Chesneum ex MS. Audegavensis*) in urbem monachii, pretiosum ecclesie thesaurem secum habentes, sed urbe capta, Nordmanni monachorum quosdam extra alio intra ecclesiam sanctorum Apostolorum Petri et Pauli (quod in urbe nobilium ne pulchritus erat) plerosque autem super ipsam templi aram instar hostium trucidant, reliquias vero noctis crepusculo secum abducent, classique imponunt. Quibus peractis eorum obitum insularum Antoni in Natulio Apostolorum Petri et Pauli scaphis admittit, vastant et incendunt. *Hic fuis et exitus fuit dicti monasterii, quod centum circiter et sexaginta annis solam constituit.*

2 Sacra interim S. Hermelandi memoria hactenus adservata est in *Actis antiquis*, fastis Ecclesiasticis, ac variis ad eum honorem dicatis templis atque altaris. Acta ejus scriptis auctor antiquus et fere cowrus, Fratrum instigatis rogati, et iubito obediitionis, ac tradit quo visu relationeque Fratrum didicit, ut ea ipsa in Prologo prefatur, et unum. Ad Multorum, inquit, ejusdem monasterii relatione iudici, qui ipsum hominem, cum sanaretur, viderunt. Acta haec habuit Laurentius Sarus, ac testatur graviter et bona fide conscripta, licet auctor suum nomen retinerit. Interim quia iudicavit eum vermonem parum grato usum esse, aliquanto ipse Latinus, plerisque etiam patraphraticos, interdum iudicetis expressit. *Nos eadem Acta primero et genuino stilo integra damus, quar habamus in codice valde retuso, quem a Collegio Molshemensi Societatis Jesu in Alsacia redemimus commutatione aliorum librorum. Continueatur in eo codice Vita Patrum a S. Gregorio Turoneus conscripta, et hujusliber de Gloria Confessorum, tum Vita S. Hilarii Episcopi, composita a Fortunato Episcopo, et Vita de virtutibus ne signis venerabilis Hermelandi Abbatis utq[ue] Conditoris monasterii, quod numeratur Antoni, provincia Namnetiere. Ligeris annus undique vallatum: uti haec in titulo iudicantur. Codex autem est scriptus anno ab Incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo septimo, Indictione v, cum*

mereamur, quod ipse praestare dignetur, qui cum Dæterno Deo Patre vivit et regnat in secula seculorum Amen.

Acta sunt hæc omnia viii Kal. April. in sexto anno regnante Theodoricis Rege Francorum.

a MS. Reg. Suec. Framwaldum. — b De aliquo refrigerio damnum dato ad preces nostras refertur in Vita Patrum et in Vita S. Macarii Egypti 25 Januarii cap. 6 ubi in Notis late cymin de multis refrigerio adductis sententis S. Joannis Damasceni, S. Thomas Aquinatis et aliorum.

illustri mentione Pippini Regis, filii beatæ memorie Principis Caroli Martelli, et illius ac filiorum Caroli et Carboconi sacrae inunctionis descriptione: quæ alia occasione daturi sumus. Aliud hujus Vitæ apographum submisit nobis anno MCLXIX Divitio Petrus Franciscus Chiffletius noster ex codice monasterii Vallis Lucentis Ordinis Cisterciensis in diœcesi Senonensi transcriptum. Primum ritam partem usque ad annum 18 habemus ex MS. codice Rubex-Fallis Canoniconum E Regularium prope Bruxellas. Aliud hujus Vitæ compendium nocti sumus ex codice MS. Ultrajectino S. Salvatoris.

3 Illustrè encomium S. Hermelandi extat in Vita S. Ansberti Archiepiscopi Rotomagensis, auctore Aigrado monacho, sed postmodum interpolata: quam ex MSS. vidimus ad diem ix Februario: in ea cap. 3 enumerantur varijs Sancti, qui sub S. Ansberto Abbate vitam monastricam cum S. Ansberto fuerunt auspicati, et num. 16 ista traduntur: Sub ejus etiam regimine B. Hermelandus ex predicto monasterio Fontanella, rogante venerabili Pontifice Paschario Namnetensis urbis, in eandem regionem Namnetensi ab ipso Patre Lantherto directus, in quadam insula alvei Ligeris, quæ vocabatur Antrum, juxta nominis ejusdem proprietatem, monachorum venerabilem edificavit eorum obitum. In ejus largitione predictus Antistes Pascharius statuit, ut post decepsum ejusdem venerandi Patris Hermelandi ex monasterio Fontanella per cuncta succedentia tempora sibi instituant Rectores, universi prefati loci habitatores, veluti largitiones ejusdem loci, quæ adhuc in predicto monasterio Fontanella servantur apertissime declarant. *Qua saltu ante destructum monasterium Antrense sunt scripta.*

4 Memoria ejusdem Sancti perseverat in Fastis sacris: et huius Martyrologium Casinense charactere Longobardico celebrat Nativo S. Hermelandi Albatris. MSS. Centulevus sub nomine Bedæ, et Treverense S. Paulini ista habent: In Autro insula S. Hermelandi Albatris. Eudem sunt in MSS. Carmeli Coloniensis, et Vulciensis Patrum Congregatum Oratori Romæ, in hoc Hermelandi scribitur, in isto titulus Domini præfigitur. In MS. Regiux Sueciæ, in Francoua conscripto, ista habentur: In pago Namnetico, insula quæ dicitur Antoni, S. Hermelandi Abbatis. Usuurdus hoc cum exornat elogio: In Autro insula S. Hermelandi Abbatis: cuius gloriosa conversatio miraculorum colendatur præconio. Eudem leguntur in Hagiologia Franco-galliarum Philippo Labbe, ex antiquo Martyrologio Abbatæ S. Laurentii Bituricensis excerpto, item in MS. Leolitensi S. Laurenti, sub nomine Adonis, alio Autnerpiensi sub nomine Bedæ. Similia habent cum Martyrolo. Rom. hodierno; et MS. Florario, Canisius, Galesinus, et in Monasticis Wion, Dorganius, Menardus. Longiora encomia ediderunt Sanssarius et Bucelinus.

5 Ecclesiæ et parochiæ in diœcesi Namnetensi dicatæ ecclæsiæ illæ S. Hermelandi sunt Gueurotensis in decaanatu Ro- dicatæ chebernardo

encomium in
actis S.
Ansberti,F
sacra memoria
in Martyrolo-
giis:

A chebernardo, Rouxiensis in Castello-Briano, Bouaysiensis in Rayano, et vocantur Gallice Cures de Saint Herblein. At Rotomagi in urbe hanc procul a templo Cathedra est ecclesia Parochialis S. Hermelandi, vulgo S. Herblant, e cuius ecclesiae codice MS. vertusto adjungimus in Appendice ad Vitam illustre miraculum, quod inde accepimus industria Frederici Floveti Societatis nostre Sacerdotis. In Breviario Rotomagensi anno MDCXVII excuso prescribitur communio oratio S. Hermelandi ad diem xxvi Martii, et legitur Oratio pro festsitibus Abbatum prescripta.

patria non est
Noviomagnum
in Gelria

6 Jounnes Molanus in Natalibus Saecorum Belgii sub aliquo dubio refert eundem Sanctum his verbis: In Antro insula S. Hermelandi Abbatis. Fuit Abbas primus Antrensis in minori Britannia et valde laudatur a cenobita sui instituti, qui Vitam descripsit: ex qua videri posset ad Belgii Santos referendus, quod in ea scribatur. Hermelandus apud Noviomagenses nobilissimis parentibus ortus est: qui ab Germania oris ad nos accedens, tamquam alter quidam Benedictus, fulsit virtutibus. Verum Noviomagenses Gelrii enim ignorant, mihiq; verisimilius est fuisse Gallum Noviomagensem sive Noviomensem (nam et hi in Germaniae oris dici possent) cum constet multas Germanicas in Flandria civitates usque ad Bernardi tempora Noviomensi Episcopo subsuisse, eumque nouellulos, tum veteres tum alias vetustatis amantes, Noviomagensem appellare. Hac ille. Mediant S. Bernardo per Eugenium Papam, in urbe Tornacensi, que per quadragesimos et plures annos subsuerit ecclesie Noviomensi, proprius constitutus est Episcopus. Hinc videtur Molanus inferre S. Hermelandum, etiam non esset apud Noviomenses in Gelria ortus, tam in Belgum spectare, quasi in Flandria, ubi lingua Germanica inferioris viget, esset prouogatus in diocesi tunc Noviomensi. Verum ex opinione fideliter persa lectore, cum in antiquissimo codice nostro, et forsitan in Autrensi monasterio scripto, dicatur S. Hermelandus Franciae ab oris venisse: pro qua ruce scilicet aliquis substitut Germania ab oris, plani nescius antiqui moris loquendi, quo proprie Francie appellatur pars ea Gallo, quæ aliquantum a Ligieridissita versus Rhenum per Belgii partes, nule prima Reges erant oriundi, protendatur. Ita in Vita S. Hadelini 3 Februarii num. 2 dicuntur SS. Agricius, Maximinus, Paulinus ex Aquitania ad Francorum devenisse terram, et in Vita S. Amandi 6 Febr. num. 22 dicitur idem virex Aquitania in fines remeasse Francorum, et in Vita S. Benedicti Abbatis Aniana et Iuda 12 Febr. num. 34 jussus hic est in Ludovico Pro Imperatore, et Gallo Narbonensi ad Franciae partes ire. Potest ergo S. Hermelandus in urbe aut agro Noviomensi ortus fuisse, et inde ex Franciae oris dictus accessisse ad Namnetenses.

C 7 De aetate S. Hermelandi aliqua ex Vita certo constant, e quibus id primo statuendum, S. Landbertum fuisse Abbatem Fontanellensem ab anno DCLXXXIII, usque ad annum DCLXXXIV, atque ab eo fuisse S. Hermelandum in monasterio illi susceptum, ac sacro habitu vestitum: peractaque Noviorum probatione ad professionem admissum, et cum in virtutibus excelleret, ejus mandato Sacerdotalem consecratum, ac tandem ad S. Pascharium Episcopum Namnetensem, ut novo monasterio erigendo præcesset, cum aliis duodecim monachis ablegatum. Hinc colligitur cum sub S. Landberto Abbat, si non sere tota tempore, saltem pluribus annis Fontanella vivisse. Secundo constat cum maturam aetatem attigisse, cum Fontanellam veniret, scilicet qui ante, cum esset studiis præclare instruitus, vixisset in aula Regia, et cor Regis omniumque Optimatum, gratia sua venustatis in amorem sui converterat, intantum ut nimio euin Rex amplectus amore, dispensatore sui potus, Principemque constitueret pincernarum. Rex autem Fran-

corum, cum S. Landbertus fieret Abbas Fontanellensis, D erat Chlotharius in, qui Chlodoreo ^{in patris suo anno} DCLXII ex MSS. vita functo subrogatur, rex annos fere quatinus decim, moriens ab DCLXXV aut initio sequentiis. Hujus Chlotharii fit infra in Actis mentio, et tranquilla eo regnante pacificatur: que ad annos, quibus floruit Hermelandus in ejus oula sunt referenda, non ad nativitatem, cum iam pridem sub Chlodoveo patre fuerit exortus. Chlothario successerunt fratres, Childebertus et hoc anno a Childeberion privilegium habuit. DCLXXIX interempto, Theodericus, eni tempore constructum est monasterium Autrense. Theoderici filii fuerunt Chlodovetus in, qui patri successit anno DCCXCI, et Childebertus ab aliis fratris anno DCCXVIII Rex creatus, privedegum dedit S. Hermelando pro stabilitate monasterii sui.

8 Eu tempora, quibus S. Hermelandus floruit. Quot Longevo autem annos vixerit, Acta silent, in quibus dicitur num. confertur anno 28 longevo confessus senio, ut videntur saltem pervenisse ad annos etatis septuaginta: qui possent sic distribui, ut circa annum DCCXL natus, iuvenis 20 circiter annorum ad aetatem Regiam perueniret, qua relata circa annum Christi DCI.XXV. aetatis XXX, ultam monasticum auspicatus, Fontanellæ usque ad annum circiter DCLXXXII aut sequentem vicerit, quando Autrense monasterium constructum foret, in quo vixerit usque ad annum circiter DCXXV, quo septuagenerius jam longevo confessus senio ad Christum migravit. Si quis arbitretur vixisse an. 713 aut ad annum usque DCCX, volumus obstatere. Baronius in Notis ad Martyrol. Rom. citat Chronicon Sigeberti, recensentis ejus obitum anno Domini sexcentesimo nonagesimo. Baronium describunt H.ion, Bucelinus et alii. Verum nihil simile reperimus in quatuor diversis editionibus Sigeberti, neque in illustribus MSS. ejusdem Chronicis: in quo cum iniunctum regni Chi deberti stuturatum ad annum DCCXVII, quando potuisse vir Domini Hermelandus auctoritas Regis Childeberti fuisse honoratus, ac privilegii ditatus rediisse ad monasterium, si jun septem annis, antequam is ad regnum promoveretur, e vivis excessisset. Reliqua ad ipsam Vitam observamus: in ejus antiquis exemplaribus scribitur Emenlandus, non Hermelandus, quod alii passim faciunt.

VITA

Ex variis Codicibus MSS.

PROLOGUS.

Cum sacrosancta mater Ecclesia eminentium Patrum quos præveniente gratia divina largitatis dilemendo cum angue palmam obtinuisse lætatur, cum luce adhuc concessa uterentur mortalibus, et post agonis triuophalem exitum long meliori, utpote incircumspectio Deitatis, loco perenniter perfici non ambigit) non fuso secularis facundie politis sermonibus, quibus non minimum adulatioñis adscribitur, quin potius simplici narrationis serie cunctis posterioribus profuturas memorias dirigendas esse, consulte instituat; quo, licet illos sevi felix nativitas celo parturiendo a mortalium sequestrari obtutibus, crebra tamen lectionis recitatione fidelim repræsentarentur aspectibus: quatenus eorum fortia Acta toto conamine imitari intentes, virtutibus ditarentur, et ex his, quæ imitari nequeunt, verius in humilitate solidarentur; omnibus sane sapientibus liquet, omnes hac affectione ductos studiose Sanctorum gesta scribendo elaborantes, præmio; et negligentes et latere, culpa nequaquam carere posse. Hac itaque diutina animatus meditatione, maximeque regantibus Fratribus, cum ex beati viri virtutibus, Emenlandi Confessoris (qui b. Francie veniens ab oris nostris in finibus virtutibus vernans, novus, ut ita dixerim, Benedictos effusit) quadam, qua visu relationeque fratrum

Fons
nihil sub
S. Landberti
Abbatia

aut in aula.
Chiliorum in
seniorum
Principes:

*auctor risus
reluctus equus
monachorum
accepta scribit.*

A Fratrum didici, scripto paginis tradenda decernem; duorum e regione rerum praepediebar objectu, ne aut inverti stylo aliquid temeritatis adscriberetur (utpote qui, nullius prærogativæ scientiae compos existens, tanti Patris Acta plebeio sermone scripturis aggrederer) aut cum per devia quæque ipse lugubri reptorae calle, sanctissimi viri a recto nusquam tramite dilapsam viam ipse imitari negligens, alii initandam ostendere conarer. Sed volente diutius iaspitu tñoris gemini, cen humo prostratus, fessos hujus operis desperatione artus ignavo committens etio, tandem Fratrum instigatus rogato, opus quod delitescendo fugere dum deliberavi; obtutu obeditio- ne, omnium mearum virium destitutus juvamine, solus Attitomantis miseratione filens, ab ipso donata, donata et ipse membranis inserenda suscepit. Quare solo poplitibus defixis deprecor omnes, qui humilitatis dignatione ad hoc legendum opusculum sacrum dellexerunt obtutum, ne dictatu incompto fortia præfati Patris facta, manus laudibus summis arbitrantur digna: sed hujus operis stolidi editoris meminisse diuentur; quatenus a pio judge veniam delictorum consequi, coronamque mereantur obtinere perpetuum; nisi et ipsi pro misericordia precibus sempiterna datari gloria a Christo largiente mereantur c.

B	<i>a. MS. Vallet facientis afflictione. b. Idem MS. ab Germano venientis oris. Idem habet Sacros. sed melius Francie: ab oris legit in perpetrat. MS. supra ostendimus — c. Adjungentur ita Capitulo sequentes, quibus in fine adjunctionis numerata et nostra divisione, quibus angula Capitulo respondunt:</i>
1	De nativitate et militia regali, et de conversione atque conuersatione ejus.
2	De adventu ejus in Namnicum.
3	De inventione insulæ Antrensis.
4	De monstracione monasteriorum.
5	De vidente omnino Mauricium Abbatum.
6	De vino per ejus signaculum in vase auro.
7	De cruele ejus morte fugita.
8	De passione ex fundo Abbori ejus virtute educto, de quo omnis ejus congregatoratio est refuta.
9	De lampade ejus signaculo recessu.
10	De candore seminis per quam incredebat.
11	De vino querenti proximato, ejus mortali angumentato.
12	De furto quod fuit in presente celare nequivit.
13	De bovine aliæ fure præceptis.
14	De vite in monasterio Agathæ signaculo ejus exuberante.
15	De Bernino ejusdem fratris in Cremona ab eo per spiritum dico.
16	De celo in qua amore vilie contemplativa se reclinosit, de inferno Adalredi Abbatum.
17	De Donato Abate, quem sibi in regimine successorem elegerat.
18	De obitu seu fratribus predictis, et de dormitione ejus in Christo.
19	De translatione ejus corporis, et de fragrantia odoris ex inuenito.
20	De officio pedum ejusdem debili ad ejus sepulcrum reserpho.
21	De clando ad ejus sepulcrum sonata.
22	De curratione surdi et mutti.
23	De quadam homine, qui rex monasteri ejus iniuste abstulerat.
24	De flagello in manu ejusdem adherenti, et ad sepulcrum ejus solidu. Item de curratione surdi et mutti.
25	Item de clando.
26	Item de Leoberto clando.
27	Item de Alfredo clando.
28	Item de Arnaldo.
29	

CAPUT. I.
S. Ermelandi ortus, studia, vita aulica, dein monastica. Sacerdotium.

Multorum jam per orbem universum circumquaque Regum collisjugo Christianæ religionis submissis, cum fides sanctæ Ecclesiæ, errorum caligine depulsa, Iucu Evangelico veritatis coruscæ, in omniditione a Clotharii Regis Francorum tranquilla ute- retur pace; venerabilis Ermelandus, genuinae nativitatis potitus exordio, ex b Noviomagensem in-

colarum nobilissimis parentibus, perpetua fruaturus, temporalem processit in Iucem. Hic beatissimus Procerum parentum opimis educatus dapibus, atque, ut assulet præclaræ soboles, nobilis prosapia affectione valhat, litterarum eruditioribus sui profectus gratia imbuendus, provisione tantæ generositatis traditus fuit. Quibus præ cunctis coævis sodalibus ad plenum eruditus, omnem puerilem petulantiam gravitate transcendens morum, nulli concupiscentie illecebras, voluptatis assensum præbuit. Carnis quoque lasciviam spiritus arilore conterens, nobilitati animi præferebat nobilitatem: ita ut in ipsis scholis probitate animi sacrus præfulgens puer, admirabilis omnibus haberetur. Parentes autem ejus videntes eum litterarum doctrinis magna ex parte instructum, Regalibusque militiae aptum, ab scholis cum recipientes, Regiam introduxerunt in aulam, atque e Regi Francorum eum cum magno honore militarium commendaverunt; quatenus per tramitem hujus militia ad debitum progenitorum perveniret honorem.

3 Sed vir Dei Ermelandus, omne hujus seculi culmen omnemque gloriam Christi postponens amori, plus appetit per labentis seculi laborem inansura gaudia justorum promiceri, quam per transitoriam mundi gloriam perpetua injustorum supplicia perpeti. Longe enim a parentum voluntate sanctum ejus dirimelatur desiderium: nam quod illi ad dignitatis ejus gloriam agere conabuntur, ipse ad suæ salutis dispendium fieri arbitrabatur, sententiam recolens Apostoli dicentis: Nemo uultans Deo implicat se negotiis secularibus. Et nisi ejusdem Apostoli sententia contradictor esse videretur, que dicit: Filii obediunt parentibus, nullatenus ei, colestia ambienti, suadere poterant terrestrem susciperem militiam. Cavens autem ne in aliquo salutaribus contrarius esset montis, consideransque simul neculum se sui arbitrii facultatem consecutum esse, quem mente delitescendo fugere satagebat, corpore specie tenus coacte habitum militarem suscepit. Dominio vero se protegente exemplo in aula commorans regia, ex turunculo perfectus ita effectus est miles, ut cor Regis omniumque optimatum, gratia sue venusta, in amorem sui converteret, intantum ut nimio cum Rex amplectens amorem, dispensatorem sui potus, Princepsque, renuente eo, constitueret puer næcum.

4 Cum autem per aliquod tempus omnibus placens prudenter comitissimum perageret ministerium, suadentibus parentibus atque amicis suis, enijsus Optimatus nobilissimus, quam nullatenus accipere volebat, despontavit filiam. Statuit etiam diem, quo eam sibi matrimonio copularet: qui hoc toto mentis nisu satagebat, ut non solum a vinculo conjugali, verum ab omni seculi actu collum suæ inentis, quod levi Christi iugo submittere desiderahat, excuteret. Non enim, ut auditor obliquisus, Domini monita inaniter auribus hauserat cordis, quibus salubriter generi consulti humano dicens: Qui non relinquit patrem et matrem, fratres et sorores, uxorem et filios, agnos et omnia propter nomen meum, non est me dignus: et qui vult post me venire abneget semet ipsum, et tollat crucem suam et sequatur me: sed ut eximius executor operis, arctius intimo ea retinens corde: quod autem corporis audivit, pro virium facultate, opere implere curavit. Divino autem fretus spiramine, spretis cunctis seculi oblectamentis, sponsam relinquens, nuptias renuens, nudus terrenis actibus nudam Christi crucem, contra spiritualia nequitie dimicaturus, athleta Christi arripuit: rectoque tramite munitus Evangelicis doctrinis, pedibus viam regiam sequendam suscepit.

5 Timeus autem ne ejus propositum secularium tumultus

CAPUT II.

Ablegatio S. Hermelandi Fontanella Nannetum ad novi monasterii erectionem.

Igitur eo tempore, quo praedictus vir domini Ermenlandus talibus in cœnobio pollebat virtutibus, p[ro] recordationibus a Pasquarius Episcopus, b Namnetensi Pastorali devinctus curia regebat Ecclesiam. Quodam vero die, dum sub bisaria ambitu ecclastici Ordinis, Clericorum scilicet atque laicorum, summae caritatis vinculo connexorum, dapiibus

*T. Panharus
Episc.
N. nancetus
ordatus subditus
a monachi
elevatus;*

vite coelestis juxta utriusque gradus convenientiam communissum reficeret gregem, et quid utriusque congrueret Ordini celebri dissereret facundia; tertii etiam gradus videlicet monachorum, qui euenimus incolis occidui littoris Oceanii pene expers habebatur, mentionem faceret, perfectioreisque ceteris ex ipsis Veritatis voce ostenderet, dicentis: Si vis *Matth. 19* perfectus esse, vende omnia que labes, et da pauperibus, et veni sequere me; divino omnes statim animati spiramine, c devotis precibus sumi exhortaverunt Pontificem, hujus ardore desiderii plus omnibus flagrantem, quatenus hujus Ordinis quaquam versus iugnaretur viros perquirere, qui in eorum E[cclesie] peredio, si congruus reperiatur locus, hujus perfectionis exercerent vitam. Fatebantur enim se de Domini pietate tantum confidere, quia si hujus vitae viri inter eos commorarentur, esto ad imitandum paucis, ad intercedendum tamen omnibus indigenis illius terra eos prodesse posse.

9 Considerans vero idem Antistes suum populi que cor, aspirante Domino in ius rei voto unitus voluntatis affectum, eos andie non distinxit; quin potius eorum grantulando annuens precibus, matutis ad venerabilem Landbertum Abbatem, qui me Fontanellæ cœnobium sub sacro habitu vita monastice gubernabat, strenuos direxit nuntios; exorsus per eos ejus sanctitatem, quatenus ejus largitate sumum populique desiderium votorum obtinueret effectum. Qui benedictione sui Pontificis muniti, atque ab eo egressi, iter carpendo sacrum ad Fontanellæ monasterium, Domino duce, agititer pervenerunt. Cumque a Fratribus benignè suscepisti, atque venerabilis Landberto fuisse exhibuit, ex precepto sui Patris talibus enim albentis sunt dicti: *Vestra sanctitatis nimium amator Pasquarini Pontifex, devotione flagrans saera, precibusque universæ plebis sibi commissa instigans, astanti desiderat voto, quatenus in ejus parochia monachii, se eis locum præparante, vitam regularem exempli gratia ad profectum sanctæ Ecclesie perpetuanquo landem Dei teneant. Ensis autem, summa vestra sanctitatis longe latèque prævolante, vestram congregatiōnē venustate hujus regionis plus ceteris clarescere, precatur ut vestra ei sancta largitas religiosissimos mittat monachos, qui hunc vitam optimè tenere, aliusque tradere sciant: ut ea que desiderari per eos implore vobat.*

10 Qui cum tali devotione Sacerdotem Dei cum plebe sibi commissa fervore cognosset, primum omnipotentissime individuoque Trinitati umbras rutilit gratias, deinde vocato B. Ermentando monacho, petitionem venerabilis Pasquarri iterum eorum eo exponi p[ro]missit, ac demum responsum in hunc modum dedit: Vota quidem, filii carissimi, Pasquarri Episcopi ejusque sancti gregis constat, sicuti divinitus inspirata, sanctissima redolere devotione; atque ideo ut particeps tanti voti esse merear, licet nunguo destituar solatio, petitionem a nostra parvitate postulatam, per carissimum mihi hunc fratrem Ermentandum, alius cum eo Fratribus missis, perficere studere, si certissime nossem ab eo ita cœnobium constitui

*aliquos
allegant
Fontanellam
ad S. Lamber-
tum Abbatem,*

*rent sibi
monachos
submitti.
P*

*S. Lambertus
addict S.
Ermentandum
et alios*

A tumultus præpediret, si in turbis populorum diutius moraretur, præsentiam adiit Regis, humilique cum devotione petivit, ut ei regalis clementia licentiam daret, quatenus relicta palatina militia, regulari se cœnobio Christo militaturus traderet. Rex autem maxima eum dilectione complectens, non patiebatur eum a se sequestrari: atque ideo nivis ejus resistebat precibus, suadens ei, ne ejus consortium in tam viridi floridique desereret ætate. Cumque talibus suasionibus diutius ejus vexaret mentem, sanctum tamen ejus propositum immutare nequivit. Beato igitur viro in precibus persistente, tandem timore Domini perfusa p[ro]li Principis clementia, licentiam, quam ei diu negaverat, benigne est largita. Ipse autem beatissimus Ermenlandus, cum Regis Optimatumque benedictione palatio egressus, ad d[omi]n[u]m Fontanellæ monasterium ubi venerandus e Landbertus regularis præcerat monachorum Pater, concito pervenit curia. Conversionem namque in prefato expectit cœnobio, et ab ipso Abbatे Fratribusque omnibus effectum suarum obtinuit precium.

6 Juxta morem autem monasticæ vitæ in cella novitiorum probatus, ita perfectus inventus est, ut probit te conversationis sua non solum neophytes, verum etiam eos qui longævo senio sub perfectionis habitu theorie vitæ omnem sui corporis triverunt vigorem, non solum consequi, quin etiam supergredi evidentissimis probaretur indiciis. Explata vero probatione ejus regalari more in novitiorum cella, perfectionis votum promissione confirmavit sacra, ac demum omnibus mundi spret s pomps, ceterorum commilitonum vallatus præsidio, fagista virilis, omnium virtutum consecans iter, nullis saltem vel ad modicum denominum suasionibus paruit, sed in ipso exortu caput antiqui contrivit serpentis. Quot enia[us] ei machinabatur tentamenta ingenerere, tot tripudiando vir domini de eo snubebat triumphos. Erat enim caritate præclarus, fide levatus, specertus, patientia lenis, obedientia præcipuous, oratione assiduus, abstinentia discretus, vigiliis strenuus, atque omnia ita ornatus virtutibus, ut inter ceteros commilitones, ut lucifer ceteris stellis clarior, radio virtutum conspicuus respligeret. Quod sagacis venerabilis Alda Landbertus reprehendens intuitu, quem eruditum discipulus susceperebat gratia, veluti magisterium pro eis virtutum venustate venerans, amatabant.

7 Sacris quoque altariis insuper dignum eum approbans, Sacerdotem sibi ordinari fecit ab Episcopo ejusdem pagi: ratum arbitratus, ut consecrationis suruissimæ Corporis Sanguini que Christi tunc præclaras, tamque sanctissimum vir longeretur officio, qui ut pretiosissima a Domino de sterquilino secularis habitus margarita erat, inter soldates exhibet in monasterio locatus, velut super cambalabrum lucerna, consecratione theorie vitæ omnibus lucidissimis entebat. Ordinatus vero, tanta sacerdotalis Officij perfectione vigebat, ut eum devotus Deo oblationem studiöse quotidie offerret, maceratione sui corporis ipse Hostia viva fieret Ieo.

a Hic est Clithiarus III, quem indicarimus ab anno 602, usque ad an 675 aut instantem sequentem regnasse. — b Noviomagnum est aliud parum Noviomagnum rufum Novum in regno Clithiarum. — c Eligius sacerdos dicitur Noviomagensis Episcopus, et clavis Noviomagensis appellatur a S. Audeno in eis Vila et Decenbris. — d Chlithiarum, ut etiam Sausus, Bucelius, aliqui habent. — e Fontanella ad Segnanum inter Rotomagum et Geranum Abbatia anno 651 a S. Wandregisilo extructa, a quo nunc S. Wandredur, e S. Wandregisilo, anno 673 mortuo 22 Iulii, successus S. Landbertus seu Lamberti, et anno 181 creatus eti Archiepiscopus Lugdunensis, collitur (1 Aprilis). — f Variant MSS. in quibus agnouit, et agnouit legitur. Sunt et multo ita, bellator strenuus. Sape agnouiteta pro agnista legitur. — g Ha MSS. nostrum et Vallis-fucensis. At MS. Kubec et alii addit ab Audeno, qui ab anno 646, usque ad annum 689 fuit Rotomagensis Episcopus. Idem nominatur opus suum, et tempora conveniunt.

*p[ro]pellit a Rege
facultatem
intrande
monasterium.*

*Si monachus
Fontanellae
sub S. Land-
berto abb.*

*d
e
probatur
noticias*

*B
fatu profectu-
nem*

f

*excellit in
virtutibus:*

*g
concurrit n
S. Audeno
Sacerdos.*

*Non obagum
F[ab]ro Avelio o.*

*ex MSS.
et anobium
benestabili-
tut;*

A constitui, ut futoris temporibus Fratres in eo consti-
tuti, quantum ab eo vitari potest, nullius infes-
tatione turbarentur. Vita signidem nostri ordinis summa expedit quietudinem, et milionimus mag-
num patitur dispendium, cum intente coelestia contemplatur, si querimoniis pravorum a supernorum avocetur inspectione. Si igitur in sua Ecclesiae pre-
edio conobium construxerit, in quo isti, quos mittimus aliquic divinitus inspirati, eorumque pro-
vocati exemplo conversi e seculo, habent; temporibus quidem ejus fortassis optata uti pace valebunt,
post obitum vero ejus, si ipsum conobium sub do-
minio sui successoris reliquerit, magnis (sicuti in nonnullis coenobitis actum esse comperimus) cupiditatis instinetu pravorum turbabunt inquietudinibus; ita ut necessitas eos inde exire compellat, et errabundos circumquaque vagari cogat. Milii vero si ita evenuerit, qui commissos illuc dirigo monachos,
multum incumbet periculi, illique nihil angebitur mercedis: si autem perpetuae retributionis intuitu monasterium adficere desiderat, hortor ut regalibus cum mambis tuendum commitat, et ut Regis clementia talem preceptionem facere dignetur, ut nulla alia potestas, maligno instigata spiritu, omni dominacionis occasione sublata, nolletiam habitantibus in eo ingerere audeat: quatenus regali defensio praesidio, pro ejus totiusque sui regni perpetua pace, libere, remota pravorum impulsione, Christi interpellent clementiam. Noli, inquit, noli cunctari talibus suspicionibus. Pater; nam certissime de ho-
nitate Patris nostri Pasquarii confidere potes, quia iuxta tui oris imperium omnem hujus operis causam Dominio juvante perficiet.

11 Tunc munitorum sponzionibus firmatus, dixit B. Ermenlandus: Nimirum tua, carissime Frater, fidens religione, quamvis tua corporali absentia maxi-
num dispendium mihi evenire non ambigam; te ad venerabilem Pasquarium cum duodecim Fratribus, quorum te in mea vicissitudine Patrem constituant, mutare volo: ut tuo dictum magisterio, monasterium, sicuti optat, construat. Nil tamen ex hoc sine tua definitione agere tentabo, sed omnem hujus negotii causam tuo prudenti committo iudicio. Ne queso, inquit vir Sanctus, no Pater, digneris super hoc nostram elicer voluntatem, quam pro Christo tuo tradidi arbitrio: sed quoniamque me miseris, libentissime, nisi divinitus mihi imperatur, ire can-
bor; tantum Domini voluntas et tua sit. Tunc idem Pater gaudio repletus, ejus praelate congratulans obedientiae, dixit: Eia, fili mi, arripe, ut miles Christi prosperum iter, sume laudabile opus, per quod tu aliquo mibi ad regna ingressi eborum mem-
renmini. Qui cum talibus illum aliosque, quos cum mihi, hortaretur eloqui, maximeque ut regulum sanctam virili temeritatem ostendam, ridentes ipsi, omnesque Fratres cum lacrymis in motu amplexus,

invicem sibi usentium pacis dantes, dimiserunt eis, imprecantes eis prospera cuncta fore, direntes: Con-
stitutor vobis enim gratia summae Trinitatis, et omni-
um opera ve-traria numnum prospero dirigat, ho-
cumque vestre habitatione ad multorum salutem numerum personi custodia tueri et conservare du-
gnetur. Qui benedictione postulata atque ubertum suscep-
ta, cum legatis summi Episcopi iter carpenter, ejus facie se presentare testimoniant: orantes
ut Christus solium sibi tribueret perficiendi in-
juncti operis, et sic ad urbem Namnetensem Domino
dñe pervererunt.

12 Tunc basilicam beatorum Apostolorum Petri et Pauli B. Ermenlandus cum soecis orationis grata ingressus est. Audiens vero venerandus Episcopus eos advenisse, ineffabiliter exultans gaudio, dixit: Re-
cordatus est mei Dominus, ut votum desiderii mei

implere dignetur. Atque in prefatæ ecclesiæ fori-
bus occurrenteis, dixit B. Ermenlandus: Benedictus Dominus, qui misit me ad introitum tuum, qui quod bonum et jocundum esse per os beati David dixit hodie est completo dignatus, faciens habitare fratres in unum. Cumque ei sisque omnibus, quos veluti Angelos suscipiebat, alacriter prandium exhibuisset, omneque desiderium suum ejus exposuisset auribus; B. Ermenlandus ea que Pater ejus nuntiis ipsius opposuerat, eorumque responsionem curam eo reci-
tavit, ac denum subjonxit: Et nunc si consilio Pa-
tris mei tua sanctitas parere voluerit, prout Domi-
nus exiguitate nostræ donaverit, quodcumque jusseris perficere conabimur. Sin autem aliud Paternitati vestra placet, inviolata caritate, ad Patrem nostrum juxta ejus præceptum revertemur. Nullus me magis, dilectissimum, inquit, Frater, hujus operis perfectio-
ne perpetua constabiliter desiderat firmitate, qui auctor fundatorque ejus videor esse. Et ideo secun-
dum tuam Patrisque tñ suggestionem nostrorumque
nuntiorum sponzionem, non solum te cum cœla,
quam sacerdice disponimus, cum omnibus rebus,
quas ibi confirmavero ad subsidium Fratrum inibi
commorantim, secundum auctoritatem canoniam
regie committam dominationi, ejusque vobis habere
E perficiam præceptum; quin etiam quidquid commo-
dum atque utile ad perpetuam quietem illius loci
tecum pertractare potuero, libentissime implere cu-
rabo. Tu vero ea quæ desidero quomodo rite perficiantur, prudenti perpende consilio. Beatus vero Ermenlandus cognoscens animum Pontificis avarici-
e testu vacuum, humiliter eum alloquens dixit:
Dominus, qui inspirator hujus extitit voti, tribuat,
illud perfici secundum eorū tuum, consiliumque con-
firmet in bonum. Ego vero, accepta vestre benedictio-
nis fiducia, quidquid ex hoc cum Domini voluntate
pertractare potuero, crastina die vestris saceratissi-
mis auribus intimare aggrediar.

*a MS. nostræ Pasquarij, MSS. Patis Luc. et Rub. Val. et Ultræc. Pasquarij, atque passim Pascharius, colitur 10 July, ad quem dñm in officiis propriis Ecclesie Namnetensis dicitur floruisse circa annum 650 Heraclio Imperatore et Dagoberto primo Rege Francorum. Albertus le Grand de Sanctis Hispanicae Armorice, in vita S. Pasquarii et in Catalogo Episcoporum Namnetensium ult cum mortuam esse anno 650. Namnetensem dico etiam soluppi cuius vix Chaddo Archidioconus interfuit Concilio Cambodoniensi circa annum 650. Al. Claudius Robertus post S. Pasquarium, statuit Episcopos Taurianum, et Hancorum, ac deinde Salappium, enormi onus mendo. Melius Joannes Clervus statuit post Salappium, ascerisque tempore Chaldeberti II Regis Francorum floruisse, imo, quod ex hoc vita certissime constat, sub Thidericis II etiam et Chlodowico III. b Namnetensem habent MSS. nostrum et Vallis Luc. ut Nanno-
tissima. -- e MS. Rab. Val. Ultræc. et S. Maurontii visa in cœ-
lum deferri.*

CAPUT III.

Antrum insula inspecta: monasterium ex-
structum. Anima S. Maurontii visa in cœ-
lum deferri.

Cumque die altero aurora novo perfunderet lumine terras, B. Ermenlandus, expleto matutinali laudis Officio, venit ad Pasquarium Episcopum, eique di-
xit: Jube nolis preparare naviculam, in qua eum socii per alvem Lageris remigantes usque ad loca maritima omnia littora ejus pervidere possimus: etsi lucis aptus repertus non fuerit ubi conobium redditetur, tunc ad dexteram levamque in omni tua circenibimus dominatione, uque dum congruum reperiamus situm monasterii constructionis. Non vo-
bis ut opinor, ait isdem Pontifex, usque ad maritima necesse erit fatigari loca, quia sunt nonnullæ insulæ tribus ab hac urbe distantes millibus, hujus annis valitæ lymphis, quas etiam bus vel ter per revolutionem diei ac noctis undi in marina unidque ambiendo invisiere non negligit: quæ tanto sui vigoris impetu agitur, ut ultra hanc urbem ad orientalem plagam septem

*pou manus
amplexus*

*et accepta
ben. directione
Namnetensem
petti;*

*excipitur a
S. Pasquario.*

*de loco
monasterii
construendi
deliberat cum
S. Pasquierio*

*S. Paschari
tempus Sedis*

E

*Psal. 132
expeditu
mandatum
S. Lambert
Abbas:*

*assensum in
omnibus
imperat.*

A septem millibus ictum retrorsum convertens Ligeris, vim inundationis sue ubertim diffundat. Cujus autem ipsæ insulae fertilitatis interius, vel cuius magnitudinis sint, pastoralis curæ occupatio perscrutari me non permisit: quas cum diligentius tua sagax prudentia pviderit, qualiter se habeant mibi renuntiare non differat, si in aliqua earum congruus locus ad constructionem monasterii reperiatur.

B 14 Et hec dicens, navem velocius præparare jussit: quam vir Domini Ermenlandus ingressus, dixit: Omnim bonorum Largitor, qui populo tuo viam in mari rubro præparasti, per quam ad terram reprobmissionis venirent; da mihi, Domine, famulo tuo per rectam incedere viam, ut ad locum, quem servis tuis præparare ad habitandum dignatus fueris, de quo non ad terrenam sed ad coelestem promissionem aeternae felicitatis pervenire mereantur, recto perveniam itinere? Nautas vero concite navigantes, per venerunt ad unam insularum, quæ magnitudine sui ceteras circa se superat. Tunc de navi egressus coepit de spatio insulae percunctari: cujus in viginti quatuor stadiis longitudinem dimensam reperit, quæ in medio a Ligeris sita, se undique a quatuor cœli plaga circumstantium alto sublimatur vertice, per medium sui longitudinem montuosa, omnes inundationes Ligeris ab Oriente aliquoties ubertim effluentes, et Oceani maris ab Occidente bis per singulos menses eructantes despicit **b** malinas. Quæ malinae reliquas insulas in Oriente Occidenteque et Aquilone sitas, aliquoties ad momentum operiunt, solam in Meridie hanc sitam vercentes insulam propter sublimitatem sui montis: et uicirco tuta in se loca exhibit habitationis, amplissimumque vinearum, nec non hortorum atque per gyrum pratorum præbet spatium. Non enim in ea aliquis mole corporeæ fragilitatis gravatus homo absque navalí subvectione ingredi potest, sed neque in aliquam earum undique eam ambientum. Est enim opacitate densata silvarum: quam ideo et propter monnuli abdita in ea loca, vir Domini Antrum vocavit. Sed et meridianam quæ licet spatio sit minor in specie, tamen in nullo ab hac discrepans, vocavit **c** Antrigimum. Reperit enim in ea oratorium in parvissima basilica beatissimi Confessoris Martini.

C 15 Sed et pastores armentorum erant in ipsa insula plurimi, ubertate ejus largissime: pascuae alentes pecora sua. Piscatoribus autem circa se tam plurimam copiam piscium præbet et emanat a Ligerre et mari, ubertate ibi per disposita tempora vicissim plurimi generis munera sua fudentibus, ut pisca toribus aliorum fluminum profunda rimantibus, nisi visu didicerint, incredibile auditu videatur. Non itaque vulgi in ea perstrepunt voces, sed solum avium diversarum circa cani audiuntur melodiæ: inter quas citharœdi olores dulcia fundunt modulanna cantus. Tantum namque quietis silentium in se retinet, ut orme desiderium eremi anaboreticam vitam desiderantibus penitus asserfe videatur. Cumque hac omnia vir Domini Ermenlandus partim visu, partimque vicinorum compresisset relatu, exultans in Domino ait: Benedictum nomen tuum sancta et gloria Trinitas in secula, qui mibi famulo tuo pretiosiorem locum aptioremque omnibus coenobitis, in quibus meam fuisse parvitatem contigit, ostendere dignatus es. Et nunc, Domine, queso, ut esse digneris hujus loci constructionis edificator, et custos perpetuus in secula seculorum. Tunc ad Antistitem Pasquarium ocyus revertens, dixit: Fatoe in veritate numquam me tam speciosum vidisse locum, tamque monasticæ vitæ congruentem, sicuti hodie in duabus insulis, quas perspexi mihi contigit reperisse. Cumque ei cuncta, quæ invenerat per ordinem retulisset, gaudeus in Domino isdem Præsul ait: Bene dictus tu Dominus, et benedictus Dominus, qui misit D te, qui tibi propter magnam misericordiam suam **D** ex his dignum locum ostendit, in quo voti mei effectum inveniam ad perpetuam animarum salutem. Tota igitur die illa invicem conferentes, quo tenore dispositum perficerent opus, mutuoque spiritualibus se cohortantes eloquis, post dulcia æternæ vite colloquia fragilitati consolentes humanæ sumpserunt cibum. Tunc demum post hymnorum laudes cum benedictione Domini ad lectuli quietem secedentes; parumque sopori indulgentes, reliquum noctis spatium insomne in Dei duxerunt laudibus.

D 16 Venientes igitur sequenti die simul, dixit B. Ermenlandus venerabilis Pasquario Episcopo: Jam quia mihi Dominus locum pulcherrimum ostendere est dignatus, in quo ea quæ desideravimus perficiantur, nolo moras innectere: sed cum tua benedictione ocyus illuc regredi volo, quatenus tuo aliorumque munitus juvamine fabricam, Deo favente, ædificare incipiam. Et ille: Omnis Creator, qui Salomon prudens cor ad ædificandam dignam homini suo domum largiri dignatus est, det tibi gratiam et benedictionem, et secundum suam voluntatem omnia opera tua dirigere dignetur. Sumptus igitur, prout necessitas poposcerit, quia in promptu sunt, ministrare non neglgam, tecumque operari nostria ea quæ jussere perficiunt. Mutuis demum amplexibus se constringentes, osculum sibi invicem dederunt pacis, et sic B. Ermenlandus ad dilectam reversus est insulam: quam cum ingressus fuisset, eligens locum, in quo convenientius monasterium construi deberet, coepit fundamenta domorum ad necessaria sufficientia Fratrum jacere, et durarum ecclesiarum: quarum unam in honore B. Petri Apostoli, aliam vero in honore B. Pauli Apostoli cum omnibus claustris monasterii, Domino se protegente, brevi explevit tempore.

E 17 Cumque opus suum, plurimorum illius terræ incolarum auctus juvamine, velocius consumasset, veniens illuc idem Episcopus ad dedicationem cum suis Canonicis, per consensum omnium privilegium B. Ermenlando et monachis suis ex eodem monasterio fecit, sicut sponsporat primum, ut nullus de successoribus suis de ipso monasterio vel rebus, quas ipse vel alii, divino amore compuncti ad luminaria, subsidiave Fratrum ibidem tradiderant, aliquid sub dominationis occasione usurpare tentaret. Et tunc demum ad aulam regiam securi B. Ermenlandum ducens, Regis **d** Childeberti cum cum monasterio et monachis ex eo tuendum tradidit manus. Eterna vero retributionis intuitu isdem Francorum Rex suum tunc præceptum B. Ermenlando de eodem monasterio et rebus ejus fecit, ut nulla dominatio aliquius potestatis monachis in eo constitutis aliquam inquietudinem ingenerare præsumeret, sed Regali perpetua freti defensione, absque aliquius impedimentoo libere, pro eo tatusque regni ejus pace, Christi deprecantur clementiam. Tunc vir Domini amictus Regi honoratus, reversus est ad monasterium. Cooperunt jam ex eo tempore multi e seculo conversi in ejus se cenobio regulis tradere disciplinis, aliquæ suas soboles ibidem Deo offerre festinabant. Quibus omnibus disciplinis celestis vitæ landaliter B. Ermenlandus verbo actaque tradebat, usque dum magnus virtutibus atque numero gressu Christi auctus est. Qui ita perfecte sub tanto degebat Patre, ut fama sanctitatis eorum longe lateque pervolare, et in eorum operibus omnes, quicunque audiere, Patrem eorum magnificarent in colis Deum.

F 18 Quadam nocte dum isdem beatissimus Ermenlandus in oratorio solito maneret insomnis, atque in contemplatione celestis regni capessendi gratia in basilica P. Petri Apostoli pernoctando vigilaret, vidi **villet animam** **s. Mauricium** **deferrit ab** **Angelis in** **celum** **i** et Childeberti Regis: multos adiutus monachos: **et S. Pasquarium** **et** **Antistitem** **recepit.**

Martin T. III.

EX MSS.
e
1h

A animam venerabilis viri e Maurontii Abbatis ex monasterio f S. Florentii, quod vocatur g Glomna triginta a suo cœnobio sequestrato passuum milibus, vinculo resolutam corporis ad aethereum deferri ab Angelis thronum. Quam cum diutius fuisse intuitus, signum dedit, atque in unum Fratribus collectis cum summo caritatis affectu præcepit, ut illius exitum orando, Domino commendarent. Ipsi vero jussa Patris alacri implentes obediencia, devotissime pro anima prædicti Maurontii ad Deum fuderunt preces. Cooperunt tamen omnes mirari, cum tanta terrarum intercapidine monasteria ab invicem dirempta essent, quomodo vir Domini animam ejus corporis resolutam nexus videre potuisset. Sed ne quid dubitatis in eorum resideret mentibus, sequenti die perscrutorem illuc dirigere disponebant, qui hujus rei causam diligentius perquereret. Fratres autem de prædicto monasterio S. Florentii præveniendo, eorum directionis abstulerunt laborem, qui orbitatem suam de Patris Maurontii obitu nuntiaverunt. Fratres autem magna eis, sicuti in morore positiv, affectione animi compatiens, consolationis ferebant hortamina, ac denouo hora exitus sui Patris percutiari cooperunt. Et eadem hora ipsoque momento eorum relatione didicerunt enim migrasse, quo B. Ermenlandus ejus Fratribus indicaverat obitum.

malina pro
matri
majore.

a Ita MS. nostrum, alia habeant in medio allorum, scilicet singularum. b Ita tria MS., et rectr. Beda lib. 1 de Naturarum cap. 29 ascerit omnes cursus maris in Iudeon et in mari, id est maiores et mores astus dividit: malinam a 13 et 28 Iunio incipit, eiliorum in necessus sed tardiorum in recessu, septem diebus et quindecim horis perseverante in medio sui serpens lunam primam et drilimani ipsitam ostendere, et per aquilonem vel solstitiali solito validius exsuscire. Ita affugie Beda, quicum auctor hujus Vita secundo Christi 8 ritus. Consule etiam Sabordum Stecuna In Notta ad tres Fratrum pagina ultima, ubi S. Augustinus, Martyrungus antiquum aliquo citat. Thiodorus Moretus de Litu missis cap. 12 præstare expicit, quare Norvegia et Plenaria facilius astus maris insatiantur, et magis in Equinoccio, quam in Solstitio. — c MS. nostrum Antropicum, alia cum Surio Antropicum, — d Childberius regis ubi anno 698 ad 711 Anni post decimum S. Landberii et regnum Fontanellensem ad Archiepiscopatum Lugdunense ad instantem regni Childberii episcopi erant quatuordecim, ut varia, que infra narrantur, potuerint inter se contigere. — e Colitur S. Maurontius b Januarii, quo die ejus festivitas per totum territorium celebrari uocant Sammarthani Tomo 3 Gall. Christi pag. 388. — f Coutur S. Florentius 22 Septembris, quo die vixi epus Arto duenda habemus: est Patronus Sathanii ad Ligerim et Rularum in Picardia, — g Glomna, MS. nostrum Gloma, nunc S. Florentii dictum ad dextram Liguris ripam inter Namnetum et Andegavum.

CAPUT IV.
Signo Crucis vinum ter aurum, et lumps accensa. Fures impediti. Animis visa in celis duri.

Reflex obvium
primo eloquio
spirituali;

c Quidam die dum vir sanctus per pagum Nummetum cum Fratribus aliquibus iter necessarium carpendo conficeret, contigit Arnaldum, juxta dignitatem seculi prædictorem, clientulorum stipatum cuneo, ei devenisse obviam. Vir quoque Domini diutius eum spiritualibus ex auctoritate divinarum Scripturarum instruens elogii, post verbi documentum dixit eidum Fratri: Quia pro captu nostri intellectus hinc illustri viro spirituali ministravimus potum, caritatem suggesterente etiam corporalem nihilominus sumamus. Qui respondens ait: non plus ibi vini adesse nisi in parvissimo pendente ad sellam vasculo, quod parum plusquam a heminam capere vini. Sed ipsum jussit alterri, confidens vir Dei, plenus illius fidei, qui inter quinque milia hominum panes quinque distribuens augmentauit (non potestate divina, postquam omnes ubertum sunt refecti, plus reliquiarum multo superfuit, quam integratis, ante distributionem Apostolorum in turbas fuisse pondus,) impresso editioque signo Crucis vir Domini prædicto Arnaldo cum omni comitatu suo jussit distibui. Qui cum omnibus distribuisset, omnesque cum gratiarum actione ipso distribuente siu-

gulos calices bibissent plenos, vinum tamen tanti D Sacerdotis merito disperriendo crevit ex tam parvissimo vasculo. Ipsum quoque vasulum, in testimonium hujus miraculi in ejus servatur monasterio. Nullus, ut reor, fidelis attingit in hoc miraculo virtutem Elii eum imitatum fuisse: quia sicut ille invocato Majestatis nomine oleum, ita iste vinum crescere fecit in vase per virtutem Crucis Christi.

20 Sedens igitur aliquando B. Ermenlandus sub quadam arbore juxta oratorium b B. Leodegarii Martyris in suo cœnobio, legebat solito attentius. Erucæ vero, quæ folia fructumque ejusdem vastabant arboris, super librum, in quo legebat, frequenter decidebant, eigne lectionis ingerebant impedimentum. Quid ipse, ut erat mitissimus, patientissime tolerabat. Cernuus itaque hoc quidam Frater, cœpit eas pedibus conculcare, sed ipse prohibebat eum, dicens: Ne queso, Frater, quæ divino inferuntur iudicio, anferre tenteris. Virtus quoque divina ejus patientiam remuuerari dignata est, afferens eis, quæ diutina corruptione predictam voraverant arborem, nocte sequenti, ut nulla quidecum ex eis superasset: nam et in hoc virtuti Moysi conjunctus videtur, quia sicut per ejus preces sacrilegam Ägyptiorum gentem ab bujuspestis vastatione Dominus eruit, sic per istius meritum prædicta liberata est arbor. E

erucas sua
patientia
fugat :

21 Moris erat eidem Dei famulo, Quadragesimali tempore propter frequentiam plurimorum civium visitandam, qui ob ejus Fratrumque visitationem undique ad eum monasterium cum oblationibus confluabant, Antropicum expectare, ibique cum paucis Fratribus nimia contritione abstinentiae corpus suum macerare: quatenus in Paschali solennitate hostia Deo gratissima exhiberi mereretur. Contigit autem quodam die, ut, cum fessus vigiliarum orationumque instantia, ad auram exhibitationis gratia deambularet, et super littus parvum resedisset, diceret quidam, Nummetensem Episcopum habuisse quendam pisum, qui vulgo e manu prædicta dicitur. Cui Sacerdos Dei Ermenlandus, dixit: Quid hoc ad rem pertinet, Frater? nonquid invalida est Omnipotentis manus, hujusque generis pisum nolis sicuti et illi, cum voluerit, largiri? Necdum vir Domini haec verba compleverat, et ecce divina virtute hujusmodi pisces ex fundo Ligeris subiectus in medio fluvio se subrigens, atque super undas aquarum rapido cursu natans, ante pedes sancti viri seco jacuit in sabulo. Tunc munus divinitus sibi collatum sciens, cum gratiarum F actione jussit levari, dicens uni ex Fratribus: Tolle hoc, Fili, et in tres partes divide, quarum una ad nostram retenta refectionem, reliqua due ad monasterium Fratribus mittantur. Quod cum factum fuisset, res subsentia est statim mirabilis, nam tanti viri merito, ita omnes Fratres, tanq; cum eo aderant, quam et illi, qui in monasterio remanserant, quorum non parvus erat numerus, ita fuerunt ex tam medico satiati pisces, nec multitudo piscium eis fuisset distributa. Nempe patet, cujus dilectionis plenus iste vir fuerit; illius numerum qui de quinque pambis et duobus pisibus quinque milia hominum in deserto pavit loco: enijs iste protectione vallatus, de parvulo pisce sanctam satiavit sui monasterii congregationem.

in Quafrage-
sim Antiquini
degit :

22 Hic quoque vir Domini summa discretione provulsa, sui sibi quiscommissorum curam agno ita perpendiculariter libramine, ut nec pro custodia sui necessaria Fratrum funditus ministrare negliceret, nec rursus pro terrenis stipendiis, quibus Fratres sustentabantur, sui custodiis circumspiciendo retentare negliceret. Nam diurnis horis necessaria Fratrum provide administrans, nocturnis iterum horis parvum indulgens somno, magis ex debito huma-

pisum ultra
advententem
acepsit.de quo omnes
moyachi
reficitur:sollicitus pro
iustis,noctu inter
orandum
ritus
cicleras,

næ

Item vñ
editio Crucis
actio.

A nra necessitatis, quam ex amore, vel modice requie, reliquum noctis spatium in acquisitionem vertens contemplationis, toto mentis adiuuio cœlestia orando et psallendo speculabatur. Quadam nocte dum sollicitate orationis gratia basilicas suis cœnobii circuiret, in una earum extinctum cuidam Fratris recuperare jussit lumen. Quo secum deferente, in manu Fratris, flante procella venti, lampas extincta est. Cumque isdem Frater, ut eam iterum ascenderet festinato ire cepisset, vir Domini, ut subsisteret innuit, et extenta manu signum edidit Crucis, atque ex tenebrarum caligine amissum, Christo juvante, restauravit lumen. Nam postea atrocius ingravida procella venti, lumen divinitus datum, nullius defensionis munimine tectum, inextinctum usque ad locum, quo deferebatur, solidumque perlatum est.

B 23 Vir autem Domini continuis virtutum studiis ad altiora proficiens, quotidianis profectibus munditiam puritatis acquirere nitebatur. Cum quadam nocte in Antrigino, ubi rigore abstinentiae macerari solitus erat Quadragesimali tempore, deambularet, in oratorio d. S. Aniani; semita, per quanu incedebat, reliquo pavimento candidior subito effecta est: et locus in quo constanter orare consueverat, tali est respersus candore, ut nunc usque cunctis illuc intrœuntibus liquido appareat, quanta munditia orationis pectus sanctissimi Confessoris clarificatum sit.

C 24 In partibus Oecidnis fama ejus sanctitatis longe lateque se dilatans ex reverat, Aquilonales etiam partes invisere non abnuit: nam quodam die cum in pago Constantino res monasterii obtentu necessitatis pervideret, quidam nobilis illius provinciae vir, Laonus nomine, virum Dei cum discipulis ad prandium vocavit. Ipse vero, ut erat animo mitis, eloquio affabilis, vultu serenus, ejus petitionem non renuit: sed data benedictione domum illius ingressus est. In regione quippe eadem vinum minime nascitur, et ideo praedictus vir Laonus non plus quam in uno vasculo, capiente (ut reor) metretas quaternas, parumper habebat vini. Ipse vero gaudens quia Dei virum in domum suam suscipere meruit, convocatis amicorum turbis jussit hilariter omnibus, cum pauperibus et peregrinis supervenientibus, ex eodem omnino abundanter distribui. Mira Omnipotentis dispensatione, omnibus abunde potantibus, vinum ita crevit in eodem vasculo, ut pro sui diminutione redundans, idem repletet jam pene exhaustum vasculo. Sed haec res ea die silentio contecta, crastina per ourem illam regionem divulgata est, ut omnes illie commorantes cognoscerent, quia tantæ sanctitatis vir iste fuerit, ut si quis ei de facultibus suis aliquid benedictionis gratia largiretur, nullius diminutionis damna incurreret; quin potius augmentationis lucra, salva æterna mercede, hic etiam in præsenti acquereret. Vir itaque Domini post refectionem ad propriam domum, quæ est in villa, quæ dicitur Oglenda, reversus est. Laonus autem in crastinum uxorem requisivit, si saltem parum vini superesset, ex qua ad virum Dei pro benedictione aliquid mitti valeret: quæ cum praedictum vas diligentius fuisse intuita, reperit nihil diminutionis, verum augmentationis plenitudinem accessisse: quod et viro suo nuntiare studuit. Tunc praedictus Laonus cum oblationibus ex eodem vino benedictionem sancto viro obtulit, et quantum ei Dominus per merita ipsius gratiam reddidisset, indicavit. Quo auditu, vir Domini silentio hoc abscondere adulatioñibus vacuos jussit, dicens: Noli, quæso, meis meritis hoc depudare miraculum, quod pro ergatione pauperum tuu Dominus largitati conferre dignatus est. At contra Laonus hoc pro solo ejus merito factum dicebat, sequi in hac virtute minime fuisse conscientia fatebatur. Orta est inter eos namque mutua humilitatis

D amica contentio: sed omnibus fidelibus liquido patet, quia sancti Sacerdotis merito hoc gestum est ^{ex mss.} miraculum, quia illi toto corde adhaeserat, qui in Cana Galileæ aquam convertit in vinum.

E 25 Bonorum omnium studiis, fraudulentia dolis infestus inimicus, astute obviare satagens, cum viro Dei virtutibus pollere cerrieret, mentemque ejus nullo tentationis instictu, saltem ad modicum, in ullam valeret deceptionis foveam labefactare; cœpit per quos potuit, qui nulla erant rationis auctoritate muniti, viro Dei inquietudinis suscitare molestiam: quatenus, si non supra petram firmiter fundatum domum funditus valeret evertere, hoc solum sibi deputaret lucrum, si vel ad punctum potuisset perturbare. Nam quodam die instigatus facinore cupiditatis quidam rusticus, ^{An isplum?} labulum de sella viri Dei præciliens abstulit, in sinumque projectit. Divina statim ultiō (quaæ ideo præsentibus ueliscitur verberibus, ut a futuris liberet) subsecuta est: quia coaretatus doloribus isdem rusticus, cum veluti ignibus cremeretur, ejulans vociferari cœpit dicens: Subveni mihi, Sancte Ermenlande, quia pro medico, quod a te conatus sum furto auferre, inæstimabiles lu poenas. Et haec dicens, latens fortunæ de sinu in medium projectit: quod in testimonium usque in præsens perseverat, pendens in oratorio beati Apostoli Petri in Oglenda cella, ubi hoc gestum est. Vir vero Domini facinore vinctum oratione solvit, atque eum almentorum satietae reficiens, et ut ne seductoris suasionibus ulterius assensem præberet monens, liberum a se abire permisit.

F 26 Alius rursum fur eodem avaritiae corruptus spiritu, boves, qui onusta lignis plaustra viri Dei usibus devehere soliti erant, furto præripiens abstulit. Vir autem Domini dolo inimici, suorum animalium utilitatibus destitutum se intelligens, damnum quo patienter ferens, ad solita orationis cucurrit arma, et ut sibi prædicta redderentur animalia Dominum deprecatus est. Cujus vis orationis hoc apud Deum obtainere potuit, ut per totam noctem isdem fur in longinquas eos regiones ducere nitens, fatigatus nimia lassitudine, mane ante fores viri Dei eosdem, quos anferre moliebatur, restitueret boves. Vir vero Dei, qui malignus præripere aggressus est, Domino restituente, ovans recipit, et furem blonde aliquens, humanitatis ei gratiam pro furti redditum reatu: præcipue monens ne subditus fraudulentem iniici suasionibus ulterius esset, ne et hic judicis incurret publica, et æternis cremaretur flammis: et sic eum commoneens, liberum permisit abscedere.

G 27 Temporibus sancti viri, erat quidam vir inclytus, nomine Agatheus, duarum urbium, Namnetice scilicet et f. Redonice Comes, locumque g. Episcopatus in prædictis occupans urbibus: Hic Antrensem insulam orationis gratia, et ut cum viro Dei loqueretur, adiit: qui benigne ab eo susceptus est. Oratione vero expleta, eum de suis actibus increpans, sancti-que intruens montis, melioris vita tramitem eum arripare hortabatur. Post verba vero prædicationis, humanitatis ei gratiam exhibens, in refectorium eum secum duxit, calicemque meri ei dari jussit. Qui cum medianam ejus partem bibisset, calicemque Fratri deferenti reddere voluisse, Sacerdos Dei, ut adhuc haberet hortatus est, elevataque rursum dextera, secundo super prædictum calicem signum impressit Crucis. Needum manum retraxerat, et ecce subito calix ita repletus est, ut ubertim exundans ex eo vinum super brachia predicti viri effunderetur. Tunc jam dictus Agatheus indignum se confessione tanti existimans Sacerdotis, citissime ad pedes ejus tremebundus cecidit, postulans eum pro suis intervenire erratibus. Sicque per exterius miraculum ejus, de qua ante infidus dubitabat, cognoscere

*Lmpadem
extinutum
signo Crucis
accendit:*

*locu tuo
incessu ei
oratione
candidior
facit,*

*invitatus ad
men om viri
nobilis,*

*vinum mirifico
aucium fuisse.*

*non nulli
exercitati vult
mentis;*

*imperturbatus
in rebus
ugenatis,*

*furatum rem
suam, et a
Deo punitum,*

*oratione liberat
et cibis reficit.*

*boves furatum,
neq; valeantem
abducere,*

*benigne
monitum
dimitti.*

*Comitem
Agathem
benigne
susciit;*

*mones de
culpis;*

*signo Crucis
vinum in
manu ejus
exudare
facit.*

EX MSS.

emendata:

Agnoscere compulsa est animi sanctitatem. Sed cum ipse vir eo usque incompositis raptaretur moribus, completa est sententia Apostoli in eo dicentis : Signa non fidelibus, sed infidelibus dantur. Patet namque ideo providentia Dei id actum miraculum, ut bruta mens, quae prædicationis igne non calefiebat, vel percussa miraculo, timoris anxietate compelleretur emendationi operam dare. Non ex eo tempore minus crudelis apparuit.

28 Cum quadam tempore isdem Pater utilitatis gratia res monasterii sui circuiret, ad Pauliacum devinuit villam. Et cum cuncta juxta modum utilitatis monasterii sui disposuisset, inclinato die ad Vesperram exercitiis vigiliarum solito se committens, contemplationis ardore divina præmeditans, insomnem ducebat noctem. Cumque diutius in aie contemplatio consistens, cordis oculos ad alta sustolleret; vixit in Aquitanie partibus in cella sua, quae ei per cartarum largitatem tradita fuerat, quae vocatur Creon, ab eo loco octoginta distante millariis, cuiusdam venerabilis monachi animam (qui ejus fuerat eruditio instructus, atque ibi ab eo constitutus, ut ipsum et aliam, quae vocatur Colon, provideret celum) a corpore migrantem, Angelorumque præsidio annam ab Angelis in celum duci.

B subiectam coelestis penetrare. At ipse statim, pulsato signo, ejus obitum Fratres secum habitis nuntiavit, et ut ejus exitum orando Domino commendarent, monuit. Fratres igitur ejus dictis credulissima compleentes, aliqui puerorum virum Domini, longevo iam confectum senio, insaniare deludendo dicebant. Sed ipse adhaerens Domino, eo spiritu, quo patitur animam corporis nexibus resolutione longius videtur, valuit olim puerorum non solum dicta, verum etiam cogitationes penetrans intueri. Nam eorum diffidentiae obvians, certissime affirmabat, predicti Fratris annam rebus humanis solutam, in regno Christi sanctam indepam esse requiem. Quod post multum, predicti Fratris obitum ex eadem cella nuntiantes, verum esse asseveraverunt: et eadem hora eademque temporis articulo eum obiisse dixerunt, quo ejus exitum S. Ermenlandus Fratribus indicaverat.

a Uerius media pars Sextiorum, 12 pars Congit. — b S. Leodegarinus occidit est 2 Octub. anno 683, corpus ad monasterium S. Murentii Pietatis detinutum est anno 688 mense Martio, r Ita MSS. Ignotus pietatis obitum Adalfrando, nisi in Iamblico, de qua in lib. 3. tate agit. — d S. Alauda cultur 17 Novemb. fuit inclyto Episcopus Aurelianensis. — i Constantinus pagus Normannus Occidentaliss late ad circumferentiam distans, et recurrens, enus uel Episcopalis est Constantia. — l Redicuum metropolis Inuanus Armoriorum et lucum ubi Sedra, jam regio Parlamenti decorata. — g Agathius ista a Sammarthone numeratus inter Episcopos Sammarthones, a Claudio Roberto dicitur Episcopus Yorkinus, non conservatus immunitur a Joanni Cheny: et metus, quia in aliquo uero locum Episcopatus occupari, et tamen a dicti non numeratur inter Episcopos Redicuum.

Agathius Comes

Senex majora mentis ardore sun peragit;

secedit ad S. Leodegaris oratorium,

tis injunctæ olim obedientia: dum tenuerat) dans Fratribus licentiam ut Vicarium sibi Patrem, ejus substeruerat loco, ipse deinceps se retrusus: ut ab omni non solum superflua, quin etiam justæ, quantum fragilitas sineret humana, necessitatis curie inquietudine exutus, libere in theoricis Domino soli vacaret studiis. Relicta igitur per Regis licentiam monasterii cura, sine voluntate Fratrum, qui de ejus privatione multo planxerunt tempore, cum quatuor Fratribus idem sicutibus votum in prædicta cella se reclaudens, cœlestibus inserviebat contemplationibus.

30 Fratres autem sibi Abbatem elegerunt, nomine Adalfredium, Regali annuente præcepto: quorum electioni B. Ermenlandus divino cedens judicio interesse noluit. Prædictus igitur Adalfredium, maligno spiritu deceptus, paternitatis jus in crudelitatis convertit tyrannidem: cœpit namque sua fratrumpque necessaria refinquens, superfluis occupari negotiis; et ab intimis justo Dei judicio repulsus, exteriora sola errabundus sectari. Cœpit igitur aulam sibi ædificare, necessariis non contentus domibus; sed protervias fastu tumens, competentem transgredi conatus est mensuram. Quo agnito B. Ermenlandus, cum de suis plurimis enim corriperet erratis, inter cetera dixit: Quid est hoc, Frater, quod negligitis animalium lucis Fratrumpque necessariis, supervacuis occuparis rebus? Numquid tibi Fratribusque dominus ad habitandum sufficienter hic ædificatus noui videntur? Meis per omnia dictis intende: his contentus esto, quia alias in isto non ædificabis loco. Hoc autem vir Domini prophetico afflatus spiritu dicebat, sciens ultionem divinam imminere, quæ ejus iniquitatibus eodem anno terminum imponeret.

31 Sed prædictus Adalfredium mente cœcatus, verba viri contemnitulo sprexit. Crudeliter enim penuria alimentorum Fratres affligens, eis etiam qui cum S. Ermenlando erant, constitutum abstrahi præcepit alimento. Quodam etiam die, cum quædam Fratrem ex eis quos B. Ermenlandus sub aquo discipline moderamine Deo educaverat, scienti ceteros solitus erat, dirissimis iubilis percuti flagellis, unctionibus doloribus is qui cœdebat B. Ermenlandum compellare compulsa est, dicens: Pater Ermenlande, ut quid nos dignatus es viventes et vivens relinquere? Infelix Adalfredium amplius enim torqueri iubens dixit: Non tunc opem defensionis, quem invicas, præbehit Ermenlandus. Et cum tandem affectus plagis, evasisset; agili cursu, ante foras cellæ, ubi vir Domini contemplationi insistebat cœlesti, perveniens, terra cohæreens solo, et ejulans ait: Heu mi Domine F. Ermenlande: quid nostræ iniquitatis reperisti, ut nos sub tanta crudelitatis desereres jugo? Utinam dira mers humanis nos subtraberet rebus, ne tanti tyranni officeremur iudicis. Cœpere etiam, qui cum eo erant viro Domini intimare, quanta Fratres penuria famis afficeret. Tunc ingeniens vir Domini, aii: Silete Fratres, silete: scitote tamen ejus citissime acelerari interitum: nam ejus contumaci vita per unius tribuetur mensis spatium. Quod propheticum dictum spiritu declaratur: nam isdem miser Adalfredium die tertio vidit per visionem, baculo B. Ermenlaudi, se pro perversitate inobedientia sua corripientis, percenti: et exigitans cœpit, veluti ignibus cremaretur, cruciari: et sic aeterna damnatus morte, vitam judicio Dei cum regimine infelix repente amisis: Fratres vero S. Ermenlandi monitu, ejus cadaver sepulture qua erat indigens tradiderunt.

32 Post interitum Adalfredi Abbatis, congregati simul Fratres B. Ermenlandum summissis precibus exoraverunt, dicentes: Preemamur sanctitatem tuam, benignissime Pater, quia nos desolatos relinquere tua præsencia maluisti, ne nos sieuti olim in electione Abbatis aberrare permittas; sed dignum Deo eligere substitutum Abbaten Donatum.

relicta Abbatis cura.

Adalfredium substitutum Abbatem,

superbe agnitem.

monachum ab hoc dire flagellatum,

ad se ventilen tem solatur:

ejus interium predicit,

el muere morium iude si honeste sepeliri e

A elige nobis a Pastorem, qui juxta tuum exemplum viam Domini nos docere queat. Flexus itaque pre-cibus eorum, jussit accersiri unum e Fratribus, quem ipse divinis disciplinis instruens enutrierat in bonis actibus, nomine Donatum: quem cum voluntate omnium Abbatem ordinans, Fratribusque præponens, edocuit quemadmodum in spirituibus temporalibusque rebus ministrandis se sollicitum exhiberet ac promptum. At ipse Magistri sequens monita, juvamine Christi fretus, Magistrique intercessione fultus, plenus humilitatis caritatisque gratia, monasterium cunctis diebus vita sua laudabiliter rexit. Sed ejus hoc obtinuit merito, cuius prælatus est electione.

*post plurima
paterna mi-
racula*

33 Hactenus de vita Justi, plurimis prætermisis, paucis commemoratis, virtutes quas per eum Dominus operari dignatus est scribendo digessimus. Nunc de ejus obitu, quo regni coelestis aditum penetravit, scribere aggrediar. Igitur postquam plurimos a prævitibus suis ad fidem Christi converti fecit, postquam in cella multis diebus reclausus, Domino soli vacans, orationibus suis multis ægrotis, ad ejus sanctitatis famam undique confluentibus, pristinam reddit sanitatem; cum jam laudabilibus ejus senectus tanta eniteret virtutum gratia, ut nihil et perfectio-

*senes prædicu-
obitus sui
diem:*

33 addi posse crederetur, propheticus spiritu, quo multa futura providere solitus erat, suum etiam sacram prænoscens obitum, nonnullis ante diebus Fratribus sue transmigrationis certum prædixit diem Fratres de ejus propria frequentius experti, servi Dei dictis certam adhibuerunt fidem, et eo die quo dissolutionem sui prædixerat corporis, iu unum collecti, ejus exoraverunt sanctitatem, ut sicuti in terris eorum fuerat Magister justitiae, ita in celis dignaretur esse perpetuus intercessiois Patronus. Qui cum omnes viritim, ut in sancto perseverarent proposito, moneret, Corporis semet Dominici Sanguinisque sacramento muniens, longevitatem senectutis defossus, membrorum compage protensa, spiritum Domino emittens commendavit; et sic discipulis fletibus, Angelis cum Virginum chorus (in quorum collegio mente Virgo et corpore permanit) decantibus, ketus, aesi sopore dormiens, inter orationis beatissimus Christi Confessor in medio Fratrum exanimè corpus linquens, tam a dolore mortis illæsus quam fuerat a contagio libidinis alienus, migravit ad Christum, cum quo perpetua coronatus gloria exulta in secula seculorum. Amen.

*sepelitur in
basilica
S. Pauli,
clarer mira-
culis:*

34 Completo itaque reverenter a Fratribus sancti viri funere, sancta ejus membra, in basilica S. Pauli Apostoli juxta oratorium S. Wandregisili in absida meridiana, debito cum honore tradiderunt sepulturæ. Dominus namque, ut ostenderet quanta sure dilectionis in B. Ermenlando ficerit gratia, multarum diversarumque ægritudinum et tabe laborantibus salutis medielam operari dignatus est ad seplexum ejus.

*ob reuelatio-
nen*

35 Postquam vero ibi per plurimos virtutum signis resulsi annos, vox quedam nocte facta est, ad venerabilem Sadrevertum ejusdem monasterii monachum: dicens: Perge cum surrexeris crastina die et dic tuo Abhati, ut transferat corpus B. Ermenlandi Confessoris de oratorio S. Wandregisili in basilicam B. Petri Apostoli, huncque ibi eum secus altare recondat. Pater vero ejusdem monasterii hujuscemodi nuntium a viro, quem pro sanctitatis merito nimio diligebat amore, audiens: nimio repletus gudio, cum hymnorum laudibus membra beatissimi Confessoris cum tumulo, in quo jacebat elevans, cum Fratribus deferabat quo sibi fuerat imperatum. Præcedentibus igitur cum thribulis et lampadibus psalmentum chorus, gyrabat claustra monasterii, cum pretioso quem deferabat thesauro. Cumque ante

ostium pervenissent refectorii, ferculum acsi immensis oneraretur saxonum molibus, in quo corpus beatissimi Confessoris deferebatur, inter manus portitorum coepit gravari: ut terratenus depresso, non solum ab illis, verum neque ab omnibus, qui circumqua comitabantur, posset levare. Tunc in admirationem stuporis omnes conversi, quid hoc facto beatus Confessor ostendere vellet corpore conquirere, orantes Dominum ne diutius illius differetur ad preparatum locum translatio. Oratione completa venerabilis David Abba dixit: Quia jam Missarum est completum officium, arbitror beatissimum Patrem Ermenlandum, solite pietatis prospectu, nos in refectorium ingredi velle, quatenus pro labore sua devectionis, veneracioneque sue sanctitatis, singulos pulcri bibamus calices. Quod cum factum esset, manibusque attractare sarcophagum coepissent, omni gravitudine deposita ponderis, tanta velocitate elevantes, in basilicam beati Petri Apostoli deferunt, ut numquam antea a paucis cum tam parvo portaretur labore.

36 Sed cum omnium monachorum devota fraternitas solenni rite sancta levaverent membra tradenda sepulture, et amore gestandi onus leve sentirent, ad locum destinatum pervenient: ibique juxta revelationem divinitus factam, hymnorum cum laudibus sanctum condidere corpus. Cujus solenne pignus basilica insula Autrensis, B. Apostoli Petri in honore sacrata, amplecti prouenerunt. Res mira post depositionem sanctorum membrorum in urnam, artificum diligentia ad hoc ipsum preparatam, in die tertio ibidem claruit. Tanta namque omnium aromatum fragantia, miri odoris nectar exuberans, ex sepulcro ejusdem sancti Confessoris emanavit, ut tota eadem odore primum respergeretur basilica, ac item omne monasterium ita replevit, ut omnes illius incolae loci ex eo referti, usque in diem octavum continuis perseverarent horis, nem omnes qui illuc tunc interfuerunt, qui luce adhuc inturunt data mortalibus, testantur nusquam tantæ dulcedinis ac suavitatis odorem olfactu capere potuisse suo.

*a De substituendo puit obitum ejus aliquo ex Fontanellensis
monachis. Abate supra eginus. — In MS. nostrum, limore. — c
Idem, in litteritate.*

CAPUT VI.

Varia post obitum patrata miracula.

Epilogus.

Spulto igitur B. Ermenlandi corpore in oratorio sancti Apostoli Petri, quod ipse construxerat, multis demum usque nunc, quoties filii exigit petentium, virtutum cornuciat miraculis: de quibus aliqua, sicuti relatione seniorum agnoi, mihi huic paginae inserenda esse ratum videtur. Quidam puer claudus, Demons nomine, cum officio curvisset pedum, ita ut manibus, quia pedibus nequivat, repereret; sanctissimi Confessoris expetens tumulum, ut sui misereretur exoravit. Quis precibus multiplicibus fusa oratione, solotenus inherens pavimento, respectu divino per meritum Sancti Confessoris incolumentem pristini status recipere meruit. Et sic de recepta exultans sospitate, videntibus cunctis, sanus et incolmis ad propria remeavit.

38 Alius quidam nihilominus claudus, nomine Flodulfus, a beato Apostolo Petro per visum Romæ est admonitus, ut insulam Antrensem, tribus u Nannetensi urbe distante millibus, perquireret, ubi corpus beati Confessoris Ermenlandi conditum erat: quatenus ad ejus sepulcrum sanitatem per ejus recuperet intercessionem. At ipse ab beatissimi Confessoris reliquias transvectus præsidio, sicuti admonitus fuit, memoriam veniens, pro restituendo corporis sui officio, coepit assidua frequentatione sanctis ejus

D
excess
dicitum
ante oium
refectori
non potest
noveri:

hausto potu,
facile move-
tur.

depositum in
basilica
S. Petri.
E

savastimo
odore replet
basilicam et
monasterium
per octo dies.

sanctum ad
et tumulum
claudus,

Item aliud
claudus Romæ
a S. Petru
admonitus.

EX MSS.

A se inferre luminibus. Non multo post, beato intercedente Confessore, ita sanatus est, ut nihil corporeæ sanitatis ei videretur deesse : Et sic propriis subito gressibus exiliens, revertebatur a sancti Confessoris tumulo, qui saepe illuc alienis fuerat manibus deportatus. Quod ideo illuc etiam a beato Apostolo missum arbitramur, ut longe lateque claresceret, quantum pro merito sanitatis intercessio sancti Confessoris apud Conditorum omnium, debilium sanitates imperrando, valeret.

surdus et
mutus a
nativitate e.

39 Fuit etiam quidam surdus et mutus, nomine a Batianus, qui a nativitate funditus carnerat lingua & auriumque officio : sed cum ulimonium publica mendicitate, qua sustentaretur, per diversa quæreret loca, contigit ut ad monasterium sanctissimi Confessoris deveniret. Qui cum more sedito a quadam monacho, qui supervenientem suscipiebat peregrinos, ad memoriam beati Confessoris fuisse deductus, linguaque ejus finisset ingressus, et orationem pro salvazione sua, quia lingua non poterat, s. lo, quo sensu vigebat, funderet corde; precibus beati Confessoris lingua soluta auribus apertis, statim et loqui meruit et auditum recipere. Multum mutaque hujus viri meritum apud omnipotentem Dominum valere dubitum non est, enijs preciosus gestum constat, ut factura, que ex duorum sensuum privatione imperfecta manserat, pietate Creatoris ad plenum usque formaretur statum.

40 Quidam homo cupiditatis poste corruptus, nomine b Eurefredus, ex rebus sancti Confessoris in pago Oxonensi villam, que vocatur Crauna, obstrahere nivis est : sed mox a S. Albino Confessore in somnis corruptus, huiusmodi excommunicationis ab eo accepit sententiam, ut nihil eibi potusque perciperet, donec res, quas B. Ermenlandi auferre molehabatur, ad ejus sepulcrum veniens cum satisfactione redderet. At illo expurgatio sententiam sua correctionis pavida recedens, illocescente die equum ascendit, et sic eorum ad villam ejusdem monasterii, quae Cludion dicitur, usque pervenit. Reporto quoque ibi ipsius monasterii monacho, nomine Odramio, caussum ei sua peccationis protinus indicans, petiti, ut usque ad tumulum beati Confessoris cum comitari dignaretur. Qui, cum suis preciis ab eo promissis excommunicatis accepisset, sicutus nihilominus ab ipso, aliquid eidi potusque sicut re comatus est : sed cum patrem in us moreret, nullo qualibet glutinare valent modo, quam etiam cum sanguine, quem temere presupposuerat, coram omnibus evocavit eum. Tunc itinere cepto agiliter ad monasterium cum profecto vent monachus, moxque sepulcrum B. Ermenlandi, ut remedium sibi impetraret, adiit. Qui cum se ibi orationi dedisset, villam quam tulerat reddidit, et ut sanitatem recuperare mereretur, de frumentis praedisiisque suis ejus obtinavit monasterium. Cumque publice satisfacções facinus sui opus publicasset, penitendum admissi gessos facinoris, et sic ibi potu ciborum refectus, ad propriam est domum precibus beati Confessoris regressus incolumis.

volenti oce-
pare villam,
S. Ermenlandi,adempta cibi
suntem illi
fuerat
redditurad horulum
ejus etpunitus ob
Pascha morta-
tum,liberatur
partim apud
S. Martinum,

C Hactenus Robertus, de Monte vulgo cognomens, ipso illo pene, quo Richardus est occisus, uno scriptoriem suum finiens, utpote in anno MCLXXX desinente: eni ante annis præcedentibus Pascha martyrum ille pusillus probetur inferius ex supprias ævi scriptore Rigordu: quod confirmatur ex Gulielmo Armorico in gestis Philippi Augusti Regis Francorum ad annum illius primum sic loquente: In diebus illis S. Richardus a Judæis crucifixus fuit, et martyrum passus: cuius corpus responscit in ecclesia S. Innocentii Parisis, in loco qui Campellus dicitur, et fuit ibi per orationes ejus miraculia usque in hodiernum diem. Id est post annum MCLXXIX, in quo historiam suum concludit ipse Regis prædicti Capellanus, et ueracissimum annuntiat ac pene dierum supputator. Habetus igitur testibus pene oculutum annum, secundum Francos ejus temporis MCLXXXIII existentem, secundum hodiernum moventem nostrum MCLXXIX a Kalendis Januarii inchoatum. Habetus locum passionis Pontisoram, cultus vero Parisis urbem regiam. Madum carnificinae ex Martyrologio Gallicano Saussa possumus attestare, nisi hic acceptisset ex Roberto Gaguino, Mistrorum Generale Ordinis Sanctissimæ Trinitatis de redemptione captivorum; qui tractatius hoc de re vulgarit et populo Parisis inscripsit anno MCCCCXVIII XVII Kal. Octobris. Hunc tractatum, et antiquissimam impressionis libro bibliotheca nostra Claromontana Parisis, eruditissimus noster Gabriel Cossorius curavit transcribendum, prout illum hoc editus, simulque lectorem admoneamus, andaguis Rigordi mos citandi verba persuasiva eudem Gaguino fuisse, quod Parisis occisus esset S. Richardus.

D Extat etiam nunc Parisis justo Crucem commemori supra dicti tumuli elevata seu grandis lapis, sub quo sacerdotum corpus humatum fuisse vulgaris habet opinionem, sicut nos docuit Philipus Labbe, rogatus investigatore qualis etiamnum istie Beati hujus cultus ac memoria

superesset. Quod ontem hodie nomen habet locus traxit a Dvicio S. Innocentii seu potius S. Innocentis vel SS. Innocentum templa, in quo ex felio Betlemencorum parvulorum numero notabiles asservantur Reliquie; primum crux unius integrum cum carne et ossibus, longum dimidio pede, quod Angeli argentei manibus sustentant asservatur: deinde alterius corpusculum similius integrum, sedad unius pedis brevitatem contractum, granulique inclusum crystallo; ex cuius una parte S. Caroli Magno ex altera S. Ludovici Regis spectantur imagines: ante ipsam vero Reliquiam in crystallum iustum rasis basi, cui ipsi plures ejusmodi Innocentum costar, sunt inclusi, Ludovici XI, qui anno MCCCCXI regnare caput, utque manus ejus effigies exprimitur gennflexæ. Namobrem concessus loco a Summis Pontificibus Indulgentias Malungenses præcitatius proferit.

E Ceterum e cœmertiō in templum translatum fuisse corpus sanctum, postquam capit miraculis clauso, videntur indicare auctores præcito, quando dueant illud in ecclesia quiescere: nisi ampliandam aliquis putet hujus locutionis significationem: de qua cum alterius nihil cert. habeamus, potius videamus qui ratione justus vindicet in totam nationem extenderit prenam, infinitus Judæorum flagitiis debitam. Trocarit argumentum istud amplissime Rigordus, Philippus Augusti chronographus, ea scribens que propriis oculis vidit, aut ab aliis diligenter exquisivit, ut profitetur in prologo ad ejusdem Regis gesta, decrevio, ut sit, elaborata, et tandem ad precios venerabilis Hugonis S. Denysii Abbatis, cui ista familiariter reveraverat, et ad istius instantiam in lucem protulit: ut impossibile sit Hagonem istum, anno MCCCCXV unanimi electione creatum, intra annum MCLXXVI tres habuisse successores, ut volant Sanuarthani; quandomidem ad unum istius seculi XXVIII, producatur historia ipsius ergatu in lucem data, in qua de Martyrio, quod præ monibus habemus, sic loquitur Rigordus, post narratam predictis Regis coronationem, Remis coram patre anno MCLXXIX in festo Sanctorum omnium factum, cum annum XV etatis Rex juvenis ageret.

F Revolutus autem quam patuerat diebus, ex quo novus Rex post sacram inunctionem Parisius reddit; opus quod longi tempore mente agitaverat, sed proximia reverentia, quam Christianissimo patri suo exhibebat, perficere formidabat, aggressus est. Audierat enim multoties a Principibus, qui cum ipso pariter in palatio fuerint nutriti, et hoc sine oblitione memoriam commendaverat, quod Judæi qui Parisius manebant, singulis annis Christianum unum in opprobrium Christianæ religionis, quasi pro sacrificio, in cryptis subterraneis latentes, in die eius vel in illa siera hebdomada pernocta jugulabant. Et in hujusundi nequit diabolus fraudis diu persistentes, tempore patris sui multoties deprehensi fuerant et igitur consumpti S. Richardus, cuius corpus requiescit in ecclesia S. Innocentii in Campellis Parisis, sic interfactus a Judæis et crucifixus feliciter per martyrum migravit ad Dominum: ubi ad honorem Domini per preces et intercessiones S. Richardi, multa miracula ipso Domino operante facta fuisse audiimus. Et quia Christianissimus Rex Philippus diligentissime inquisitione a majoribus haec et alia quoniamplurima de Judæis plenius dilicerat; ideo zelo bei inflammatus ad mandatum ipsius eidem anno, quo Remis sacra regni Francorum suscepit gubernacula, XVI Kalendas Martii in Sabbato, capti sunt Judæi per totum Franciam in Synagogis suis. Et tunc expoliati sunt auro et argento et vestibus, sicut et ipsi Judæi in exitu de Ægypto Ægyptios spoliaverant.

G Anno deinde MCLXXI alias atque alias contra eosdem Judæos accusantes suscipiens idem Rex (quas prædictus Rigordus fuisse præsequitur, et iam prudem ad patrem Regis scribens) Petrus Cluniacensis pathetice exposito, posuerat

xii seculo
rurum inva-
tecent;

et variis
pueros ibi
aque in
Anglia
maculant;

in quibus S.
Richardus

Actus Pon-
tis.

Acta & descrip-
ta legumino.

Ex actis. In-
venientur
ex circum-
scripto

Rex Philippus
(vel Rigordus
testatur)

hoc atque
Judæorum
sceleribus
commotus,

eos bunt
primum
spatulari
præcepit,

deinde b
corum debili
Christianos
abstulit,

A posuerat) consuluit quendam eremitam, nomine Bernardum, virum sanctum et religiosum, qui eo tempore in nemore Vicenarum degebat, quid factus ipius esset. De consilio ejus relaxavit omnes Christianos de regno suo a debitis Iudeis, quinta parte totius summae sibi retenta. *Nec id tantum; sed anno Dominice Incarnationis MCLXXXI exiit dictum ac denique e regno expulit:*

D Etenim ignotum Saussayo æque ne nobis fuisse ecclesiam, in qua venerabile pignus usque ad inducti schismatis tempora Augli servavisse, plane existimamus; nec non ipsum passiuus a B. Richardo tollerata diem, ab eo pro arbitrio electum: cum Pascha anni MCLXXXIX in ipsius Kalendas Aprilis incidere. Nam nulla aut isto aut alio die superest B. Richardi memoria: tantum pars aliqua reverendi crant, exhumato ab Anglis corpore celcis non prouersus spolianda tradita et argenteo capiti inclusa, tunc et alias ad plebis devotæ osculum exposita manet: reliquo omni cultu oblitiori tradito per absentiam corporis.

*sola parte
capitis Parilia
relicta.*

PASSIO

S. Richardi Martyris.

Devotis Christo Parisiorum incolis Frater Robertus Gaguinus, Ordinis sanctae Trinitatis et Captivorum Minister generalis. Salutem.

Rogatus tradere litteris rem supra tercentum et quindecim annos gestam, vereor minus fidei idcirco me habiturum, quod ea, cum pervetus sit, nulla haec tenus Latina oratione illustrata reperitur: negligenter videlicet inter Francos annales, et nondum satis vulgata Christiane fidei cultoribus: tamquam parvi illam fererint majores nostri, quam nunc Ecclesiis celebrandam ausim offerre. Sed in recognoscendis veterum historiis illud plenius accidit, quod in recensendis epibus divites solent experiri. His enim inter confertissimas opes aliquid oblitum nonnunquam se offert, quod repertum delectet, mireturque opulentis longo se tempore neglexisse, quod pretiosum habebat. Jacuit profecto diu velut opertum negligenter caligine, quod nunc in lucem propalatum esse fidelissimus quisque gratuletur; vitam dico et acerbum S. Ricardi passionem, quam ab impia Iudeorum gente pro Christi religione apud Parisius aquanimititer constanterque toleravit. Cujus memoriam præterire, aut in abscondio supprimere nupium existimo; persertim in ea urbe, ubi et natus est, et martyrii triomphus gloriösus. Celebrat enim Romanus Quintum illum et Regulum, eives suos, qui se Reipubblica gratia morti addixerunt: et landi cuique civitati datur, dignos veneratione conterraneos habere, quamquam eorum recordatio fragilis sit, et cum tempore desitura. Impugne ergo assurgat civi suo Martysi plebs Parisina, quem ex veteri gestis apprime venerabilem integra fide referimus, ejus beneficiis apud hunc juvari misericordia nostra possit, quem non peritura, sed indecens gloria decorat in cœlis. Si enim ab exteris patrociniis orantes expectamus; cur non speremus ab eo subsidium, quem in solo nostro natum, et fortissimum civem educatum suis e cognoscimus?

*Epistola
auctoris ad
Parisinos,*

F 2 Iudea gens, post conditum et tandem a Romaniis diruptam Hierusalem, cum bella longasque captivitates a finitimis populis pertulisset, plerique ex eis natione extorti facti, per omnem fero terram diversis locis servitutem perpessi sunt. Quo memorabili Dei decreto constat eos, sedibus suis amisisse, ad Gallias venisse, et apud Lutetiam antiquam Parisiorum urbem tributarias seles impetrassse: donec [regnare cupit] Philippus Augustus Francorum Rex, [coius] tertio a suscepto Diadema anno suis fortunis spoliati a Francorum imperio proscripti sunt. Quod licet ob perpetuum odium, quod adversus Christicolas perfidus populus gerebat, existimari factum inerito possit; attollit tamen singularem relegationem caussam ejus gentis execrabilis scelus, præter alia incommoda quo quotidianum avaras gentis foenus incolis importabat. Namque tantum sibi divitiarum

*Iudei Par-
tenses*

*sterue que
deprehensor
in simili
dilecto:*

1. *Siquidem revolutis aliquot mensibus (post natum Domini anno sexagesima apud statuim Eblaudi celebratum) ejusdem anni, mox Franco usque ad Pascha protracti, xv Kalendas Aprilis, Philippus Rex existens apud S. Germanum de Laia, audiit enjundam Christiani morte ignominiosa Iudeis perpetrata, fidei et religioni Christianae compatisca, subito, nescientibus suis familiaribus quo pergebat, iter arripuit; et gressu velocissimo ad castrum quod Braiam vorant (in Campania seductus Sequanum fluvium, Gallo-Hercole leviter quinducem ab urbe Parisina, a Sancto Germano autem fere viginti distans; cum alterum rupudem novum in Picardia ad Samonam duplo distet intervallo) Beriam, impetu, velociter venit, positis in portis ipsius castri ostiolum: et comprehensis Iudeis detingit et eo amplius, fecit comburi. Commissa enim ipsius castri, magnis Iudeorum numeribus corrupta, trahiderat et quendam Christianum, cui falso imponerant furtum et homicidium. Quem Iudei antipoculio emmoto, manibus a tergo ligatis, spinis coronatum, per totam villam fustigantes ducerunt, et postea patibulo suspenderunt: cum ipso tempore Dominicæ Passionis dicentes: Nobis non licet interficere quicquam.*

9 His de gestis prius admirabile est, Regem at tam laudatus invitus invanum, avaritiam et adulatorum suum subiungens eo potuisse adduci, ut anno sexagesima mensa Julio, contra omnium hominum opinionem suumque ipsius edictum, Iudeos Parisius reduceret, et Ecclesiastis Dei graviter persecuteretur, Cujus utrinque criminis quos penas dederit, Rigordus prosequetur. Reductis autem isto modo Iudeis eorumque posteris parvou minima fuit miruorum frequentia, qua sumus ipsius facinus dimittit exprobabant, et apud Claudium Malmyram in Antiquitatibus Parisius describuntur, verbi ex Roberto Guignano mutuatis, quibus sumus ad Parisinos epistolam huius conccludit num. 8, quæcumque eadem fere transcribit Saussarus, continuo sancti corporis avocationem, factam antequam Angli Parisius ejercerentur anno MCCCCXXVII, III Aprilis.

10 Quibus ident Saussarus in suo Galliano Martyrologio, probabili fætus conjectura quæcumque alius testimonio fide, rufefat addidisse, quod in Angliam S. Richardus translatus ibidem signis divinis radiavit; donec tandem ab hereticis, in hac insula tremendo Dei iudicio prevalenteribus, cum ceteris Beatorum pignoribus existum, novam ab infida gente persecutionem sustinuit, ex qua novam etiam retaliit victoriae coronam.

*Christianis
immodico
fatore grates,*

*pallit tamen
eos reveri
fa fa.*

11 *Quibus ident Saussarus in suo Galliano Martyrologio, probabili fætus conjectura quæcumque alius testimonio fide, rufefat addidisse, quod in Angliam S. Richardus translatus ibidem signis divinis radiavit;*

*Angli corpus
B. Richardi
auferunt,*

A divitiarum cumulaverant feneratores, ut bona civitatis pars eis obserata serviret. Serviebatur nempe illis a leví maxime plebiula Christianorum, quam domi præter Ecclesiasticas Iges non secus ac suæ sectæ domesticos alebat. Et quos nobiles homines nunc fœnori obnoxios, paupere• que efficerant, ii apud se instar captivorum asservabantur. Rati id ex Moysi sanctionibus sibi licere: qui eos in sui generis proximos tantum usuram exercere prohibuit.

*et religioni
abu sacro.
rum vasorum
injurii.*

*et Christianum
bnu
soliti quoniam i
madrare,
Math 10 7*

Ib 23 34

*Richardum
puerū eorū
prophetaū.*

*animum
magnum.*

Ib 10 13

existimat divina miracula, quæ vel inter tormenta et cruciatos Christi discipuli operati sunt, vel quæ diuinam Sanctorum oratione patruntur. Dilexit, inquit Psaltes David, maledictionem, et veniet ei: et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo. Ad hunc modum hallucinatus Judæus, persecutus est Ricardum, hominem inopem; et cumpunctum corde mortificavit quæ in cœlis vivificantur prænoverat Deus.

D
AUST. ROB
GAGLINO
Is 108 8

*conspicuum,
Psal 108 22*

Mat 10, 28

Luc 6, 22

E

6 Igitur a Cruce pendens beatus Martyr illud Davidicum frequentius emittebat: Libera me Domine, quia egenus et pauper sum ego, et vor meum contrabatum est intra me. Ridebat et illudebat Judæus hoc audiens, et certatio quisque eo obsequiorem Deo se esse arbitrabatur, quanto in illum viliora probra et duriores tortures infligebat. At perseverabat fidelis Ricardus memor doctrinæ Christi, dicentis: Nolite timere eos, qui corpus occidunt: et ultra non habent quid faciant. Et iterum: Beati eritis cum vos oderint homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete et exultate in illa die: ecce enim merces vestra copiosa est in cœlis. Tandem siquilem iofelix illa Judaorum turba Ricardum nunc mal-dictis nunc stimulis agitabat, donec exanguis spiritum feliciter efflavit. Felix profecto, qui pro fide Christi torqueri et brevi afflictione macerari dignus, vitam promeruit semper manu.

quo Parisius
comperio,

7 Tam atrox et detestabile flagitium cum superiori tempore Judæi sæpe commisissent: pueri qui in palatio educati fuerant, freti consueludine Philippi, invicem cum ipso Philippo confabulantes, hunc ipsum gentis morem narraverunt. Ob quod irmane faciens licet Judæi penas delissent, aliquot ex illis morte affectis; permacit tamen malitia in hunc beatum puerum Ricardum sæverunt. Quo dico illorum male factum est, nt que sit diu a propinquis Ricardo, Judæi in suspicionem venerint consuevo tyramidis. Porro inventum sancti pueri exanime corpus, in Divi Innocentis coemeterio, quod in Campellis Deo Parisiis dicatum est, sepelitur, adiecto lapideo monumento: ubi plerique morbis et maxime febribus extenuati, S. Ricardi (ut credere fas est) patrocinio sanitatem accepisse referuntur. Non enim dubium esse debet, cum a Domino exauditus esse, qui nomen Jesu eorum hominibus atque inter tormenta confessus, in mortem immoventis traditus est.

*ex Bonardi
Anachoretæ
ouatio,*

8 Qui vero Parisiis quippe toto regno Judæi incolebant, iussi sunt auctore Philippo fortunis omnibus ad ius Kalendas Martias militari. Sed prius quam regno prosciberentur, Philippus Bernardum monachoretam convenit, qui in Saltu Vicennaria solitarius degebat, homo opiniois honeste, et non fieri sanctitatis: a quo in eum quod de Judæis conceperat animo Rex confirmatus edicit, Judæos omnes pridie Divi Joannis Baptiste Franciam relinqere, et quo sois dimeret, proficiere. In qua re linea exultationis causa Francis allata est: una quod beati Martyris Ricardi mors pro Christi nomine suscepta, fideles revelante Deo non latuit; sed exhibita in lucem, credentibus materiali Deum laudanti prebet, a quo justorum labores ineffabili mercede compensantur: altera quod Judæorum filii laeti suspectissimique contubernio Francia liberata est, qui filii Christino odio et sacerdotum invidia per securis pressuram bonos malosque vexabant. Est enim Parisiis inter fastos dies lux illa perpetuo memorabilis, qua civitas coram Lutetia in libertatem de Anglorum tyrannide se vindicavit. Non sit ergo minor letitia causa, dum sanctæ Religionis persecutor et blasphemator Judæus a Francorum constitutio factus est alienus, ne ab illo populus, Christo erodus et innocentem vivens, seducatur. Iniquorum siquidem contubernio boni nonnquam depravantur, et justus

*cellent
toto regno
Indæ.*

AUCT. ROB.
GAGUINO
Ecccl. 13, 1

Atus communione scelerorum justitia cedit, juxta Sapientis sententiam: Qui tetigerit pieam inquinabatur ab ea. Gratias igitur Deo, et Glorioso Regi Philippo Augusto referamus, quod maleficam gentem a nostro consortio proscriptis: ne contaminaretur fidelis Christianus: sed in Dei laude devotus liberque permaneat, et eum benedicat, qui in Sanctis suis gloriosus est, et praedicatur, reguans per secula seculorum.

Martyris
corpus
miracula
clerorum,

9 Ceterum ut gratia sanitatum, qua beatus Martyr clarus est, fide non carat; multi processere extantque testes, quos a morbis, quibus afficiebantur, S. Ricardi imploratione sanatos fuisse accepimus. Gravi etenim febre volut igni astinantes ad venerabiles Martyris Reliquias festinabant, postulabantque vianno sili vel aquam ministri, qua pars aliqua feret, ubi sanctum ejus caput in Divi Innocentis templo repositum colitur, finisset abluta: quem huiusmodi cibentes, sepulcro inox se insternabant,

in quo fuerat beatus Marfyr humatus. Nec vanafide domum inde revertebantur incolumes. Ejus miraculi beneficium expertus est Guillelmus Bosseterius, patremque gratiam Margarita Marei Tugieti filia cognovit. Simili præterea patrocinio Philippi de Dubes uxori salutem est consecuta. Addunt ad haec testimoniorum non medicam firmatatem plerique seniores, atque in primis Joannes Regnaldus, Joannes du Carfour, et Guerinus Jouen, perhibentes quamplurimos (dum Francorum Principatum armis usurparunt) Anglos hoc febrigem auctu et contagio fuisse frequenter vexatos, restitutosque sauitati. Quo sane miraculo adducti Angli: Beati Martyris corpus de tumulo effosum, in Angliam transtulerunt. Speret igitur nec dubitet iegrotus, et patrocinium imploret tam benefici Salvatoris, cuius opem sibi non negari confidat, si constanti fide B. Ricardi suffragium effligat.

in Angliam
transferitur.

MS. loca.
E

ubi officio
ecclesiastico
Beatus collitur.

D. P.

DE B. THOMASSO EREMITA ORD. CAMALDULENSIS, APUD COLLEM STAČCIARUM IN UMBRIA.

AN.
MCCCXXVII.
XII MARD.

Miracula
antiqua,

Ecclesiopi
Eugubini
opera,

Card. Bichini
rogatu
descripta

Altera uinc vice in hoc tertio tomo commemo-
randu nobis rent Eminentissimi Antonii Car-
dinis Burchi, ad opus nostrum suo favore
promovendum, propensu singulari. Hanc
enim experiendo haberemus cognitionem, natum autem
in Urbinate Ducatu alium neminem per quem possemus
nunciscere monumenta antiqua, qualia etiamnum de B.
Tomasso reperienda Razzus nobis persenserunt, litteras
ad eum, Iustitiae Legatione in predicto Ducato fun-
gente, dedimus: quibus ille acceptis, velut si brue-
cann accepisset enim facere rogabatur, incredibili ab-
errante effectum dedit, quod factum se libens recepe-
rat et anno MDCCLXV, XII die Iulii misit, que ad illius
natum collegaverat D. Alexander Sperellus Episcopus
Eugubinus, vir (ut cum ex merito describit præfatus
Cardinalis) tum eminens litterarum scientia tum
innocentissimus moribus spectatissimus, eoque apud
omnes venerationis summa, ut qui in desponsando
pastorali numero et præclaris scriptis Ecclesiam
Dei loquendo, B. Petri Damiani annulator existat. *Huc autem monumenta, inquit idem Eminentis-
simus Putrus noster, pergratuum nobis fuerit, quanto
eiusmodi reddi, ut labores vestros eisdem decolorare va-
leatis, et propter diligentiam nostram spes milii
crescat operam meam saepius vestris utilius accom-
modandi.*

B2 Nostrum est, Eminentissime Princeps, nutus
præstolari et venerari Tuos: vestre autem laudi futum
indscribere, quod nobis agnoscamus non convenire, nisi
quatenus impensa nobis opera potest redimulare in Sanc-
tos: quorum quanto est super mortales omnes felicitas
major, ita mundanus quantuscumque fastigii eminenter
dignitas, et quo libentius us Purpuræ tue nectocitatem
accummodat, ex ipsum redditis fulgurarem gratioemque
etiam supernorum uendis. Tui autem istu tua puerula
de hoc opere judicia merito pudor noster profere in me-
dium formidaret, nisi riduenda suaderet exempli utili-
tus, ratiuni utique apud alios, qui pars ex subjectis
sibi ducesibus submittantur documenta poterant. quis
enim demeeps recusat venire in partem laboris ejus,
qui tantus Princeps, tum gravioris universalis Ecclesie
imploratus curis, adeo prompte et sedulo manus admodum
adjutivus. Sed et hoc Beati hujus honoris accedit, quod
miracula ejus latentia hactenus in retusis membranis,
nec nisi cursim in Italico Ruzzo testu debito, Tibi
fuerint reservata, quibus in locum edendis etiam apud
Posteros immortalem rediles legationis tue memoriam
mutul et ipsum Beatum, um Umbrix notum dimitaxat,

toti uobis proponeres cognoscendum eo tempore, quo
Arcuandas tuas ter Optimus Maximus nominatus notis
pro sua supremâ auctoritate feliciter auget Sanctorum
catalogum; paulo post (quod nunc beata ejus morte
factum confidimus) corundem numerum uelutum in
celo.

C3 Ad cultum ipsius Beati quod obtinet, is est tota illa
ditione notissimus, et propter frequentissima que ab eo
confrauentur, potissimum henni laborantibus, beneficia
curatissima ordinem naturalem transcendentis, adeo cele-
bre ejus nomen erudit, ut hinc uni debeat omnem suam
nobilitatem locum, qui corporis ossu pretiosa asserat, in
caenobio Minorum Conventualium S. Francisci. Qui
Fratres ut cum ibi possent Officio ecclesiastico reverori,
anuntit Clemens viii Pontifex, ut ex libris sacrae Ri-
tuorum Congregatissimus docet Philippus Ferrarinus in suo
Catalogo Generali Sanctorum, qui in Romano Marty-
rologio non sunt, postquam ad hunc xxv Marti sic de
eo scripti: Costaciarium in Umbria B. Thomassi Ere-
mitae Ordinis Camaldulensis. Camaldulensem certe
habitu prius invenit, et huius Ordinis eremitarum
congregationi Montis coronæ adjuncti, vel ipsam tenent e-
rum, quam in Monte curva sua ascens Tomassus et morte
conservavit, vel saltem ultiam trans rivulum ei vicinum,
que utraque sub appellatione S. Hieronymi inscribitur F
tabulis, sed posterior cum addito San. Girolamo dell
Camaldoli abest autem utraque termini quaternise
passum millibus Costaciarium: ita namque vulgo di-
citur oppidum, quod, ex intervallo sex septem milio-
num versus Occasum Eugubinam respiciens urbem,
antiquum et integrum nomine atque in his monimentis
aliquid in usurpatu, Collis stuciarium, id est, vibratori-
bus dicitur, incerta uinculacionis causa, et in parti-
tione Conventuum Ordinis S. Francisci sub anno a
socie a Bartholomeo Pisano conscripta, relativa a
calce Epitonis Waldungianæ per Fraue. Aroldum,
Collectaciendum.

D4 Quanto autem Franciscanorum ea loci colonia ant-
iquior sit, quam descriptionis istius annus, hactenus qui-
dem inservit; tamen eos juu inde ab anno MDCCLXVII,
qua mortua et translata hic Beatus est, fuisse pre-
cipua in astimatione uicis, vel hinc colligimus, quod il-
los potissimum dignus censerint tam pretiosa thesau-
ro asseveranda, ad communem omnium afflictorum solatium.
Quod ipsi sane fecerunt religiose et Bruto hanc orationem
componere in Sacris de more recitandam: Deus qui glo-
riam smetitatis B. Tomassi Confessoris tui multis
et magnis miraculis demonstrasti, da nobis quesitu-
mus

apud Minores
Conventualium.

Amus et concede, sic ejus gloriosis meritis suffragari, quod in tuae beatitudini gloria cum perenni tranquillitate laetemur. Invenimus hoc in tertia collectione miraculorum, ubi illa qua per Beatum virum ante ejus obitum patrata memorabantur ab aliis illum subsecutis dirimit. Sunt enim quasi tres partes antiqui illius MS. quarum omnium eundem esse auctorem styli monstrat similitudo, et fide dignissimum probat occuratio, ipso illo scrubens tempore, quo res geregantur, intra proximos ab excessu Reati annos.

*Mia in tres
partes diversa,*

BHarum partium priua formam habet Instrumentum authenticum, et ferme jurata miracula continet. Secunda novum exordium sumit ab hoc titulo: Iucipiant miracula gloriostis Confessoris Christi Fr. Tomassi de Colle-stacciario. Tertia de miraculis B. Tomassi ante ejus obitum inscribitur, et post orationem praeritam cetera decursus absque titulo prosequitur gesta post mortem, nec ubi terminatur conclusione: ut probable sit ad subsequenter describenda iudicis contingenta, non voluntatem sed ritum vel otium defuisse scriptori, posteris autem diligentium ut saltem illustriora aliqua manudarent litteris. Nos ut in aliquam *Vita* formam haec redigeremus, ex Silvano Razzio de Sanctis et Beatis Camaldulensis prologum et primum caput Latine reddimus: secundum deinde caput de miraculis in vita accepimus ex tertia collectione: tertium constare volumen authenticum illo Instrumento, translationem et commentaria miracula continente; ita tamen, ut quod istuc ultimo legebatur loco, de revelatione crudam Religioso Eugubino facta, et viri Beati mortem per tempus intervallo progressa, in principio cupitis locaverimus. Cetera detinimus, ut sunt in nostro egrapho, captibus quarto quinto sumus prosecuti. Denique sextum ultimumque caput sacerdotum, conslatum partim ex Razzio praeceps, partim ex authenticis Instrumentis, postremum superrum ossium inspectum continentibus. Retinamus autem Tomassii uomen, quamvis non ignoramus Italicae linguae proprietate sic dici, quem alias Thomam dicere possemus: qua sic in antiquioribus illis MSS. reperimus.

VITA

Ex Italiaco Silvani Razzii.

PROLOGUS

Historiam Camaldulensem scribenti Domino Augustino Fortunio nulla quidem allata notitia fuit B. Tomassi, de Colle-stacciario nuncupati, nisi post secundum eiusdem historiae partem prelo evulgata: ipsam tamen cum primum adeptus est ex quadam manu scripto, contiente miraculorum ejus narrationem Latinam paucis post mortem annis exarata, consilium coepit, harum membranarum praesidio, et memoria per ora trahitae posteriorum atque etiamnum inter dicti loci indigenas vividae adjumento, pleniorum illius vitam scribere: quam bona ex parte absolutam, superveniente morte, coactus est dimittere. In cuius ego viceum rogatus succedere, ad finem copta illius perduxi, quam maxima potui diligenter, ut inter Sanctos ac Beatos Camaldulenses subi hinc locum haheret. Neque enim eo absterritus sum quod narrationi istius Latinae auctor nobis esset ignotus, sive quia suum ipse non expressit nomine, sive quia prima revulsa pagina non integer ad nos codex pervenit, seu denique quia prius ipse quoque abit e vivis quam extremam peri suo manum imponeret. Virum namque egregia pietate et fide, atque in eo quod tructabat negotio diligentia singulari fuisse, ex ipso contextu satis appareat: cuius proinde testimonio fides haberi possit aequa ac Notario publico, (qualis fortassis etiam fuit) ad hoc constituto, ut quae de

*In thalam
ab Aug. Fortu-
nio vitam*

*Rituum
preferit.*

Beato viro narrabantur, authentico ac fide digno D processui instruendo conscriberet.

ex MSS.

CAPUT I.

*Ortus, adolescentia, sanctitas B. Tomassi,
Ex eodem Razzio.*

In Umbria provincia et Eugubinae dioecesi castellum est, Collis-stacciarius dictus, qui plures pagos territorii sui limitibus complectitur. Horum unus Costa dicitur, duobus circiter passuum millibns se junctus a Castro, et B. Tomassi patria fuit: qui ibi ex honestis minimeque tenibus natus parentibus, a primis annis futurae sanctitatis indicis claruit. Quippe puerilibus ludis nequaquam solitus oblectari, unas habebat delicias in frequentandis ecclesiis, et orationibus coram aliqua Christi vel Matris ejus aut Sanctorum cuiuspiam imagine fundendis, idque etiam intra domesticos parietes pluries, non minus noctu quam interdiu. Similis ei erga rem divinam inter Missarum solennia affectus, similis erga verbum Dei in sacris concionibus non infructuose audiendis attentione erat. Quae cum in filio observaret pater, et summopere probaret; sna quoque ex parte sovere cunctis tam tenera principia pietatis, circumducebat illum comitem ad tempora, ad monasteria, ad eremitarum religiosos recessus. Fuit in his etiam Sitriæ solitudo, S. Romualdi anachoresi et prodigiis famosa etiam nunc, licet aedificatus a Sancto locus in Abbatiam conversus sit, molestoque Commende jugo aggravetur.

3 Placuit supra modum pio adolescenti religiosa sanctorum istorum Patrum conversatio: et quoniam Camaldulensem erenum praecunctis a beato Fundatore erectis ipsi laudabant, ingenti illius videnda successus desiderio fuit, et non minori animi voluptate desiderio suo fuit satis. Quia tamen patre sua propinquior erat a Sitriæ, vel alia ex causa ipsi juveni gravior, reversus ad patrem exoravit facultatem in eam se transfrrendi, et admissus ad habitum regulamque, vitae religiosie tyrocinium per consuetas probationes explevit, creditus etiam solenni votorum professione ibidem se obligasse Deo. Post que arctioris vitae et majoris soliditinis successus anno, exemplo ipsius Sanctissimi Romualdi multorumque eo tempore religiosorum, recessit inde cum bona Fratrum Sitriensium gratia, et cum religioso quem inter eos sumpserat habitu anno MCLXXI, festinusque abiit in densam obscuramque sylvam, quæ Montis *inde secundens* Cupi latu unum aspernum occupans, speluncam *in solitudinem* E oculit jam tunc a S. Hieronymo nescio qua ex causa nunquam patet, ubi deinde Romualdini eremitas litorum sibi edificarunt.

1 Ille reclusus Tomassus, certusque omni studio imitari tam ipsum loci praesidem Doctorem sanctum, quam animae suæ spiritualem Patrem, habitus sui institutique auctore, sumebat ab utroque punitione severioris exempla, atque in seipso satigebat exprimere: eo sucesu, quem judicia quadam virtutis monstrata occasioñibus produnt. Nam que quantumque abulem gesserit ab omni humana societate remotus, observare nemo aut discere potuit: eximam tamen vite ejus sanctitatem fuisse, multa et grandia probant miracula, que sub finem mortalis hujus cursus, ac demde post consummatiōnem divina virtute patrata inferni proficiens. Creditur autem herbarum fruticumque sylvestrum radicibus et alijs ultram nascentibus, brutorum potius animalium quam hominum, alimentis victitasse; quandoquidem nullius memoria produt, vitam ex corrigitatis vicatim, ut alii solent, eleemosynis sustentasse. Similiter aestimari potest illius potius aqua fuisse, uestes autem, nisi miraculo ei fuerint conservata aut divinitus alia sub-

Februarii T. III.

73 *ministratus*

*ex MSS.
innocent
accolis,*

A ministratae ratione, prorsus attritas ac laceras semi-
nundum ipsum inter aeris injurias destituisse.

B Quo fuerint pietatis ipsius inter haec exercitia
difficile dictu est, hoc ex ipsiusmet relatu constat,
familiarem ei fuisse meditationem de vita Christi,
prout quamlibet ejus partem annus dierum festo-
rumque refrebant cursus : quod idem de Sanctorum
festis dictum intellige. Sub hæc placuit omnipotenti
Deo absconditum diu lucernam super candelabrum
ponere, quod hac occasione factum est. Circuibat
forte per silvam nescio quid queritans corpori sus-
tentando, cum a sua speluncæ remotior aliquantum
observatus est ab opilionibus quibusdam : quibus
quod viduerat diligenter, sparsa quinquaversum
de eo fama, plures pluresque quotidie eliciebat ad
eum, ut piis adhortationibus ad vitam ex Christianæ
legis norma dicendam informarentur : nec deerant
qui maciei ejus competentes, opportuna restauran-
dis viribus edulio submitterent liberaliter. Sed ipse
in ea abundantia nihil de consueto abstinentia ri-
gore remittens, pie oldata distribuebat misericorditer
in pauperes : quorum hac esse illectorum cum
magnus ad ipsum accederet numerus, nec pauci in-
ter eos infirmi debilesque advenirent, ecepit tali
occasione manifestari gratia curationum divinitus B.
Tomasso concessa, atque ut consummatissime sancti-
tatis vir celebrari per omnes circum vios et oppia.

C Igitur excurrentibus ad eum ianuæ passio populi,
fuerunt etiam in iis ab qui, quos intimi sancti-
tatis ejus odor afflaret, seculares ac religiosi : qui
proinde empliuerunt disciplinati ejus se subjecere, et
eua ipso ibidem remanere. Sed erat ab omni præ-
laturæ specie alienus Tomassus : itaque permittere
non possum voluit, ut quis sibi adhereret aliter quam
salvo iure descendendi libero quoque et quando-
cumque liberet. Qui quidem licet post observationem
aliquo tempore formam ejus vivendi, iure illo suo ex
ejus voluntate utebantur utque recederent, semper
tamen ipsum imitari studuerunt, et ubicumque con-
memorarentur fuerunt eo nomine venerabilis, quod
ejus esse discipuli conseruentur. Idem præterea tali
ocensione electi vicini de magnitudinis Tomassi, de-
que vita ejus et virtutibus, et juralice super iis an-
diti, fideles fuero relatores et testes norma que par-
tum consignata scriptis, portante inaudita memorie
ad nos pervenire : ex quibus sequentia ante ejus obi-
tum patrata inveniantur in proposito Latino MS. et
sunt hujusmodi.

C a Intervallu 4 aut 5 milliarium ad Euro-boream : cum ca-
maldulum ab alijs passuum nullibus circiter 50, de quibus in Vita
S. Tomassii 7 Februario

CAPUT II.

B. Tomassi miracula ante obitum patrata,
ex veteri MS.

*B. Tomassus
equum in
vinum mutat.*

M ultisam multisque modis nuper Deus miracula
diversarunt infirmatam et etiam mororum per B.
Tomassum ostendit, itaque ante ejus obitum quam
post ejus mortem. Ante ejus obitum dicitur, quod
dum gloriatus Tomassus in carne adhuc viveret, ac
cedit semel quod in quodam festo S. Hieronymi, cuius
vocabitur ecclesia a heremita ejus, quod plures Sa-
cerdotes ex devotione venerant ad predictum hero-
mitum ad celebrandum, et cum peterent de vino
pro sacrificio, nihilque de vino adesse quod eis dari
posset responderetur, venerabilis B. Tomassus senti-
ens vini defectum, jussit eundam servitorum suo, qui
Peccia vocabatur (et enim iuramento hic Peccia tes-
tatum est) portari duas ampullas, aqua de cisterna
plenas. Et deferens ampullas aqua plenas dedit viro
sancto : qui accepit unam illarum ampullarum cum
una manu in sacrationi loco flexis et nudis genibus,
et cum alba signo Crucis edito benedixit. Et aqua

mox efficitur viuum optimum, quantum ad colorem D
et quantum ad saporem, quod fuerat aqua pura : et
quod deserti loci paupertas non potuit, sancti viri pu-
ritas impetravit : cum quo vino fuit celebratum sa-
crafeatum. Et hoc fecit B. Tomassus coram dicto
Peccia, et sibi renuit quod hoc nullatenus alicui
panderet.

B Quadam donna, B. Tomasso valde devota, b
Santuccia nomine, habuit filium suum, Matthæum
nomine, a nativitate fractum : quem portavit ad B.
Tomassum, qui tunc vivebat et degebat in eremitorio
B. Hieronymi, clamans et cum lacrymis dicens : Mi-
serere filio meo, Pater, tam graviter infirmo ; misere-
re : quoniam in te confidit anima mea. Da mihi,
Pater, auxilium de tribulatione, quia vana est spes
medicorum. Videns dictus Pater tantam fiduciam et
devotionem in muliere, accepit filium ejus, et tetigit
in loco agritudinis, et signavit signo sanctæ Crucis,
et ipsum recomendauit Deo et B. Hieronymo.
Quid plura ? Exempli puer a predicta infirmitate
meritis B. Tomassi perfecte liberatus est. Eadem
Santuccia habebat alium filium habentem morbum
caducum, quem duxit ad S. Tomassum, et Sanctus
enim recepit in visceribus caritatis : quem benedixit, e
tetigit, et signum sanctæ Crucis fecit : et continuo
dictus puer a predicta infirmitate liberatus est.

C Cum adhuc in terra beatissimus Christi Con-
fessor Tomassus maneret, quadam donna, c Vanna
nomine, de Kantiana comitatus Eugubii, habebat
filium suum rupturæ infirmitate obnoxie gravatum :
ipsiusque ad Sanctum cum magna devotione festi-
navit portare. Qui sicut prius, misericors et amator
pauperum, accepit, et tetigit locum infirmitatis, et
fecit ibi signum sanctæ Crucis, et benedixit eum et
reddidit matris sue, dicens : Spera in Deo, et sic bonum
et doc puerum ad altare B. Hieronymi, et dabit
tibi petitionem cordis tui. Quæ credidit et puerum
recepit, et antequam perveniret ad altare B.
Hieronymi, scrutata est locum infirmitatis pueri et
invenit ipsum B. Tomassi meritis perfecte sanatum.
Eodem tempore B. Tomassus, cum adhuc in carne
viveret, liberavit a rupturæ infirmitate Petru d
Massoli de castro Collis-stacciarii, tangenda et si-
guando ipsum in loco agritudinis signo sanctæ Crucis,
et statim sanatus est.

D 10 Alio quoque tempore enim plures venatores
irent venatum per desertum, in quo manebat B. To-
massus, cum adhuc in carne viveret, ita ut omnibus
alimenta deficerent : tamen decem de istis venato-
ribus pro urgenti valida fame petierunt a B. To-
masso aliquid ad manducandum, cum vehementer
esurirent. Servus Dei eis respondit : In domo non
est nisi unus panis parvunculus, quem possum vobis
largiri. Tandem dixit Peccia servitio suo : Festina
et mensam quam cito pone. Et sedentibus ad mensam
decem illis venatoribus, S. Tomassus accepit panem
illuminum, et signo Crucis benedixit, et fregit deinde
discubentibus, et omnes manducaverunt de illo
pane quantum voluerunt, et saturati sunt meritis
B. Tomassi, et romauerunt fragmenta panis plus
quam primo fuerat.

E 11 Tempore quo S. Tomassus manebat in eremitorio B. Hieronymi, vir quidam Joannulus Cortesi-
ani nomine, de villa Plebis e S. Paternianu, habebat
quendam filium suum, nomine Bartholomu, ægrotum
rupturæ agritudine : quem portavit ad dictum Sun-
ctum, recomendauit eum sibi affectione animi
quanta potuit, ut pro eo ad Deum intercedere vellet.
Coi Sanctus respondit: Vade ad altare, et ipsum B. Hiero-
nymo recommenda: ego vero Deum pro te rogabo,
ut tibi det petitionem cordis tui : et signavit locum
agritudinis signo sanctæ Crucis, et etiam ligavit
puerum in loco agritudinis cum institis. Hoc facto,
reddidit

*sant puerum
henniosum,*

*et alium
elephantum
rum :*

*c item duos
pueros trun-
natos .*

*d uno pone
decem esu-
rientes satiat :*

F

*e sancti puerum
henniorum,*

A redditum ipsum patri suo : pater vero cum in via revertebatur solvit puerum, et invenit eum meritis beati viri totaliter liberatum.

12 Alio quodam tempore cum B. Tomassus adiub in carne viveret, Ginolus Massoli de castro Collis-stacciarii, dixit et suo iuramento asservit, quod ipse haberat unum apostema in oculo suo dextero, ita quod de ipso nullo modo videre poterat : cuius rei causa cum devotione ivit ad Sanctum predictum, qui tunc manebat in eremitorio B. Hieronymi et ostendit sibi dictum oculum, et ipse Sanctus fecit sibi sanctae Crucis signum in dicto oculo. Extemplo dictus Ginolus vidit eum ipso oculo, meritis B. Tomassi, sicut prius viderat.

13 Vir quidam, Vannes Casellae nomine, de Tiego comitatus Eugubii, infirmus infirmitate ruptura ex parte sinistra per tempus duorum annorum, deliberavit una cum uxore sua ad medicum ire, quod diem infirmitatem plus portare non poterat. Sed tamen uxor sua dixit et sibi dedit tale consilium : Vade prius ad Fratrem Tomassum : qui adhuc in carne vivebat. Quid plura? In nocte sequenti ipse Vannes dormiens somnivit haec : Vade ad Fratrem Tomassum, et liberaleris. Qui surrexit de mane tempestive, et ivit ad Fratrem Tomassum predictum, B et ostendit sibi infirmitatem predictam. Statim fecit eidem signum Crucis et dixit : Vade, quod ab hac infirmitate eris liberatus. Qui reversus est domum suam, meritis dicti Sancti perfecte liberatus.

14 Apud Collem-stacciarium coinitatus Eugubii, puer quidam, Vitaliuccius nomine, habuit unum oculorum totaliter perditum, quod de ec penitus non videbat. Quem pater omni devotione et reverentia duxit ad venerabilem virum Dei Fratrem Tomassum, deprecans eum tam humiliter quam devote, ut signum sanctae Crucis in oculo filii sui infimo faceret : quo facto puer illico liberatus est, et tam plene vidit virtute Sancti, quam de uno oculo in quo non patiebatur. Item Musonus Imperatoris de Schegia, graviter infirmus infirmitate ruptura, profectus fuit ad virum Dei Fratrem Tomassum, et faciens se signari in loco rupturae signo sanctae Crucis, extemplo meritis dicti Sancti sanatus est. Cum B. Tomassus adhuc in carne viveret, liberavit filium g Tasi de Colle-nuncianeo ab infirmitate rupturae.

15 Item Corenidius de Chianano, habens dolorem in capite fortissime, ivit ad virum Dei B. Tomassum, et ipse Tomassus humiliiter impasit ei inanis suas sanctas, et statim ab omni dolore capitis liberatus est. Item filius Ser-Vanui, et filius Angelus Capitole

C de Colle Stacciario infirmi infirmitate rupturae, ducti per patres eorum ad virum Dei B. Tomassum, cum adhuc in carne viveret, et signati ab eo signo sanctae Crucis, continuo meritis ejus ab omni infirmitate rupturae sunt sanati. Quidam Beccius Ividelli nomine, de monte h Pescchio puer parvulus, portatus per matrem et suum avunculum et virum Dei B. Tomassum liberatus est ab omni infirmitate rupturae.

^a Etiam Franci et Teutones vocem hanc aspirant : sed qui pro loco ipsam accipiunt needum alibi reperimus. Franci berthilagum dicere. — b Santinum vocal Razzus et flumen eius Santinum. — c Idem Nannam Buti de Bancara comit. Eugubini scribit : sed Raneacum in illo territorio nullum nominis Cautianum oppidum erubent tabule ad cognomine fluminis decimum milliario ab Eugubio ad Boccam. — d Videatur esse diminutum a Tomasso sicut et Massucius alibi. — e Vulgo S. Patriziano 10 P. M. Eugubio ad occasum solum oppidulum. — f Supra Flumicinum (fsum antiqui dixer) inter quidam ab Eugubio lapidem. Propius abeit quod regitur Chiananum, Chianano in tabulis. — g Tofum Razzus legit, Moscanum autem nolunt tabule in Marchia Anconitana, decimo iersus ortum milliari ab errore Reati. — h Col de Poccio vulgo, proximus citem eremo Reati.

CAPUT III.
Mors et translatio B. Thomassi ipsamque secuta miracula, ex Instrumento publico.

Ad laudem et gloriam nominis sui volens demons-

trare Altissimus, quod in Sanctis suis mirabilis efficitur et sublimis : cuius Religioso de civitate Eugubii de hoc sancto Thoma visio est orta celitus non tacenda, circa tempora sui gloriosi transitus. Videbatur aperte religioso predicto, quod per medium montis S. Ubaldi, qui preminent a civitati Eugubii, quidam viri eremita processionem notabilem celebrarent : ante quos omnes procedebat quidam senectute venerandus, resplendens et lucidus velut sol. Ad cuius mirandum intuitum mens dormientis gaudio simul et admiratione repleta, requirebat, quis ille foret, qui in processione procedens tanto lumine resplendebat. Cognovit autem in spiritu, quod ille foret eremita Tomassus, cuius poenitentiae opera Altissimus approbans, ostendebat omnibus gloriosum. Subsequentes autem, fuit intuenti responsum, sunt illi, qui carnem suam flagellis poenitentiae edomantes, hujus sancti viri vestigia imitati, coronam similem et exempla salubria suscipiunt. Et qui vidit testimonium perhibuit, et secretum Regis Altissimi, quod in magna reverentia et devote suscepserat, devote, reverenter et caute ad landom et gloriam divini nominis revelavit. Asserebat similiter religiosus presfatus, a tempore, quo fuit sibi visio praemonstrata, propter fidem quam recepit ad Sanctum, beneficia inde plurima recipi se. *In concludatur primum Instrumentum ; quod a beati viri morte atque translatione exordicus ipsam et secuta eam miracula hoc tenore exequitur.*

17 In nomine Domini. Amen. Transivit venerabilis Pater B. Tomassus ex hoc mundi naufragio ad Patrem anno Dominicæ Incarnationis mcccxxxvii octavo Kalendas Aprilis, in festo Annuntiationis Beate Virginis, degens in eremitorio B. Hieronymi de Monte-cupo comitatus Eugubii. Cepit autem vir Domini S. Tomassus continuo magnis et multis coruscare miraculis : quia ejus vita plena sanctitate et omnibus fuit virtutibus ornata; ut testantur illi, qui eum agnoverint, et enim quibus ipse B. Tomassus in eodem eremitorio b. lxx anni solitariam vitam duxit. Cumque in diversis multarum provinciarum partibus gloria ejus miracula, largaque per ipsum impetrata beneficia plurimos ad Christi devotionem accenderent, et ad ipsius Sancti reverentiam incitarent, habita prius licentia ab Episcopo c Eugubino, homines de Colle-stacciario, propter ejus sanctitatem et beneficii multa ab eo recepta, ejus venerabile corpus cum hymnis et cantis et laudibus spirituibus ad predictum castrum detulerunt.

18 Pervenientes denique ad ipsum castrum cum jubilo, pretiosum thesaurn, quem portabant, in ecclesiam Fratrum Minorum de castro predicto, anno Domini mcccxxxvii octava die inente Aprilis, cum omni reverentia considerant. Porro sicut vir iste sanctus, Beatissimus Tomassus, miranda virtutum signis in vita claruerat, sic et hoc die transitus sui usque in praesentem per diversas provinciarum nostrarum partes praelaris miraculorum prodigiis, divina se potentia glorificante, coruscat. Nam cœcis, fractis, surdis, mutis, clandis, paralyticis, daemoniacis, captiuis, et mulieribus in pueris decumbentibus, ipsius meritis remedia conferuntur, omnibusque morbis, necessitatibus et periculis subveniunt.

19 Nam eo die translationis ejus apud castrum Collis-stacciarii erat quidam, Angelus Buti Tassi nomine, qui infirmitatem rupturae diutissime portaverat : hic emisit votum una cum inatre, et se predicto Sancto commendavit, ut eo tempore ipsum a predicta infirmitate liberaret. Quid plura? extemplo meritis dicti Sancti a predicta infirmitate sanatus est, ita quod nullum vestigium infirmitatis in eo remansit

*ex his.
Non sicut
pro religioso
futura B.
Tomasi
gloria,
a*

*et eorum
qui ipsum
intabuntur.*

E

*transferunt
in Collis-stac-
ciarium.*

c

F

*et miraculis
coruscant.*

*Ipsa d.e
translationum
curatur plu-
eria persona-
rum hereti,*

EX MSS

A remansit. Quidam puerulus, Massoli Bellæ filius, hujusmodi rupturæ infirmitate [laborans] devote stetit ante corpus dicti Sancti, et manum ejus sanctissimam fecit apponi in loco rupturæ: qui statim cœpit convalescere, et altera die rediens et stans ante corpus B. Tomassi totaliter liberatus est. Item B. Tomassus eadem die liberavit Andream Petri Benvenuti ab infirmitate rupturæ, qua duriter patiebatur, sicut ipse cum juramento coram toto populo confessus fuit.

20 Eodem tempore Bartolus Guidonis de villa Maina, suo juramento affirmavit, quod fuerat rupture infirmitatem passus per tempus viginti quinque annorum, et plus quam semel et plures recommendavit se B. Tomasso, ut liberaret ipsum a dicta infirmitate. Tandem meritis dicti Sancti gratiam obtinuit, et cum gaudio ad patriam reversus est. Item liberavit B. Tomassus quemdam puerulum, M. Ithioli Philippatii de villa d' Collis filiorum-Ugonis filium, fractum ex utraque parte, ut Matthiolus pater ejus suo juramento coram omnibus confirmavit. Nicolaitus e Meli de villa Maina suo juramento assernit et dixit, quod ipso fuerat passus rupture infirmitatem per tempus duorum annorum: qui recommendavit se B. Tomasso, humilitate qua potuit, itaque meritis et precibus dicti Sancti restitutus est pristinae sanitati.

21 Quidam de villa f Montis-S. Apollinaris, Brunellus Petrucci nomine, suo juramento dixit et asservit quod ipso habebat quondam suam filiam parvulam, fractam circa umbilicum, et onnes medici unanimiter sic eam judicabant: qui recommendavit eam B. Tomasso, promittens sibi quod, si eam liberaret, ipsum diceret ad ejus tumulum visitandum, et ibi Imbure cereum ponere. Et votu juri emiso, puella meritis dicti Sancti a dicta infirmitate liberata est. Item B. Tomassus liberavit Joannem Salutem, de villa g Nai comitatus Calli, ab infirmitate rupturae, sicut ipse coram omnibus affirmavit. Puer quidam Blasius nomine, de villa h Paraventi comitatus Callii, erat contractus erure ejus dextero, ita quod a geno usque dorsum quasi lignum videbatur, et ipso nullatenus poterat ambulare. Ejus mater compatiens filio suo totaliter perdito, ipsum recommendavit B. Tomasso. Mirabile certe: illico facta recommendatione puer surrexit, et libero eum alius pueris imitauit: et hoc mater sua suo juramento affirmavit.

22 Soror Angeluta Joannis de Colle-staccario, de monasterio S. Marie de Via-nova, attracta reuibus fuerat per annos sex, ita quod erigere se nimum poterat, et patetatu velimenter illum dolorem: quae humilitate se B. Tomasso pro salute recuperandi recommendavit, et visitans corpus personaliter, continuo meritis Sancti predicti sanitatem obtinuit, ambulans recte et sine aliquo dolore. Sequenti die post ejus translationem mulier quedam de i Sigillo, Florentia Alexandri nomine, habebat manum impeditam et digitos manus recurvos, taliter quod manum aperire nullatenus poterat: quo etiam cum lacrymis B. Tomasso pro sanitatem manus perdite se recommendavit, et violentibus omnibus circa corpus dicti Sancti adstantibus, statim ut tenuit manus S. Thomassum manum suam libere extendit, et plenam sanitatem recepit, sicut ostendit coram omni populo. Finola Rose de k Buravio pedem habebat gravitor a l fuso vulneratum: quae se humiliater B. Thomassus recommendavit, cuius meritis libere a dicto vulnero et dolore est liberata.

23 Capitula de m Fornano habebat manum suam perditum totaliter, quod cum ea operari aliquid nullatenus poterat, quae recommendavit se pro sanitate B. Tomassus, et extemplo meritis dicti Sancti

manum predictam rehabuit sine aliquo impedimento D sanam et liberam. Item B. Tomassus liberavit Mariam Ceccoli de villa n Ansciani, quæ habebat latus dexterum perditum, et os prope autem retrorsum, ⁿ latum paralyticum

cujus meritis plena sanitatem recepit, et hoc pater ejus cum juramento affirmavit. Marcus Adjutoli de o Podio-Molino patiebatur ohnoxie dolorem in spatula et in collo, taliter quod nullatenus poterat se volvere, et recommendans se B. Tomasso libere restitutus est pristine sanitati. Quidam, Mathias Janioli nomine, fuerat passus annis quindecim et amplius unam serofolam in summitate capitis, grossam ad instar ovi gallinæ, qui se humiliiter B. Tomasso recommendavit et obdormivit: revigilans [autem] se, in predicta serofola invenit maximum pruritus ardorem et exstitionem carnis: et scalpens et pruriens, statim dicta infirmitas crepuit, et meritis dicti Sancti perfecte est liberatus.

24 Eodem die ejus translationis, Agnes, Neri filia, de Colle-staccario, dolore fortissimum in sua mamilla patiebatur, taliter quod filium suum minime lactare poterat: ejus rei causa se humiliiter B. Tomasso recommendavit, et cœpit manum Sancti, et posuit supra suam mamillam morbiadum, et illico sanata est. Eodem die uxor Ceccoli de p Cupo, quæ fuerat passa octodecem mensibus et ultra dolorem in tibia sua, recommendans se B. Tomasso sanata est. Eodem die uxor Ricci Joannis de Colle-staccario, non habebat de lacte, ut nutritre filiam suam, Vir suus eam recommendavit B. Tomasso, promittens imaginem ceream super ejus sepulcrum ponere: et votu juri emiso, statim mulier illahabuit de lacte sufficienter ad puellam nutriendam. Uxor Ceccoli Margarita fuerat passa pluribus annis morbum cæcum et recommendans se precibus humiliissimis B. Tomasso liberata est.

25 Quidam puer, Angeletus nomine, Mathiae Valentini filius de q Fossato, habebat nium apostema valde periculosum in mamilla dextera, itaque a quinque medicis fuerat de salute diffidatus: cujus pater tristis et dolens cum lacrymis, cum B. Tomasso recommendavit: exemploque silu apparuit, qui apposuit super apostema iodiceum de unguento. Et tenuit dictum unguentum super dictam infirmitatem diebus novem; et amoto unguento in fine novem diebus, assernit cum juramento dictus pater, quod meritis dicti Sancti puera dicta infirmitate liberatus est. Quidam de Engubio patiebatur malum squamantia in guttura suo: recommendans se B. Tomasso, statim meritis dicti Sancti liberam et integrum sanitatem recepit. Item Andreas Margarita, scriptor, Nobilis de Eugubio, gravem patiebatur infirmitatem, scilicet mentis alienationem et pessimum occidendi se tentationem. Tandem, ut potuit devotissime, iuxta cum uxore sua se B. Tomasso recommendavit; et mox cœpit convalescere, et meritis Sancti predicti restitutus est pristinae sanitati. Item liberavit Armanutum Corradi de Colalto a febre continua, qua durissime affligebatur.

26 B. Tomassus liberavit alias duas mulieres temporibus diversis a spiritibus immundis: quarum una vocatur Santutia de r Rubeano, altera vero Cresciola, que vexata fuerat a dictis spiritibus per triginta annos et ultra: et daemones in ea existentes qui erant plures, terribilissima et horribilissima faciebant, ut testantur illi, qui viderunt. Etiam B. Tomassus liberavit aliam mulierem de Vite-grossa a spiritibus immundis vexatam annis septem. Clara uxor Ventura de Colle-staccario pluribus annis passa fuerat obscuritatem oculorum suorum, ita quod mediem haec etiam a longe recognoscere sive videre poterat, quasi semieca: et veniens cum lacrymis ad tangentem corpus B. Tomassi, et se sibi devotissime

*g et uariantur
contracti duo,*

h

*i posteria die
curante manus
mutatis,*

*k
l per transu,*

*m manus
emortua,*

D
n
tum paralyticum

o dolor humeri
tuber capituli,

p dolor mamillæ
at tuba,

R

defectus
lacteis,

morbus ca
ducus,

q apostema
mamilla,

F angina,

um cæ
mentia,

febris conti
nuæ.

liberantur
energenter
dur;

sanatur
obscuritas
oculi,

tessime

A tissime recommendans, statim tacto sacro corpore viri Sancti visum fuit sibi, quod quidam pannus recederet ab oculis ejus, et mox confessa est et cum juramento affirmavit coram omni populo, quod plene et perfecte videbat a longe et de prope, et meritis gloriosi Tomassi restituta est pristinae sanitati.

*et iolius
corpon
paralysm:*

27 Gasconius Ghirandasci de Aretio, degens in Insula Manfredi, totaliter erat perditus, et a planta pedis usque ad verticem capitis non erat in eo sanitatis: itaque non poterat aliquid membrum corporis movere; sed semper oportebat quod per alium cibaretur. Iunctum fuit sibi: Recommenda te B. Tomasso: quod effecit, cum multis lacrymis ipsum invocando. Et facta recommendatione statim coepit se adjuvare, et in seipso sentire valorem et virtutem dicti Sancti et ambulare per seipsum: quod prius nullatenus poterat sine adjutorio. Et veniens ad ejus tumulum, gratias agens Deo et B. Tomasso, ostendit se esse liberatum, ambulans et exiliens coram populo. Eodem die Translationis ejus Paulus Salimbeue de Bracciolo recommendavit sibi filium suum, qui laborabat in extremis, et magis sperabatur de ejus morte quam de vita: et facta recommendatione statim coepit convalescere, et in die sequenti portaverunt eum parentes ejus ad corpus B. Tomassi sanum et bilare.

*procurantur
pauci mori-
bundi duo:*

28 Item B. Tomassus liberavit a mor'e Cansium Ceccoli Petri de villa Ansciani, qui fuerat infirmus per tempus uniusmensis, etonibus videbatur ipsum mori: enjus rei causa parentes ejus devotissime et cum lacrymis ipsum recommendaverunt B. Tomasso: et continuo puer coepit convalescere et meritis dicti Sancti restitutus est pristinae sanitati. Jacomellus Caccioli existens pluribus annis surdus, ita quod modicum audiebat, nisi cum elitoribus et validissimi vocibus: recommends se B. Tomasso statim rehabuit auditum: et hoc cum juramento asseruit coram omni populo. Domina Catharina uxor Andreæ, dixit et suo juramento affirmavit, quod ipsa habebat maxillam suam dexteram amotam et disiectam de loco suo, ita quod medici non credentes ipsam liberari et diffidaverunt eum, nec poterat aliquid comedere, licet bibere tantum dederunt sibi aliquas medicinas, quas dicta mulier nullatenus recipere poterat. Tandem se humiliiter recommends B. Tomasso, et medicinas medicorum seposuit, et dormiens de nocte et revigilans, se inventi eneritis B. Tomassi integre et perfecte liberata.

*et emone
maxilla:*

29 Angelus uxor s. Boreani de collo S. Martini prope Sigillum, portavit ad B. Tomassum, quemadmodum filium suum, nomine Tomassum, quem percepit ipsa Angelus mortuum, ut suo juramento a seruit: et pluribus experimentis fuit per obstetricies probatum, si in illo corpus nlo esset aliquo modo de spiritu: et judicatum fuit ab omnibus quod non. Videns hor' mater pueri, dolens et tristis, una cum obstetricibus recommends eum B. Tomasso, uenens, si eum resuscitabat a mortuis, ut posset baptizari, quod ipsum portaret ad tumulum ejus visitandum, et cingeret sepulcrum. Et voto iam emisso, facta modico intervallo puer meritis B. Tomassi baptizatus fuit, ut testantur illi, qui eum viderunt: et obstetrices et mater pueri ipsum omni populo ostenderunt.

*reputabatur
puer mortuus:*

a Quia illu' meridiem respicit. — b Nescimus quo modo Razzius hinc consecerit mortuum esse B. Tomassum anno statis 73: — c Ighellus tom. 1 Italiæ sura Petrum de Gabriele a Foroemprontensi Episcopatu Eugubium fuisse translatum servabil anno 1326, et usq[ue] ad annum 1345 sedisse. — d Razzius precepit quod legi libris Ugonis de Colle sanatos in tabulis B. dal Bellulo notatur infra lapidem ab Eugubio. — e Idem Milti seribit et ex eodem, puta Mella rei Colle, fuisse Nicolatum asserit. — f Distal. s. M. P. Eugubio ad Boreanum. — g Abest Unatio ad Boreanum militibus & Costaceario circiter 20. — h Costaceario dissuta retro ramdem portem soli militibus 12: — i

D
EX MSS.

Ad Euronotum Costacearii militibus 6. — k Dutanizium Razzius legit: neutrum nomen tabularum exhibent. — l Saxe Halls sumitur pro scopo ligno suprene aevito. — m Fornitan Fornianum est trans Clanius paludes, media inter Senas et Perusiam ria. — n Ascianum Razzio, risque inter Senam urbem et jam dictas paludes — o Marchia Anconitana villa inter Anzinum et Jesi, Costaceario dissuta 30 P. M. — p In eadem Marchia 8 militarii bus vicinus Costaceario quam Motum. — q Oppidum Costaceario ad Euro-notum dissuns 5 P. M. — r Marchia riuus in colle ad Atonem fluit. — s Zuccheruliu[m] legi Razzius.

CAPUT IV. Secunda collectio miraculorum B. Thomassi ex MSS.

S
*suntur ab
intima crisi
Pisaurensi,*

Cum per universam provinciam Marchiae ac etiam alias provincias undique adjacentes beatissimi Confessoris Christi Tomassi fama crebiceret, et Joannes Saracinelli de civitate Pisauri, durissimam infirmitatem ruptura ex utraque parte et crudelissime pateteret, venit Collen-stacciarium ad sepulcrum praedicti Sancti, stans pluribus diebus ac noctibus ante ejus sepulcrum, rogans precibus omnibus, quibus poterat, ut ipse ab ipsa crudelissima infirmitate emu liberaret. Igitur peractis omnibus precibus accessus ipse Joannes, prostravit se ante sepulcrum Confessoris Christi, et coepit cum lacrymis exorare suffragium. Interea dum orationis prolixitas tendetur, somno Joannes arripitur et dormivit, et revigilans, se inventi a praedicta infirmitate meritis et precibus praedicti Sancti totaliter liberatum. Duo etiam alia miracula fecit praedictus Sanctus, que omnino non sunt tacenda: scilicet quod duobus restituti visum et gressum, quibus sensibus erat quilibet totaliter privatus.

E
a
et vir,

31 In eadem provincia Marchiae, dum vir quidam puer, Georgius nomine, de villa Casarella de districtu a Saxi-ferrati, filium suum habebat infirmitatem rupturam obnoxie gravatum, una cum uxore et matre praedicti pueri portaverunt ipsum infirmum ad tumulum Confessoris Christi Tomassi, ubi ipsum devotissime recommends precibus et meritis dicti Sancti, sanum et incolumen ab omni infirmitate ruptura de ante sepulcro levaverunt. Apud eastrum S. Angeli in vado in provincia Marchiae erat vir quidam, Magister Jacobus nomine, qui infirmitatem rupturam annis quinque durissime portaverat. Illic audiens miracula, que Christi Confessor Tomassus habentibus istam infirmitatem faciebat, ad sepulcrum ejus humillime profectus est, ubi recommends se dicto S. Tomasso, oratione perfecta a praedicta infirmitate precibus et meritis praedicti Sancti illio sanatus est.

F
b
*et quidam
tangosus.*

32 In comitatu b Mathalieæ apud villam Puggetti in provincia Marchiae, cum quidam rusticus, Tomassus nomine, rupturæ infirmitatem pateteret fortissime, quod per annum et ultra dictam infirmitatem passus fuerat, venit Collen-stacciarium ad visitandum corpus B. Tomassi: et statim oratione perfecta, sensit se precibus et meritis dicti Sancti ab infirmitate praedicti liberatum esse. Religiosus quidam, Fr. Aloysius nomine B. Tomasso valde devotus tunc temporis quando Sanctus vivebat, et in hospitali quodam prope Fossatum trahens morari, gravabatur tam gravi languore rupturæ infirmitatis, tamque prolixo tempore per triginta annos et ultra, quod videbatur aliquando iam morti proximus esse. Et ideo praedictus Frater moriturnus, audiens depositionem corporis beati Confessoris Christi Tomassi, ad ejus corporis translationem de cremitorio praedicto, in quo migravit ad dictum locum Collis-stacciarium; subito venit ad ejus corpus visitandum, rogans praedictum Sanctum instanter, ut pro se ad Denum intercederet, quatenus scilicet ipsum a languore tam gravi tamque prolixo liberare placebet. Oratione autem præmissa, et facto modico intervallu

EX MSS.

*Ipsa Beatus
hernia labo-
rari.**ideoque pluri-
bus hunc
mortuum
sanat,**c
tempore ruris
translationis*

A intervale, meritis B. Tomassi plenae sanitati est restitutus.

33 Multis vero miraculis claret B. Tomassus, et maxime circa pauperes, aegrotos infirmitate rupturæ, ratione compassionis, quia ipse tempore sua vita ad affigendum corpus suum istam infirmitatem sustinuit. Nam apud Eugubium erat quidam Genuensis, Francioli nomine, qui per tempus septem annorum et ultra istam infirmitatem sustinuit, tandemque se humiliiter B. Tomasso recommendavit, et tangendo suo dito ex devotione monumentum dicti Sancti et postea locum suæ aegritudinis, mox meritis dicti Sancti ab illa infirmitate curatus est. Item liberavit apud Eugubium B. Tomassus de infirmitate rupturæ, quemdam juvenem, nomine Joannem. In Castro Col- lis-taceiarii predictus Sanctus item liberavit ab infirmitate rupturæ Baldutum Massoli, de villa S. Andreae, graviter infirmum a dicta infirmitate per spatium duorum annorum. Et ipse Baldutus venit cum omnibus reverentia et devotione ad visitandum et tangendum corpus dicti Sancti, dum jaceret in seretro insepultum in ecclesie Fratrum Minorum: et flexis genibus stetit ante ipsius corpus, et perseveravit, dicens: Pater sancte, miserere mei. Et quia

B omnes virtutes currunt in studio, sed sola perseverantia accipit heavium, completa sua oratione surrexit, et inventus se plene meritis dicti Sancti restitutum sanitati.

34 Apud castrum e Pasco-Lipi comitatus Eugubii B. Tomassus ab infirmitate rupture liberavit Venturatum Benincuse, qui per tempus viginti annorum predictam infirmitatem passus fuerat. Cola Baldelli de civitate Eugubina, aegrotus rupture aegritudine, venit ad visitandum corpus B. Tomassi, confessus et contritus scorbuti peccatorum: qui statim cum intravit ad pulmum dicti Sancti et se sobi precibus subiectiis tunc humiliiter quam devote recommendavit, meritis predicti Sancti illico sanatus est. De civitate Eugubii Angelutia, uxor Andruceioli, apportavit sibi sumum Stephanum, infirmum rupture infirmitate, ad visitandum B. Tomassi sepulerum, et recommendans eum dicto Sancto, continuo liberatus est. Nuper apud Eugubium Baldellus Guirardelli et Domina Barthola, uxor eius, portaverunt ad sepulcrum B. Tomassi quandam cornu Olibia, a nativitate fractum et predictum secundum judicium omnium medicorum de dicta civitate in ista arte peritorum: cuius pte dolore cum devotione non modica ipsum recomponerentur, et facto modico intervallo e vestigio meritis dicti Sancti puer liberatus est.

C 35 Illa die, quando corpus B. Tomassi transferrebatur de cemitorio B. Hieronymi Collem-stacariorum, Pandus Maffettius de predicto castro, qui fidelissime operatus fuit in faciendo pulmum predicto Sancto, durissime patiebatur rupture ex parte sinistra infirmitatem, et recommendans se pro sanitate recuperanda, humillimo flexis genibus, et precibus omnibus inducavit eum corpus quando portabatur, et statim meritis dicti Sancti est restitutus pristinae sanitati, ut ussernit et cum iuramento affirmavit. Puer quidam septem annorum a sua nativitate fractus, Joannes Marchelli Borgaldane nomine, de civitate Eugubina, recommendavit se B. Tomasso humiliiter, et cum voto, si liberabat eum a dicta infirmitate, quod em-
gebungem circunferiva de candelâ, ubi ejus corporis tumulatum erat; et hoc facta, mox meritis dicti Sancti ab infirmitate curatus est.

36 In comitatu Eugubino apud Serram d D. Brunnantis erant duo viri, unus surdus et alter mutus. Surdus vocabatur Venutellus Ugolini, qui per tempus trium annorum et ultra steterat, quod nullo modo poterat alium audire, ita amiserat sensum auditus. Mutus vero vocabatur Petrus, qui per men-

sem et ultra steterat, quod loqui penitus non poterat, ita perdiderat officium linguae. Quid plura? Venientes isti insimul et una cum alijs de contrata ad visitandum corpus B. Tomassi, mutus libere incepit loqui, et surdus audire, stupentibus et latantibus omnibus cum quibus comitabantur. Tandem omnes venerunt pariter ad tumulum dicti Sancti, benedicentes Deum, qui per fumulum suum surdo reddidit auditum, et muto loquelandam. Quedam mulier, Domina Flos nomine, de villa Platearum, comitatus Eugubini, totaliter extitit per tempus et tempora surda: que ut potuit tam humiliiter quam devote, et cum omni reverentia recommendavit se B. Tomasso, quatenus ipsam a predicta infirmitate liberaret: et confessio, visitato ejus sepulcro, meritis dicti Sancti perfecte habuit auditum.

37 Cum quidam de Urbino, Vannes Silvestri nomine, fuisset captus a malandrinis seu a predatöribus in contrata Molendini de vado, in loco horroris et vasti solitudinis, inter comitatum f Castellanum, Callensem, et Eugubinum, et omnium suorum hominum spoliatus ac etiam vulneratus crudelissime; duxerunt eum ad locum magis privatum et removit ut redimeret se, et ut possent ab eo magnam pecuniam extorqueret: unde iam propter timorem pene spiritum exhalabat. Qui Vannes recommendavit se B. Tomasso omnibus viribus cordis sui, ut eum liberaret de manibus iniquorum istorum. Rogatione facta, statim tres ex dictis depredatoribus dormierunt, et quartus vigilabat ad custodiendum eum. Iterum iste Vannes precibus et lacrymis rogavit B. Tomassum, quod etiam iste quartus, qui ipsum custodiebat dormiret, ut ipse quoquo modo evaderet. Mirum dictu! oratione completa, quartus dormivit, et statim predictus Vannes manibus de retro ligatis, et fortissime vinculatis discessit ab eis, et juxta posse fugit sic ligatus usque ad locum Planelli de comitatu Callensi: itaque meritis predicti Sancti liberatus, illico ad ejus sepulcrum venit, et devote B. Tomasso gratias reddidit.

38 Quedam donna, Cadherititia Minici nomine, de castro Pergule, comitatus Eugubii, monstruose habebat galum inflatum a sua pueritia, et quasi ad integrum ovi tumescerat: que recommendavit se B. Tomasso devotissime, regens ipsum, ut sibi amoveret oppiduum tumesceris. Venit ad visitandum corpus dicti Sancti: continuo meritis gloriiosi Tomassi ipsam ipse sanavit. Item liberavit B. Tomassus Matthemu Magi nomine, de y Branca comitatus Eugubii infirmum rupture infirmitatem, sicut ipse dixit, et suo iuramento affirmavit. Item liberavit B. Tomassus quandam alias pullam, filiam Bartholi, quae cecidit et fregit manum dexteram, et moritus B. Tomassi liberata est. Cuius vir quidam, Angelutius Poscia nomine, de Tiego comitatus Eugubii, esset graviter infirmus, ita quod a planta pedis usque ad verticem non esset in eo sanitas, plenus scribie et postematibus, intantua quod, quasi leprosus videbatur, nec poterat sese in lecto volvere nisi ab alio volvereetur et portaretur, se devotissime B. Tomasso recommendavit, qui extemplo incepit convalescere, et meritis B. Tomassi est restitutus pristinae sanitati.

39 Vir quidam Bonaventura Alcuntii, de castro Montiroli, comitatus Fanensis, a sua nativitate validissimis infirmitatibus laborans in genu et tibia, graviter et miserabiliter eruciatu urgebatur, ita quod singulis horis novum patibulatur dolorem: qui infra se recolligens, sic ait: Mi Pater, S. Thoma, non sum dignus orare te, nec exaudiri a te: sed rogo vestram pietatem, ut mihi a Deo impetreris beneficium sanitatis. Cum ergo diu cum devotione exoraret, sepulcro dicti Sancti visitato, ab omni infirmitate sui

*d
sanantur
mutus et
surdus,**mulier surda.**copivus a
litteris
liberatur:
e
f**saya ur tumor
gulæ,**rupura,
f
manus con-
fracta,**traversa hor-
renda,**gena et tibia
cruciatu,*

A sui corporis meritis ipsius Sancti totaliter est liberatus. Cum autem quædam donna, de castro Monti-
roli comitatus Fanensis, haberet offuscatum unum
suorum oculorum, qui cum dolore nimio sanguine
tegebatur, et hoc per spatium temporis; eucurrit ad
fontem misericordiae et pietatis scilicet ad visitan-
dum corpus B. Tomassi, cui intime se recomman-
davit, et modico tempore elapso, perfectam libera-
tionem obtinuit.

40 Quædam donna, Luminella nomine, de S. Se-
rundo de prope Eugubium, habebat pectus ita oppri-
matum et malis humoribus plenum, quod vix poterat
anhelare et manib[us] adoperari: et recommandans
se B. Tomasso, exemplo gratiam liberationis rece-
pit. In comitatu Eugubino apud Padulem erat quæ-
dam mulier, Saniola Marci nomine, que habebat
apostema in mammilla dextera cum tumore immodico,
ex cuius dolore, præ timore, quod non coqueretur
sive incideretur per manus medicorum, sepe saepius
sebrietabat: cuius rei causa encuntrit al monun-
tum S. Tomasi, cui prece humili et devota se inti-
me recommendavit. Mirandum certe: continuo ista
infirmitas paullatim recessit, et precibus et meritis
dicti Sancti fuit totaliter liberata.

41 Quia vero R. Tomassus praetulus eximiae
sanctitatis extiterit, post ipsius transitum, multis
miraculorum prodigiis superne bonitatis immincitas
ostendit. Nam vir quidam, Ciartia Rubei nomine,
de villa S. Silvestri de Branca, comitatus Eugubii,
suo juramento assurit, quod in planta pedis dexteris
ipsius quædam sentis intravit, de qua sorte medie-
tatem extraxit, ut potuit, alia medietas intus in pede
remansit. Quid plura? Vulnero solidato medicamine,
dolorem fortissimum patiebatur continue: qui Ciartia
incepit dicere: Miserere mei, Pater S. Tomasse,
qui clamo ad te die ac nocte: inclina, Pater, aurem
tuam et exaudi me, ut liberer, quia homo inops et
panper sum ego: et promitto, si hoc recipiam, vi-
sitare sepulcrum tuum et portare unam imaginem
ceream. Mirum certe: facto voto, pertinax pars
sentis, que in pede remanserat, ex opposito, scilicet
ex parte superiori, exivit, et sic meritis B. Tomassi
restitutus est sanitati.

42 In eadem civitate Eugubina, cum quædam
donna, Baldutia nomine, ut asserunt et juramento
affirmavit, haberet filium suum, Murianum nomine,
semimortuum per spatium unius diei (et ab omnibus
sic reputabatur, quia non videbat, nec audiebat,
nec etiam loquit poterat) lacrymose ac devote ipsum
pro saluta recuperanda B. Tomasso recommendavit,

qui exinde meritis predicti Sancti sanitatem recipit.
Quædam mulier de Roncara, comitatus Eugubii,
cum ambolaret inter vespes seu inter urticas, jura-
vit et dixit, quod quoddam fuisse in pedem ejus dexte-
ram intravit, et aliquantulum de ipso in pede re-
manist, ita quod ab aliquo valeri minime poterat:
et ipsum sie daobus mensibus portavit, sentiens du-
noctique in pede maximum dolorem: quæ ut re-
commendavit se R. Tomasso, continuo ipsum fusi-
frustum vidit se, et exivit ex eadem parte ahunde,
et sic meritis Sancti predicti pristine sanitati re-
stituta est.

43 Vir quidam, Venturellus nomine, de Valeccia,
comitatus Eugubii, tres annos, et ultra habuit do-
lorem capitis, ut dixit et suo juramento affirmavit;
et maxime ab uno mense citra ita dictum capitis
dolorem patiebatur, quod erat effectus amens et
dormire nullo modo poterat: ad invocandum B. To-
massum tota devotione et recommendatione se con-
sultit, et visitato ejus sepulcro, ex amissi, id est,
integre, meritis B. Tomassi exemplo liberatus est.
Quædam de villa Maina, comitatus Eugubii, Meliora-
tus nomine, dixit et suo juramento affirmavit, quod

ipse ascendit in quamadam querem ad ligna inri-
dendum, et improviso cum securi incidit sibi bra-
chium; non tamen totaliter, sed modico ibi de-
substantia carnis et pelleule non incisæ remansit: qui statim recommendavit se Deo et B. Tomasso,
et sic remansit in arbore per medietatem unius horæ,
quousque consangnini venerunt, et de arbore eum
deposituerunt, et paullatim, et sine aliquo membris defec-
tus, meritis B. Tomassi restitutus est pristinæ
sanitati.

44 Apud Eugubium B. Tomassus liberavit Alle-
vuptum, nomine Joannem, a quadam inrigida infir-
mitate, quam ipse h. Allevuptus sua digitello brachii
sinistri maximo cum dolore patiebatur et passus
fuerat per spatium octo dierum: qui audiens famam
B. Tomassi, se sibi cum voto recommendavit: et
visitato ejus tumulo, mox s[ecundu]s Allevuptus ad suam
civitatem reversus est. Petrus i. Potu de castro
S. Benedicti commitatus Eugubii, dixit et suo jura-
mento affiravit, quod habebat filium suum, Pagan-
inum nomine, qui erat apud modicum, et faciebat
se curari ab infirmitate ruptura, et ex nimio dolore
passus est febrem crudelissimam cum k. Bacis, id
est, vermis intestinorum: cuius rei causa, pater
ejus animi dolore tactus, audivit nominari B. To-
massum: cui lacrymose et intime filium suum re-
commendavit: ex cuius devotione accidit, quod B.
Tomassus a febre et bacis filio suo plenam curatio-
nem impetravit.

45 Quidam de Serra-herdeorum, comitatus En-
gubii, Andrenenius nomine, patiebatur malum a continua
corolle et continuam febrem, ita quod medici diffida-
verant eum, et in extremis quasi laborabat: et ut
ipse potuit se B. Tomasso recommendavit, ac mox
cunctis stupentibus et mirantibus, meritis dicti
Sancti de lecto saus surrexit. Quidam de Sigillo,
Petrus Scaguntii nomine, dixit et suo juramento
affiravit, quod ipse fuerat infirmus a quatuor annis
etra de gutta artetica, ita quod portabat caput tan-
tum depresso, quod omnes videntes mirabantur,
et nullo modo poterat illud elevare. Qui recom-
mendavit se R. Tomasso cum voto, si liberaret eum a
dicta infirmitate, quod ipse veniret de Sigillo usque
ad ejus tumulum in disciplina se fustigando: facta-
que voto, et Dominum concedente, meritis Sancti
predicti integre sanatus est.

46 Apud villam l. Montis-Juliani comitatus Eu-
gubii, B. Tomassus liberavit Ubaldum Putu Rudul-
tinum, qui passus fuerat febrem continuam cum ver-
mis intestinorum diebus quindecim, ita quod me-
dicis et omnibus aliis personæ, de ipsa infirmitate cre-
debant penitus ipsum mori: qui recommendavit se
B. Tomasso, et meritis B. Tomassi plene sanitati
restitutus est. Item B. Tomassus liberavit Dominum
Sabatellum de villa Montis Juliani, qui habuerat
continuum per tempus viginti quatuor dierum; et
etiam sputum sanguinem per tempus trienni men-
sium; ita quod medici diffidaverant eum, et omnes
de dicta infirmitate credebant eum mori: qui recom-
mendavit se B. Tomasso, et continuo dictæ infir-
mitates cessaverunt, meritisque dicti Sancti libe-
ratus est.

a Abet l'ostacciaro trans Sentonum flumen P. M. 8 b In-
terruo 15 milliurum ad Orientem iudicium distans uppulum
— c Proximus hic recte apud Bruttum lucis est — d Distal Eu-
gubio ad meridiem trans Saondam etiulum P. M. 5. e Iude-
tar se Italo dies, ut proprie maleficium significet, cuius ul-
tia, sic p[ro]p[ter]a malus esse votet, a Malandar in eum malum ire. —
f Triangulum ha[bit]at[ur] inter se constituant, dista ab interum
P. M. circiter 20 singulis. g Ad Euro-notum Eugubii inter-
vallo milliurum 7 — h Arco ut sana scriptura sit infra
Allencius legi ridebat, forte lyrrum Allevatus. i Ita
dicatur pro Philipputio. — k Tuscani Baco genitice r[ec]em si-
guifera, antonomastice autem bombyfera. l Abet 4 circulæ
milliuribus Eugubio ad Oceasum trans Saondam.

obstructio
pectorismamilla,
apostemavulnus in
planta p[edis]puer mordi-
bundus

peri uterus

dolor capitis

D
Ex ass.
brachium
rescissum.Inmor dolori-
ficatu, hruptura cum
remediu,

et arribus,

i

gem continua
fibris

F

A

CAPUT V.

*Tertia similium miraculorum collectio ex iisdem MSS.**Sanantur dolor tibiarum,**scabios totius fere corporis**brachium aridum,**febris cum dolore capitis,**rupura,**dolor coxae,**obfuscatio visus,**brachium infirmum,**tumor periculosus,**brachium fractum,*

Quidam donna, Agucle Morici nomine, de a S. Vito de provincia Marchia, vehementer tibiale dolorem patiebatur a sua juventute : quæ recommendavit se B. Tomasso, et visitans ejus tumulum, ab omni dolore liberata est. Marinus Mercati, de villa Maina comitatus Eugubii, habebat pedes, tibiae, brachia plena scabie, et pustulis pessimis, et maxime in uno suorum pedum, ita quod calceare se nec ambulare poterat ; et recommendans se praedicto Sancto, statim meritis dicti Sancti humor ille pessimus incepit desiccare, et modico tempore jam elapsa est restitutus pristinae sanitati. Dialta, uxor Ceccoli de Engubio, habebat brachium obnoxie impeditum, et quasi aridum, ita quod nūl cum eo poterat operari ; quæ lacrymosis genitibus so recommendavit B. Tomasso pro salute brachii sui, et veniente ad ejus tumulum continuo meritis ipsius Sancti extitit liberata, sicut iuramento asseruit et toti populo ostendit.

B 48 Quidam de Perusio, Ceccus Petri nomine, dicens in castro Sigilli, febrem fortissimum cum vehementi dolore capitis patiebatur : qui recommendavit se B. Tomasso, ut poterit, et ali assistentes oratione Sanctum praedictum pro eo. Notabile valde : statim dictus aegrotus cepit convalescere ; ita quod in die sequenti sanus et liber, qui prius mori videbatur, venit ad visitandum tumulum dicti Sancti. Item Baldellus Casella de Serra S. Abundii comitatus Eugubii, liberatus est per B. Tomassum ab infirmitate rupturae, prout asserunt et sic iuramento afflavit. Item Matheolus Castellini, de villa Chiassene, fuerat passus dolorem anche et tibiae, quasi per annos vigintrum : recommendans se B. Tomasso devotissime, continuo meritis dicti Sancti restitutus est pristinae sanitati.

49 Quidam de Colle-stacciano, Thomas Domini Bartoli nomine, habebat visum ita obscuratum, quod quando numerum hominem videbat, videbatur sibi plures homines videre. qui se B. Tomasso recommendavit devotione non modica, enjus meritis plenam visus recepit claritatem. Mulier quedam, Vanna nomine, de Vite-grossa comitatus Eugubii, habebat brachium perditum ; recommendans se cum lacrymosis vocibus B. Tomasso, et veniens ad ejus sepulcrum, plenam meritis dicti Sancti, ibi sanitatem recuperit, ut suo iuramento asseruit, et toti populo ostendit. Apud Eugubium Matthiolus Vannus habebat unum suorum testiculum, ita infirmum et grossum sicut panem unum, quod medieus direbat ipsum debere perdere, et aliter minime posse mederi. Etiam istomet patiebatur infirmitatem inguinariam cum felix durissima, ita quod pro his omnibus non poterat comedere nec dormire, unde sic anxius in doloribus clamavit et dixit : Quomodo vocatur Sanctus ille de Colle-stacciano, ut invocem eum ? Quod enim dixisset a circumstantibus, se devotissimo B. Tomasso recommendavit : qui doraniens, meritis istius Sancti liber et sanus ab omnibus hujusmodi mali surrexit de manu.

50 Mulier quedam de c. Insulis, comitatus Eugubii, Nicolutia nomine, habebat brachium fractum, et veniens ad sepulcrum B. Tomassi, et devote se sibi recommeudans, meritis dicti Sancti cum plena brachii sanitatem dominum suum profecta est. Mulieres quinque diversis temporibus, utpote Tomassa de villa Sassi prope Goreggium, Catharina Fasentii de Fonte Cippi, Amperitia Petri de Burano, Novella de Agello prope Goreggium comitatus Eugubii, et

Vanna de Fossato comitatus Perusii, [possessæ] a spiritibus immundis, ductæ fuerunt ad tumulum B. Tomassi per plures homines violenter. Illæ vero crebro gestus miserabiles emittebant, nec non et voices insanias et horribiles emittebant, intantum quod omnes circumstantes stupebant et mirabantur, dicentes unanimiter : S. Tomasse, ora pro eis. Quid plura? quantumcumque crudeliter a dæmonibus vexabantur, cunctis stupentibus et mirantibus, meritis B. Tomassi mox liberatae sunt, et ad proprias cum gaudio reversæ sunt domos.

51 Filia Mercaturii, de Tagiano comitatus Eugubii, laborabat in extremis, intantum quod minime poterat eloqui : mater vero ejus lacrymis B. Tomasso ipsam recommendavit. Mirabile certe : subito, quæ erat aegrota, cœpit se erigere, et patrem suum vocare, et sic meritis B. Tomassi, puella plene liberata est. Salubrè Joannoli, de Ghicia comitatus Perusii, existens graviter infirmus febre et dolore capitis, recommendavit se B. Tomasso, et ejus patrocinia flagitabat, promittens se ad ejus tumulum iterum, et ibi ponere candelam magnam secundum longitudinem corporis dicti Sancti. Voto facto, statim ieger cepit convalescere, et meritis E praedicti Sancti restitutus est pristinae sanitati.

52 In civitate Eugubina, mulier quedam, Militia nomine, a septem diebus postquam unicam filiam suam pepererat, extitit una cum filia sua a spiritibus percussa : de qua percussione proles illa diu nocte plorabat, intantum quod ejus mater minime poterat amplius sufferre : cuius rei causa eam alteri nutrici dedit, quæ nutrix similiter eam nequaque poterat sustinere : unde ab omnibus dicebatur esse quid diabolicum. Mater vero pueræ audiens famam S. Tomassi, recommendavit eam sibi, vovens et promittens discalceatis pedibus, si gratiam recipere pro puerâ, ejus tumulum visitare : quod effectum est : ideo exempla priedicta puella incepit quiescere, et meritis dicti Sancti redditâ est perfectæ sanitati.

53 Cecrolas Petrucoli, de Colle-filiorum-Ugonis comitatus Eugubii, habens filium suum parvulum, *herita gravis*, pedis infirmata, habentem rupturæ infrmitatem ex una parte, ipsum portavit ad corpus B. Tomassi, et humiliiter sibi ipsum recommendavit : et ponens manum Sancti, quando in seruo jacebat, in loco infirmitatis pueri, hoc facto puer illico, antequam de loco recederet, sanus effectus est, sicut pater ejus iuramento asseruit et toti populo ostendit. Apud Collem-staccianum Florinda uxor Bartholi, habens pedem, quasi per quinque menses impeditum, se humiliiter precibus B. Tomasso recommendavit, et involvens pedem cum panno, cum quo corpus dicti Sancti involvatum fuerat, continuo plenam sanitatem rehabuit. Et etiam digitos aliquos habebat totaliter deperitos, et meritis dicti Sancti pristinae sanitati restituta est. Butini Joannis de Costa S. Paterniani, habens unum oculorum oculorum impeditum, propter quondam percussiōnem, ita quod modicum videre poterat, devote se recommeudans B. Tomasso, enjus meritis plenam sanitatem et claram visionem rehabant.

a Mons-san-Vito in tabula inter fluvios Nigolam et Flumecinum a monte fiducia distans millibusc vrs. sens. est etiam S. 110 pagis in Perusino ad lacum Teanum : item aliis aliis in Eugubio ad Euen-boreum distal P. M. 12; tabula per petram Alauda dicitur : medio autem inter eis est Chiasera, de qua max. e Tabula Iosulam Flissaram habent trax sentrum flumen indecentio 5 millibusc a Costucciaro ad Horram. item Iosulan B. inter Costucciarum et Eugubium. — d. Eugephum nostrum prinsquam

quinque ergumenta liberantur,

revalescit moribunda,

sanctur febris cum dolore ruptus,

vacuum recentis partus,

pedis infirmata,

F

oculi obcuritas.

A

CAPUT VI.

Posterior cultus B. Tomassi: translatio et inspectio corporis duplex, ex Razzo et Instrumentis authenticis.

Hactenus ipsa antiquorum MSS. verba: nunc ex Razzo prosequimur cetero quoad usque scire ipse potuit, anno MDC opus suum de Sanctis Camaldulensibus erugans; relicta dubit submissum ex ipso loco Instrumen- tum autentichum. Ita ergo caput vi Vitæ Italicæ per- texit Razzius. Post solenem, quæ supra notata est translationem, non multum effluxit temporis, cum pia Costacciarium Communitas sancto Hospiti suo et Patrono extrinsum locavit sacellum elegans et pretiosum in medio templi, ex eo latere, quod a S. Antonio nomen habet; sanctasque Reliquias collocarunt in eo subtili altari, ejus frons patula et crata ferrea præmunita venerantum oculis exhibebat arcum sacri depositi custolem. Quæ quidem area quoties Sodalitates e vicinis locis peregrinabundæ aut devote aliae personæ accedebant (quod erat frequentissimum) mappula virgule affixa coatingebatur, et hæc illius vice porrigebatur ad osculum. Quod cum fiebat moniti campanarum pulsus indigenæ omnes fere accurrebant, futuri et ipsi simili modo par- ticipes venerationis Sancto suo deferendæ præduen- tisque ex ea utilitatib. *Cupit vnt idem Razius sic prosequitur:* Neque solum sacro B. Tomassi reliquiæ in ea, quam diximus quamque merentur, veneratione sunt, sed etiam cilium, quo viventem usum finisse constat. Etenim, quemadmodum de S. Aga- the velo novimus, sic etiam ipsum per manum alienus Sacerdotis portatum expositumque versus eum co-li partem, quadamnosum acri tempestatem grandineque minatur, saepè stupus metum oratione dis- cussit. Praeterea dæmonibus aliquid formida- bile est, prout variis occasionibus patuit, cum illud exhibitum fuit persons a maligno spiritu possessis aut male vexatis.

S5 Quod autem ad sepulcri venerationem attinet ea usque in hodiernum diem perseverat, prepter mīra ulorum frequentiam, que potuisse immixta scribi, nisi lectoris tædio consultum brevitatem vel silentio fuisset: nec vero iis scriptis est opus, cum sit omnibus notissima patrocinii ipsius Beati efficacia, quam satis testantur plurima obtentarum gratiarum signa, oblationibus cereris, tabellis, vestibusque appensis vestimenta, horniūnum tanta afflertur indies multitudine, ut si simul omnia servarentur, non modo ipsis capiendis non sufficeret ecclesia, sed nec totum quantum est castellum, quemadmodum affir- mabat adm. R. P. Magister Dionysius a San-Mather de Costacciaro ex Ordine Franciscano, et in presentiarum Generalis Inquisitor per omne domi- num Florentinum.

S6 Quoniam autem nihil est humanis in rebus perpetuum, anni circiter quinqaginta sunt, quod sub Generalatu Bonaventura Pii, Costacciariorum- di, ibidem praedicans Magister Bonaventura de As- cesso, Minorita Conventualis, et judicans hujus Beati sacellum officere deorum totius ecclesie, per- susus Praefectus ut illud e medio tollendum coensem- trent. Atque ita sancti corporis custos area supra magis altare collocata fuit subtili Libernaculum sanctissimi Sacramenti. Hœc autem area, cum pse- tali communitatii nimirum vetusta et parum elegans videretur, in eam aliam fabricandam venustaque seculpendam atque incurvantem erravit: in qua transposita sunt saera ossa, dissolutis in cineres carnibus signata ab invicem, præter b cranium; cui reverenter asservandœ prædictus Pater Magis- ter Dionysius, pro sua erga Beatum devotione, et

de acceptis per eum beneficiis multis gratitudine, D hermani argenteam pulcherrimam, quam ipse vidi, jussit fieri; et fine ut cum inclusu intus thesauro reponeretur in fronte templi intra ferreas crates, ubi et commodius posset honorari ab omni populo. et facile excipi in majoribus solennitatibus pondenda supra altare majus, et in publicis processionibus religiose circumgestanda.

S7 Anni a prænuntata translatione circiter nonaginta effluerant, cum facta est translatio alia, de quo do- cumento publica per quondam D. Sebastianum Bon- facium, Notarium publicum confecta, ad nos transmut- tanda curavit, et de legalitate Francisci Marie Chigi de Costacciaro, Notarii et Archiviste ejusdem loci (en- jus jussu excepta illa et cum originali collata, manuque et sigillo subsignata fuere) fiducia faciens per Sanctum de Angelis Canonicum Episcopalem, eadem auctoritate sui sigilli Episcopalis authenticarit. Alexander Spelli- lus Itei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Eu- gubinus, de Collegio Episcoporum Summo Pontifici Assistantium, quæ Instrumenta sunt tenoris hujusmodi in quodam libro ad paginam 266.

S8 In Dei nomine. Amen. Anno Domini MDCXL. Indictione viii, tempore Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri D. Urbani divina providentia Papæ viii, die vero xxx Augusti.

Admodum Reverendus Pater, Magister Felix de Cattis de civitate Perusia, Provincialis ad presens provincie Umbria Minorum Conventualium S. Fran- cisci in actu visitacionis facte conventus S. Fran- cisci in castro Costacciaro, mutus ad hoc, ut sanctissimum Sacramentum Corporis Jesu Christi decen- tius conservetur in altari majori dictæ ecclesiæ, en- ram infrascriptis testibus, et me Notario ordinavit, et primo jussit capsam seu arcam, super dicto altari majori existentem aperiri, et amoveri sacra B. Thomae ossa, et in capsu ad hoc parata diligenter ens- todiri, et in alia trium clavorum conservari, donec capsu ipsa major aptaretur seu accommodaretur. Quæ arca aperta per artificem, comperta fuerunt intus ossa et ex ea extracta videlicet, spatulae duas, os quod dicitur sacrum, duo ossa, quæ dicuntur e fusilia brachiorum, decem et octo costa et in dimidia integræ et fractæ, unum os coxae, quatuor ossa brachiorum vel coxarum, ossa spinalia numero viginti quatuor, duo ossa principalia pedum, ossa non ero viginti innominata junctorum in albo papyri collo- cati numero viginti.

S9 Quæ omnia in supradicta capsula reclusa fue- runt, et tunc supradictus adm. R. P. Provincialis capiam re- parandum et revigandam curat: F jussit clavem predictæ capsulae in depositum tradi et dari adm. R. D. Paolo Iuliano Archipres- bytero ecclesiæ S. Marci in dicto castro, prout nilem R. D. Paulus clavem recepit, ea lege, ut cum capsu particularis fuerit accommodata, redi- dat et restituat. Et consignavit capsam supradictam R. P. Magistro Ambrosio Laurentio Guardiano dicti Conventus, ad hoc ut illam custodiret et deponeret in capsu trium clavum, reddendam et consignandam in supra. Postmodum jussit capsam maiorem expurgari, pulveres et cineres colligi, et in vasculo de- conti custodiri, ad hoc ut postea reponantur cum os- sis custodiendis. Et capsam predictam reliquit in manu artificis ad illam reaptandam, regans me Notarium etc. Actum in ecclesia S. Francisci de dicto castro, præsentibus adm. R. D. Sebastiano Pahano, et Ilustre Dom. Marcello Fauno de Cos- tacciaro, testibus etc.

Item die ultima Augusti MDCXL. Adm. R. P. Ma- in quam gister Felix Cattus, qui supra, corsu dictis testi- 31 August. bus et me Notario infrascripto, prosequendo visita- tionem in ecclesia S. Francisci in castro Costaccia- ri, mandavit clavem capsæ depositata penes Adm.

Excellens
sacellum,cultus reli-
quiarum:et ceteri
magistri,multitudo
miraculorum,

a

decreta
notariorum
1550.caput re-
parandum et
revigandam
curat: F

b

capitulum
magistrorum
urbarum

A R. D. Paulum Julianum Archipresbyterum præsentari, prout præsentata fuit et consignata in manibus ejusdem, ac pariter ordinavit, quod capsæ, in qua fuerunt conservata ossa B. Thome, extracta e capsâ magna, et data ad custodiendum R. P. Magistro Ambrosio Laurentio, Guardiano dicti Conventus, præsentaretur, prout præsentata fuit. Quæ capsâ fuit aperta, multo populo adstante, et ex ea fuerunt extracta eadem ossa bene recognita, et per manus ejusdem alia. R. P. Provincialis decenter ac diligenter reposita, in capsâ super altari majore existente et noviter aptata, ad effectuam de quo in Instrumento manu nec Notarii infrascripti sub die xxx mensis instantis : quæ ossa fuerunt infrascripta, et eadem necnem commenta in superiori Instrumento : vi delicit spatulae duæ, os quod dicitur sacrum, crura tibiarum, brachia duo, duo ossa, quæ dicuntur dasico, duo ossa, quæ dicuntur fusilia brachiorum, decem et octo costæ cum dimidia integræ et fractæ,

*eadem recognita repō-
nuntur.*

d

num os coxae, quatuor ossa brachiorum vel coxa- romi ossa spinalia numero viginti quatuor, duo ossa principalia pedum, ossa numero viginti innominata juncturarum, articuli varij numero viginti, pulvis et cinis conservata decenter in vasculo vitro. Qua repositione facta. idem adm. R. P. Provincialis mandavit artifici præsenti, quatenus eam diligenter clauderet, eo modo quo prius erat, et prout per artificem factum et executum fuit magna cum diligentia, coram dictis testibus, me Notario infrascripto ac multo populo astante. Rogans me Notarium etc.

Sebastianus Bonifacius Not. rog. etc.

a *Huc inscripsit Augustinus Fortunatus hymnum, Sapphico metro compotum in laudem B. Tomassi, quem ex MS. latine vulgaris Razzus post Vitam Italican. — Si ille solus non fuisset in cœteris resolutum, videtur Razzus recte dicere sed contrarium ex subsequendis instrumentis patet. — v. Fistulas brachiales intelligi: quomodo fistula dicuntur fistulas bombardaria: origo vocis uero, id est, calami similitudine est. — d Quoniam illa sunt non satis asseguinur, videntur pro ossibus coxœcum poss. que in superiori Instrumento nominaantur.*



XXVI MARTII.

SANCTI QUI VII KALENDAS APRILIS COLUNTUR.

S anctus Gabriel Archangelus.	S. Rhyas,
Sancti vii pueri, Martyres Leontinis in Sicilia.	S. Hegatrax,
S. Castulus Martyr Romæ.	S. Illescos,
S. Petrus,	S. Sylas,
S. Marcianus,	S. Sigetzas,
S. Cassianus,	S. Sverilas,
S. Jovinus.	S. Svimblas,
S. Thecla seu Theodola,	S. Thermas,
S. Moutanus Presbyter,	S. Philgas,
S. Maxima conjux, et alii xl,	Martyres in Gothia ad Danubium.
S. Victor,	S. Anna,
S. Saturninus,	S. Allas,
S. Solutor, et xu socii,	S. Baris,
S. Theodorus Episcopus,	S. Moico,
S. Ireneus Diaconus,	S. Mauyea,
S. Serapion,	S. Virco,
S. Ammonius,	S. Animais,
S. Quadratus Episcopus,	S. Euthychius Subdiaconus, Martyr Alexandriae in Egypto.
S. Theodosius,	S. Felix Archiepiscopus Trevirensis.
S. Emmanuel,	S. Siecharius Episcopus Lugdunensis in Gallia.
S. Sabinus, et alii xl,	S. Mochelloeus sive Kellenus, Kellociae in Hibernia.
S. Bathus, Presbyteri,	S. Ludgerus Mimegardevoris Episcopus in Westphalia, Saxonum Apostolus.
S. Vercas,	S. Stephanus Trigliensis
SS. Filii duo,	Martyres in Gothia ad Danubium.
SS. Filii due,	Ilegumenus apud Graecos.
S. Arpylas,	S. Stephanus Xylinites
S. Abebas,	S. Basilius junior anachoreta Constantiopolis.
S. Constans,	S. Felicitas Deo devota Patavii in Italia.
S. Iagnas,	S. Pontius Abbas ad S. Andreæ prope Avenionem.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Martinianus Episcopus Terdonensis et Martyr inscriptus est Calendario Missalis Ambrosiani. Alius Marcianus dicitur. *Eius Acta* dedimus vi Martii.

S. Longinus Martyr celebratur hoc die in Martyrologio Vatvano, charactere Longobardico et num. 5949 signato. *Vitam* dedimus xv Martii.

S. Gregorii Nicopolitanus in Armenia Archiepiscopi depositio in territorio Anelianensi, errore unius numeri omitti hic ponitur a Saussatio, *cujus acta* dedimus xvi Martii.

Hilarius et Tatianus Martyres recoluntur in MS. Florario. Est Hilarius Episcopus Aquileiensis, et ejus Diaconus Tatianus. *Eorum Acta* dedimus xvi Martii.

S. Braulio Episcopus Cæsaraugustanus a Martyrologio Romano ex auctoritate Thomæ de Truxillo referuntur hoc die: quod recentiores Hispani scriptores sequuntur: interim sua cum Ecclesia eobit, quando et nos de ipso egimus cum Marietta xxviii Martii. Monachi a Danis anno MCCCLXX in monasteriis Bardeueniensi, Crocylandensi et Petroburgensi occisi, recoluntur in 'Martyrologio Anglicano prioris editionis et a Ferrario in Catalogo generali: videnda, quæ de usq; diximus inter Prætermissoꝫ xxii Martii. Egbertus Rex Nordanhumbrorum, dein monachus, cum titulo Beati referatur ab Eduardo Mathew, et

Bucelino. Consule dictu inter Prætermissoꝫ xxiii Martii.

Christi in cruce passi memoria inscripta est Martyrologio Manvolyci. Nos eam recolamus xxv Martii. Dismas seu Latro bonus cum Christo crucifixus, celebratur hoc die a Maurolyco, Felicio et in Breviariorum Corisopitenst. Nos de eo egimus xxv Martii.

S. Quirinus Martyr Romæ memoratur a Witforde, Maurolyco et Greveno. De eo late actum xxv Martii.

Hermelandus Abbas celebratur hoc die apud Rotomanenses: ejus acta dedimus xxv Martii.

Petrus Ep. Sebastenus, Marcianus Episcopus Heracleensis et Cassianus Ep. Celernensis, referuntur in variis MSS. qui videntur hodie in Martyrologio Romano. Cum aliis adscribi Romæ. Nos infra quorū an idem aut ab his diversi alii istud noninibus Episcopi fuerint.

Sarmatinia, aut Sarmata, Arminia et forsau Maria, referuntur in MSS. Hieronymianus et Tamlaicensi: et videntur in Martyrologio Romano sub nomine aliorum referri. Serotinus Martyr referatur a Greveno, Canisio et in MS. Florario. Dubium an ex Sarmatinia nomen formatum. De his cum præcedentibus Martyribus infra agimus.

Tusus et Ceraphi et Sociorum, Martyrum in Persia, certamen reperitur hoc die in Martyrologio Arabo-Egyptio

Egyptio, quod nuper Latinum accepimus: sed quia aliunde ignoti nobis sunt, referuntur ad hunc locum. Eugenius V. M. memoriam, quae perierat, rediviram fecisse, nomine ex oecostichis episcopaphi veteris et magna ex parte obtristi redditio, Ambrosius Morales vius est Baro ad on. 923, Martino de Roa, et Mariette, cui fundamento varia superstruere figmenta, qui sub nomine Luitprandi Ticinensis Diaconi universaria proutseru: quos secutus est ad hunc diem Tomoyus de Salazar in Martyrologio Hispanico. Nohs uti obscurus est dicti episcopaphi tot locis multili, nec nisi per conjecturas parte aliqua lecti sensus, ita certum est nullum usquam extare memoriam de Martynio, Reliquis, cultu ejusmodi Sancte, antequam lapis iste Cordular erueretur: diem quoque martyri ex characteribus recte nullum certum enim posse existinimus, idoneo de illa tarere tutius est (cum non Ecclesia Cordubensis ejus festum suscep-
rit) donec certus aliquid proferatur: nam Blasius Episcopo Toletano carmen, quod in tabulario S. Juste reperisse Luitprandus fugitur, ejusdem figuli, a quo sunt ipsa ejus adversaria, esse arbitramur.

David Episcopus Bathoniensis, ut Santos, inscriptus est Menologiu Scutico Cameruri, et dicitur S. Henrico Imperatori fuisse in Confessionibus: aliud Duvidem adhucisse Henrico v Imperatori circa annum 1120 traditum in rebellione contra Summus Pontifices: interim ad iv Januarii est etiam in Menologio Dempsteri et in Notis Ferraru:

Joannis Archiepiscopi Hierosolymitanum numen hoc die inscriptum rite tribus Grecis synauerii MSS. In Chiffetiano repertur die xxx cum titulo Sancti, et in paro dicitur quievisse. Quatuor huius nominius referuntur in catalogo Niciphori: ut incertum sit quis intelligatur. Num quidem in eum propendemus, qui per SS. Sabam ac Theodosium abductus ab heresi Severian, Inastri Imperatoris machinationes egregia confusione eluit, qui nomine multo deinde passum vir dubitamus: quia tamen de ipso sciri possunt, ea fere omnia lector inveniet vii Januarii in commentario proximum Actu S. Theodosii num. 24 et seqq.

Gobbanus Abbas de Ardne-Dair-inis ponitur hac die communiter in Martyrologio Hibernis: sed dulacut Colganus de persona, sive Gobbanus S. Albi discipulus, monasterii Kinsalensis patronus, an Lethglenensis abbas, de qua in Vita S. Losream ad xxiii Aprilis; nobis autem nomen est verosimile. Dubitat etiam Colganus de loco: cum una Aranearium insularum solet Ardne vocari, et Dair-inis nomen ecclesie ad in Hicensibach, alteriusque prope Lismormin in Munonia.

Garbanus Abbas de Achuld-abdhall Mariana, inde Finianus de Achuld-Glaphnun Tumlaetensi, { tunc a Colganus pro ejusdem et loci et nominis Ablate accepit hoc die; qui rursus Ecclesiam putat exercuisse in oppidum, quod nunc Australis Munitione maritimum est, Dun-garbhain dictum, 23 a Lismaria, 40 a Waterfordia militaris distans.

Lappanus, { ub utroque Hibernico Martyrologio prioris duo: posteriores alterutrum nominantur inter sanctos: postremum Colganus cap. I Append. ad N. Macleum 23 Martin existimat eum esse, qui in Annalibus patras est Mocteus de insula, Illus Kornelium, Presbyter Ardmacchanus, mortuus cxxxii.

S. Bertilo Abbas et Martyr Divione cum titulo Sancti referuntur a Ferrario, Sansan in Supplemento, et Bucelino. Dicitur in Chronico Thronensi S. Benigni, moriens inter sepulcra Sanctorum tumulari meruisse; ad eugus tumulam sebrieit tantum cerebra sanitates sunt. At nihil de illo martyrio habetur.

sibi posse committi. Bedil ergo ei monasterium in pago Brabantæ, quod lotus monasteriorum, cum omnibus ad ipsum pertinentibus.*

*L I B E R . II .
Miracula S. Ludgeri.*

F

CAPUT I.

Cœcus in Friesia illuminatus. Normannorum prævisæ irruptiones.

*Quamvis preponendum sit ministerium Evangelice prædicationis et multorum illuminatio cordium operationibus mirabiliorum ostensionibusque signorum; ad honorem tamen largientis Domini stylo alligari fecimus, quæ ab eodem sancto viro facta recolimus. Cum Evangelizandi gratia in Friesia ad quanidam villam, nomine *a* Heleyrd, pervenisset; matrona quædam *b* Mensnit nomine, excepit illum in domum suam, et ecce illo discubiente cum discipulis suis, oblatus est ei cœcus, vocabulo *c* Bernlef, qui a viciniis suis valde diligebatur, eo quod esset astabilis, et antiquarum actus Regumque certamina bene noverat psallendo pronere; sed per triennium continua enigmate ita depresso est, ut nullum sibi lumen vel extrema visionis remaneret: quem dum vultu hilari esset intutus, interrogavit si pœnitentiam a se vellet accipere; acceptaque ab eo hujus rei sponsione, jussit ut die crastina veniret ad se. Crastina vero die equitanti viro Dei obvius factus est idem cœcus. Accepito*

*a
b
c
Bernlef
triennio
excum.*

AECT ALT.
FRIDO EP.
signo Crucis
diuinales:

d

e
jubet miracu-
lum se vivo
celare.

f

co-ultur ad
baptizatum
infantum
moribundo-
rum

qui senex
mortitur et
uxori impe-
rat, ut mox
sequatur.

g

h

i
S. Ludgerus
vita iustissimi
signo, solis
nubes fugientes
et latentes,

prodicta mala
a Nordmannis
invenienda;

A cepto ergo Dei famulus per frenum ejus caballo, duxit eum a turba seorsim; et consenserunt peccata sua poenitentiam indixit: deinde signum sancte Crucis oculis ejus imposuit; et tenens manum suam coram eo, interrogavit, si alipud videret? Ipse vero cum magno gaudio dixit, se manum illius posse videre. At ille, Age, inquit, omnipotenti Deo gratias. Sermocinantibus quoque eis de fide Catholica, de variisque utilitatibus animae, pervenerunt ad villam, nomine d. Werfhem; et interrogavit eum, si ipsam potuisse agnoscere? Ille vero statim proprio vocabulo nominavit eam; et arbores, et quæque ejus adiuncta se bene posse conspicere professus est. Ait autem illi: Omnipotenti Deo age gratias, qui te illuminavit. Cumque venissent ad villam, e Wilsewyrd nomine, ubi Oratorium erat constructum, fecit eum secum orare, et Deo gratias agere: constrinxitque eum sacramento, ut ante diem obitus sui nulli causam huiuscmodi illuminationis indicaret. Complevit ille viri Dei precepta, et per dies aliquos exercitatem simulando, ducato alieno utebatur. Sed post obitum ejus qualiter fuerit illuminatus, asserunt.

B In secunda igitur / expulsione servorum Dei a Friesia, de qua superius iam diximus, jussit sanctus vir Liudgerus eundem Bernlevium, ex quod diligenter a multis, per singulorum domos discurrere; et persuasus matronis, morituros illorum baptizare infantulos, benedicta simpliciter aqua in nomine Domini infinitos, vel superfusos cum vocazione sanctæ Trinitatis. At ille jussis ejus libenter obediens, baptizavit in ipsa perturbatione infantes octodecim, qui omnes nuper, ut fuerant baptizati, defuncti sunt; exceptis duabus, quas B. Lindgerus, redeunte pice, cum sancte chrismatis impositione confirmavit. Ipse vero Bernlef ubiqueque postea servum Dei reperisset, dicens ab eo psalmus: eterna, quam accepisti, illuminatione permanxit, quoadsque sonex et plenum dierum abscessit in pace. Quem enim morientem uxor sua flendo interrogaret; qualiter super eum vivere potuisse, respondit, dicens: Si ego a Domino aliquid impetrare posero post meum obitum, non longo tempore in hoc seculo eris viatura. Cumque sicut et incolumis hanc ejus responsionem audisset, enim die xv y mortuus secuta est.

C 3 Alio quoque tempore dum esset B. Lindgerus secus mare, in loco qui vocatur h. Werthina, ubi ipse sibi in hereditate paterna constituxit ecclesiam, territo vidit somnum, quod narrans Heriburgie i sorori sue, dixit: Vidi per somnum quasi solem fugientem supra mare a partibus Aquilonis, et nubes tenebræ sequentes: qui fugiens ne deficitis pertransivit nos, ita ut elongatus a nobis videri non posset: et enigmas, quoniam fuerant secuta, obtinuerunt omnia loca hec maritima. Post multum vero temporis reversus est sol, minor et pallidior quam huiusmodi primitus, effugavitque caligines trans mare. Et haec dicens, ubertate faciem suam irrigavit lacrymus. Quem dum soror eius flentem cerneret, levavit ipsa, dicens: Quid sibi vult hoc somnum? Cui ille respondit: Ventura sunt a Nordmannis persecutiones magna et instantia bellici devestationesque immenses, ita ut haec deserta loca maritima, percutient extinguitur, penitus inhabitabilia efficiantur: deinde post haec, favente Domino, redditaverit pax Dei Ecclesie: et severissima plaga, quæ regiomibus his incubuerat, infra ipsos Nordmannos retrocederetur. At illa cum genito dixit: O utinam dignetur Dominus auferre me de hoc seculo, prinsipem malorum supervenientium. Cui ille: Non ita erit, inquit; sed in diebus tuis haec erunt: ego vero pestem illam in hoc corpore non videbo. Hujus ergo vaticinii veritas, ejusdem sororis sue nostrisq[ue] est probata temporibus: nam omnibus diebus, quibus idem Dei famulus in hoc seculo

vixerat, pax fuit undique; ita ut nullus putaret ullam D his regionibus perturbationem a Nordmannis evenire que eo mortuo evenirentur.

a Sanctus et Cunctus Heligwerde, ceteri MS. Heleguardis, aliud Helegunder, aliud Heligward, aliud denique Harleweiri et Hedewori. — b Cunctus Meynsech. — c Idem Bernlevium, scribat aliquid MSS. Isbernlef. — d Ita etiam Ciacianus et alia MSS duo: alia Imerhem, wertheu, et wersheim. Nomen apud Surius drest. — E Abbe Usquird, Wuseurdus, Wogurd, Wuseurdus, Ciacianus Uskwerde. — f Eana seilicet, cuius auctores supra ann. 12 nominantur Hunno et Ebrat. — g MS. Badie, die XII. — h In MS. Badie, et Vita pro Wertheusen Werina, apud Broderum Werma. Vita rhythmen indicat ad Ilchen ostia locum fuisse. — i Non solum hunc sed et Regi Caroli coram sepius... et alius plerisque amicus cum dolore sue patrie et maritimo regione desolationem longo ante tempore vaticinati solitum, scribat Ciacianus cap. 18, et alia congerit haud sat congruentia. — k Wertheusen MS. habebat defuncta, pro quo ex Haude passus est destruta.

CAPUT II.

S. Ludgeri zelus, scripta, vita sanctitas ac moderatio: obitus, sepultura.

V enit quoque Sacerdos idem ad ecclesium suam, in loco sitam qui vocatur a Billurheki; et ecce mulier quadam nobilis, que illico connubio suo erat copulata marito, ejus volens mitigare terrorem, misit illi mel quasi pro benedictione. At ille tale munus suscipere despiciendo renuit. Quidam tamen juvenes ex discipulis ejus illud inel concipientes accepérunt, et in ecclesia retroaltare occulte posuerunt. Cumque vir Dei ad idem altare Missam celebraturus accederet, et os apernisset ad preces; confessim vas testem, in quo illud imbedientiae mel habebatur, minutatim erupunt, et dispersum est mel, quod colligentes progecerunt foras. Non cessavit autem miles Christi quo minus illud illicitum destrueret conjugium b: sed et virum ipsum, qui illud perpetrare ausus est, exterminavat a patria.

3 Dum igitur in Friesia doceundi gratia, ad ecclesiam suam venisset in loco, quid dicunt e Hleri, iuxta fluviū d. Lade, petit illius loci piscatores, qui ei pisces adferre solebant, ut aliquem sibi e sturionem comprehensum adferrent. At illi dixerunt, longe esse præteritum tempus, quo tales pisces comprehendit poterant; erant enim in proximis tempora hyemis. Quibus ille hec vultus ait: Ite, Filii, facite quæ dixi: potens est Deus omni tempore servis suis desiderata praestare. Ipsi vero precibus viri h[ab]i coeti, coperiunt more solito rete per aquas trahere. Et ecce subito elevatis oculis viderunt aveum magnam descendentem de celo eoram se, et dum intente in illam oculorum aciem infigerent, dixit unus ad alterum: vere similitudinem habet pisces. Mirantibus itaque eis ac pavore perterritis, ecclit ipsa pisces eligies, sicut avis, coram eis in aquam. Cumque ad ipsum locum pervenissent, intravit in illorum rete pisces mira magnitudinis, quem sturionem vocant, quem vir Dei desiderabat. At illi comprehensum eum attulerunt eidem Dei fauulo; narrantes miracula, quæ fuerunt gesta. Quibus ille: Agamus, inquit, omnipotenti Domino gratias, qui dat escam omni carnii. Communiquit etiam eos, ne hoc idem pro eisquam *jubet sieri*.

6 Erat S. Lindgerus in Scriptis sacris non mediocriter eruditus; sicut in libro ab eo composito de Vita venerabilium ejus Doctorum, Gregorii seilicet et

Incestuosæ
muniūspērūt,

dīstspāque;

exterrim:

b

extērmā;

ACTU ALT
FRIDU EP.

dem Werthi-
nam transfer-
tur.

i

k

A et *f* Albrici, aperte probatur: sed et primordia S. Bonifacii adventus atque ordinationis, quæ fuerant in alio opusculo prætermissa, pulchro sermone ipse conscripsit. Discipulis etiam suis mane diebus singulis tradere per se lectiones non neglexit: et quidquid in sacris cœdibus faciendum invenit, illud instantissime studuit observare, et docere. Cavebat ergo, ne sibi aliquando nomen faceret inane: et idcirco secundum Apostolum omnia mensurate facere concupivit. Cucullum, eo quod premissionem observationis monachorum Regule non fecerat, portare desivit: ciliici tamen indumentum, quod magis abundandi potuit, usque ad finem vite suæ ad carnem gestavit. Carnium ejus certis temporibus non renunt: satiatione tamen illum cibo vel potu, discipulorum ejus nemo unquam vult. Sed cum ad se more solito pauperes ac divites pransiros invasset, dulcia vitæ æterne inter epulas documenta illorum cordibus insinuare non cessavit: ita ut plus spiritibus, quam carnalibus deliciis satiati remearent. Erat itaque Pater egenorum, et despector sui: et secundum Apostolum, sic se omnibus contare curavit, ut omnibus proles posset. Fuit autem cupiens anxie, gratia docendi Nordmannos adire: sed Rex Carolus ad hoc nullatenus consensum præbuit.

B Cumque omnipotens Deus perennem iam mercedem reddere piis ejus studiis decrevisset; ante obitum suum aliquanto tempore, corporis molestia depresso est: in infirmitate tamen positus, consueto more sanctis semper actibus intentissime menteo encompassavit, aut in lectiōibus sacris andiendo aut in psalmis canendo vel etiam in aliis quibusdam spiritualibus rebus agendo, ne unquam a superna contemplatione dissoluta tepesceret, et pene diebus singulis Missarum Sacramenta, quamvis ægrotus corpore, investigatus tamen animo, celebravit. Ipso vero die Dominica, cum in subsecuta nocte de loco esset munda iturus ad Dominum, quasi valeficiens creditis sibi oīibus, in duabus suis ecclesijs publice prædicavit: mane scilicet in loco, qui sicutur *g Coasfeld*, canente Presbytero Missam; et circa horam tertiam in loco, nuncupato Billurbeki, ubi ipse infirmatus corpore, ut supra retulimus, sed fervore caritatis valibus, devote Missarum ultima celebravit solemnia: ubi etiam ipsa subsequenti nocte, adstantibus discipulis dilectam Domino reddidit animam. In ipsa igitur exitus sui hora, elementis sue Dominus dignatus est ostendere signum. Nam Gerfridus Presbyter, nepos ejus et successor, cum nocte eadem una cum Fratribus gratia visitandis ad illum festinus properasset, et paullulum adhuc itineris remaneret; viderunt ante se lumen magnum, quasi ignem in sublime condescere, ac cunetas tetra noctis effugasse tenebras: et statim per hoc indicium intelligentes saneti ac venerabilis Patris obitum, quod reliquum erat via cum magna velocitate peregerunt, jamque eum defunctorum invenerunt: et subtiliter requirentes, agnoverunt quod eodem momento veri lumen assidius speculator et amator migravit ad Dominum, quo eis fuit per lumen ostensus *h*.

C Igitur discipuli non immemores qualiter idem Domini Sacerdos disposuerat adhuc vivens, ut in loco numerum Werthi, ubi in beatitudine propria ob latitudinem monachorum, in honorem sancti Salvatoris et sanctæ Dei Genitricis sanctissime Apostolorum Principis Petri, ipse construxit ecclesiam, ejus sepeliretur corpus: sed cum ad hoc agendum populus, illius sancta recolens merita, vehementer resistere; inde consilio ad monasterium ab eo compositum, vocabulo Minneford, de quo jam diximus, perduxerunt illud, atque in ecclesia S. Marie inhumatum reliquerunt: donec venerabilis Episcopus Ecclesia Cadalanensis, Hildgrimus nomine, germanus

nus ejusdem viri Dei atque ab eo eruditus, ageret cum gloriose Rege Karolo, ut ejus imperio, immo Dei consilio, in loco, ubi vivus ipse deereverat, sanctum illius conderetur corpus extra ecclesiam a parte Orientali, ut jusserat ipse: non enim erat unquam consentiens, ut in ecclesia sua consecrata sepeliretur corpus humanum. Deluctus est itaque anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo nono, septima Kalendas Aprilis, et trigesimo secundo die sancti sui obitūs, hoc est, i vii Kalendas Maii, sacrifice frangens in loco prefato *k* sepultus est.

a Werthenses Bilbercke, MS. manu Bilbercke. — *b* Addit MS. Budic laborare ei errantes redargere. — *c* Sarus Beleri, guardia MSS. Beleri, Leri, MS. D. Theodori de Renesse Bieri, Cacinius Lehore, Porta rhythmatu Lahre. — *d* Libi Lohle. — *e* Apud Brouwerum odditum. Ita namque Thulidsea lingua hic pisces vocatus. Brugis etiam hunc Meur dictis: quem Hadrianus Junius delipserent esse contentus. *f* Erat neque multa astre prævictus Albericus Ludgero, episcopus deinde Episcopus fuit: atque hoc sensu Doctor ejus dictus, etiam alias conficiptus. — *g* Est hodieque usque appudum Episcopatu resistentia nunc fere horum ad Borckham amorem, et contra unnes hostiles insultus manifestissimum, horumque circiter sex distans Monasterio, cuius spatio pars testis separata a Corfeldia Bilberkeam venit. — *h* Ista apud Brouwerum additum. Vixque hoc et miraudus Imperator Carolus, qui en tempore in Anjus palatio muratus est. Eadem namque hora pro inspectione sacerdotum cum Alemanni, a quo astrologiam didicavit, fuerat egressus. sed quid significaret manus ignarus. Postmodum vero dum ventens ad constitutum Gerfridi de transitu ejus Imperator indecet, de hunc quaque, que visa fuisse, non celevavit. Sed quia verum esse hoc posuit, saltem quod Alemanni presentant: cum hic anno 804 et annis excesserat, ut in rīa rīa 19 Maii obiit, docet ejus discipulus. Ludgerus autem obiit anno 809. — *i* Ibidem errore manifesto dictum. Pridie Idus Aprilis, hoc est, decimo octavo die saeculissimum sui obitus. — *j* sepultus. — *k* Plemis Werthenses. Bapte digne, ut debitos erat, corpore involuto cum laudibus et hymnis elevatum, et foras ecclesiam clatim est. Vix portam atrii exierant, cum, sive easu sive, quod magis credendum est, Heo vidente quendam ex Clericis, qui principi hunc translationis dictor restitisse, feretrum Ian valide percussit ut ad terram penè prosteretur. *l* Cincinthus cap. 3. at Pirsbystrum fuisse et manus etiam in feretrum temere inieclisse, ne penè iniquum de hoc esse sordidum. Porta rhythmatu ubi mirandum sic descripsit.

Ludgerus igitur liberè egreditur,

Nullo prohibiente, nullo jam nodeiente,

Nisi Presbytero, qui arcepit feretrum,

Quasi nihil seiret traxi ne alare!

Ere contentio cœpula a Clerico,

Vestibul in primis suimet ruinam.

Nam dum sub feretrum esset quasi clanculo,

Magis ut traxisset, talens si fuisse,

Feretrum cadere fecit et se sternere,

Ut jam exprimit penè, dum paret

Lexular protinus urna, et se oeyus

Presbyter subtraxit, et confusus cessit.

Ende et alius jam tevatis cantulus,

Omnis haec de re Denni laudaverit.

Pergant Werthenses. Mirati omnes et beati viri meritis hoc factum esse intelligentes, in majoris Deo laudes extreverunt. Personalabant hunc inde responsaria, personalabant antiphona et psalmi. et multitudine, quæ numina ad exercitus confluuerat. Kyrie eleison per numerum viam alteram, cum a sacraficio summa ad locum, quem præsumotis, sancti corporis exanimis perihivere. *Addit* Cacinius, ex ea de Minneforda ad Ludinchosen apud ecclesiam ejus perdurante. Hui in ejus adventu, ut relata diuidimus, *magis* cuncta benigia ejus inhumabola, nulla trahente manu, sponte resonabant. Altera autem die, quæ Divi Mariæ Evangelistæ festa erat, inde hunc ad Werthiensem portulam est ac sequentiæ de sepulture traditione. *Sed unde campanarum tubulichus ultra sonantum miraculum non habetur in Porta rhythmatu*

F

CAPUT III. Variae infirmitates ad S. Ludgeri sepulcrum sanator.

Divina igitur douante clementia, ut vivus ante desideravit profuisse cunoris, sic etiam post ejus obitum sancta illius merita suffragari non cessant, quibusdam longe manentibus, quibusdam etiam ad illius sepulcrum manentibus, alii vero illie manentibus, vel inde dominum redecentibus. Ex quibus etiæ quæ ad memoriam venunt, intimamus. Fuit quidam in pago Nordgo, Irangerus nomine, qui eidem S. Ludgero prius in juventute serviebat; cui contingit, ut lumen oculorum amitteret, et tredecim annis continuis in vacuitate permansit. Cum nocte quadam sanctus vir per visionem apparuit, et cum nomine proprio vocauit, dicens: Iranger, vigila; Qui cum vigilare se diceret, tetigit fetum ejus, et dixit: Si cuti reliqua hoc in loco color dissimilis apparuerit,

Amore
lascivitatem
miraculus.

dic

Frat SS.
scrutu:ordine
docti

2 Cor. 10, 19

Cilicium
gerit, non
Cucullum:Contra
eruditus

1 Cor. 9

vult Nord-
mannos adire:infirmus
rebus spiritu-
bus intendit:prius mortis
du predicas:

g

prie moritur,

podatus
præstul ostendit.

h

Corpus Wer-
thianum trans-
ferit, retinet
P. vido.Werthianum
inhumatum
recuperatur

A die *a* Dindoni Domino tuo ut te faciat venire ad ecclesiam, quam in Werthina Domino fabricavi, ubi etiam corpus meum sepultura tegitur: et ibi Domino largiente pristinum oculorum lumen recipies. Qui cum taliter fuisset admonitus, narravit Domino suo, quale a Sancto viro mandatum accepit; et simul quod facie ejus imposuerat signum, ostendit; quod erat, iuxta verbum viri Dei, dissimile cuti reliqua omnibus diebus vite sue. Tunc Dominus ejus, una cum conjugae sua ad eundem locum gratulans pergens, secum ipsum Irmingerum adduxit. Contigit etiam, ut Gerfridum Episcopum, S. Liudgeri nepotem et successorem, una cum fratribus et monachis invenerint ibi; quibus cum gesta narrarent, fecerunt eundem Irmingerum in preffata Ecclesia ea nocte manere; in qua cum orasset et vigilasset, continuo per Dei gratiam pristinum oculorum lumen, ipsa nocte, secundum verba viri Dei plene suscepit. In eadem ergo nocte, circa gallorum cantum, ante sepulcrum viri Dei paralytica quadam repente sanitati corporis restituta est; et abit incolamus, magnificans Deum, qui per servum suum tam subito cum curare dignatus est.

b 10 In pago Suderge matrona quaedam, nomine *Sigiburg*, column habuit, Riemoldum vocabulo, cuius uxor longa aegritudine depresso jacebat, ac pene corporalem desperata salutem. Cum igitur nocte quadam inter agra suspicio paululum membra defessa liberarentur in somno, vidiit per somnum quendam adstantem et dicentem sibi: Loquere cum Lindgero Episcopo. At illa, ut postea narrare solebat, nec graviter dormiens nec perfecte vigilans, vidiit illum stantem ad Orientem conversum. Cumque eum aliquai non praesunderet, ille verso vultu ad eam inquit: Probavi patientiam tuam; patientiam habetu, et Iominus curabit te. Completa ergo visione, tantum vigorem accepit ejus corpus, ut penas ab eo tolleretur membra prioris molestiae; et facto mane leta surrexit, narrans ordinem suae restauracionis. Vir autem ejus ac filii cum familiis congaudentes, henedixerunt Domini. At illa deinceps sancti viri Liudgeri conueverat cum gratiarum actione visitare sepulcrum. Cum etiam posthac revelationum est, quod sacro non esset abluto Baptismate; et ejusdem revelationis veritate compta, sancti Baptison suscepit gratiam.

c 11 Alius quidam, *b* Berchtricus nomine, in eodem pago column *c* Ignonis nostri, Presbyteri et alium S. Lindgeri. Uliam habuit adolescentulam, paralyticu doloribusq[ue] destitutam. Qui cum famam Sancti Dei audisset, que pauliu sanitatis auctoribus, assumptu itinere ad sacram illius sepulcrum perducere eam festinavit. Quibus illuc pergentibus, dixit illa fratri suo, qui eam eoram se equitando in sage ferebat, nullum se in corpore sensisse dolorem. Deinde sollejuxit. Deponit me, et sume abire. Quod cum fecissent, stet illa sanato omni corpore, et ambulabat; et exiliens encrinit, gaudebatque vehementer in ambulando. Illi vero haec videntes, glorificeaverunt Deum; pervenientesque ad locum praefatum, narraverunt Dei miracula, quae gesta erant in via, et simul ostenderent eam nullam lesionis habentem membra: completaque oratione, ne gratiarum actione, cum gudio redierunt dominum.

d 12 Cujuslibet nostro Diaconi et monache, *d* Hildradu nomine, accidit, dum adhuc in eodem monasterio viri Dei scholasticus esset, ut in longa aegritudine contractis nervis popliteque curvato, ejus tibia jungeretur femori: et post longam fatigationem sanato corpore reliquo, ipsi libia, ut fuerat curvata permisit: ut habeatur etiam pro ea in ambulando sustentatio baculi per dies plurimos. Cumque pater illius, Siebertus nomine, jam tunc monachus, tractaro

copisset, si aliqua medicorum curatione contractio D nervorum ejus possit relaxari quivisset; ecce Sacerdos Domini Liudgerus eidem scholastico, in ueste Sacerdotali cedarim in capite gestans, per visionem apparuit, dicens: Vide, ne pro eo, quod pateris, carnalem alicubi querere medicinam presumas; quia si hoc feceris, nullam ipsius medicaminis curationem recipies. Et simul pro levitate ac puerili mobilitate vehementer increpavit eum, et abscessit. Mane autem facto narravit quae viderat. Et cum die eodem peractis vespertinis laudibus domum infirmorum, in qua ei priore nocte vir sanctus per visionem apparuit, intrasset; et cernentibus Fratribus, qui illuc aderant, extemplo ad terram corruit, et erecta est ejus tibia sine dolore; audiebaturque sonitus nervorum in poplite, ac illuc sarmenta sieca frangerebantur; et surrexit continuo sanus, nihil sentiens debilitatis pristine; sed exultans una cum Fratribus referebat Deo laudes: ipse vero deinceps iuxta preceptum viri Dei vitam suam cautius corrigere studuit.

e 13 Puella quaedam, nomine *e* Modsnit, lumen amiserat oculorum; et sic sine lumine duodenos menses permansit, ut vel nec extrema frui valeret visione. Pater vero et mater audientes famam S. Liudgeri, quanta per eum faceret Dominus ad consolationem infirmantium; peracto itinere perduxerunt eam ad supradictam ecclesiam, in qua, accepta licentia, una cum eaca filia ante sepulcrum egregii Confessoris in oratione transegere noctem. Mane autem facto dixit se puella jam potuisse proprias videre manus; et sic largiente domino lumen paullatim crescere coepit, ut antequam dominum redisset, clare potuisset videre. atque in ea dominum, quod omnino caret figura, tota permansit aetate. Alia quoque puella a daemonio muto invasa, perducta est ad memoriam ecclesiam: quam mox ut ingressa fuisse, statim ab ea spiritus immundus abscessit: et locuta est, quae fuerat muta; interregavitque matrem suam, quomodo illuc advenisset; et dixit se famam pati. Cui cum mater miserabilem vexationem suam ex ordine reluisset; prostravit se ante sepulcrum Athleta Dei, gratias agens dominu Salvatori, qui per servum suum de tam crudeli eam contaminatione liberare dignatus est; et accepta poenitentia pro actibus suis, abit incolimus.

f 14 Contigit igitur juveni quendam, *f* Heliadwini nomine, paralysim incurvare, et diabolus multis, desituto omnium membrorum officio, lecto incumbere; enus tibia sinistra contracta adhesit femori, et brachium dextrum similiiter incorvatum obiugit: cetera vero membra, ut praedictum, sibi inutilia renomebant, sed et cum emissione miserabilis soni, inditus doloris, foras effterri solebat. Cumque diu haec patueretur, die quadam sororem suam, que prae ceteris ejus compatielbatur dolori, afflatis est dicens. Andrii de S. Lindgero, qualiter per illum Dominus infirmarium sanitates praestare dignatus est, in heo ubi sancta illius membra tumulata quiescunt. Fae etiam me foras effterri, et contra viam, que ducit illuc, ponit: ut voveam me illi serviturn, si ejus meritis Dominus sanitatem mihi donare fuerit dignatus. Quod cum factum esset, statim in ipsa nocte, praestante Divina clementia, quevit dolor ejus; et restituta sunt ei omnia corporis officia, praeter unam tibiam, que ita permansit, ut erat, contracta. Peracta igitur gratiarum actione, rogavit dominum suum, ut ad memoratum sepulcrum se perducere juberet. Dissimilante autem illo, is quem necessitas argebat, baculo regente debile latu corporis, pervenit ad sepulcrum prae nominatum. Peractis ergo ito noctibus quinque, supervenit solemnis ejusdem S. Lindgeri: cumque in ea parte, quae

*ejus opere subi-
venatur:*

*ad ejus
sepulcrum,
exclusum
recipit;
R.*

*querit a
domino
muto litera-
tur;*

*captus usu
membrorum.*

*invocato
S. Lindgero
memoratu
e parte sanasse,*

est

*demon ad
eius repulsum
integre.
Sancto simili-
titer ei appa-
rente;*

*cau ex voto
deinceps
uerell:*

*cauta vobis
illuminatur.*

*alios ad e-
moto nullo
liberatur:*

*paralytica
tanatur.*

A est ante basilicæ januam, infra quam Sancti Sacerdotis sepulcrum suscepimus est, ipsa nocte membrum sopori dedisset, ei per visum idem Domini Confessor, comitatus magno lumine atque Clericorum obsequio, apparuit; tetigitque membra illius et abscessit, eo in sopore relieto. Qui dum signa ad nocturnas vigilias experefactus auctoribus, surrexit sanus, et oblitus baculi priorisque debilitatis, intratum aliis in templum letus et incolamus. Oratione autem expleta, ad eorū relliens, recensuit universa, quæ circa se fuerant gesta; et peracta celebrazione operis Domini, egressus est baculumque sumum in ingressu ejusdem basilicæ, in loco ubi fuerat sanatus, infixit pro signo Dominicæ curationis. Nec immenor tamen prioris sue sponsionis, pretio redemit se a temporali domino suo, et votum servitutis implevit.

13 Quædam autem fœmina ad eamdem ecclesiam de Saxonia circa perdita est: cumque coram sepulcro Dei famuli Misericordie solemnia agerentur, in hora Evangelicæ lectio repente lumen accepit: et peracta gratiarum actione incolumis ad sua rediit. Quidam juvenis in Friesia, nomine Osbrabt, a dæmonio nuto vexatus, per singulas ecclesias a patre B suo deductus est, ut curari potuisset. Sed cum in nulla earum sanitatem recuperet, tandem pater ejus ecclitis inspiratus, peracto longo itinere, perduxit eum ad memoriam ecclesiam: et accepta licentia a custodibus, ante sepulcrum Sacerdotis Christi Lundgeri, nocturno tempore in oratione persistens, habebat secum euidentem filium suum, sensu et voce carentem, cui per misericordiam Dei, statim illi dæmonie expulso, integra sauita fuit concessa loquela et sensus. Sed et vicina ejusdem Osberti, quæ erat paralytica, ad eamdem ecclesiam perducta est: et accepit continuo plena restauratio corporis, propriis gressibus reueavit ad patriam, gratias agens salvanti Domino, qui per servum suum, ejus corpus, membrorum constitutum officio, tam velociter restaurare dignatus est.

a *Browne et MS. unum Budoni.* — b *Iacobus Bertricus.* — c *MS. Hildesheim, aliud Hingonis.* — d *Idem Hildesheim.* — e *Hildegard Notarii, alibi Notarii.* — f *Item Hildevinum.*

CAPUT IV.

*Alius S. Ludgeri mirurula, præsertim in cæcis
et dæmoniacis curandis.*

a b

*Causa voto
adversi
repulsi facta
illuminatur:*

Igitur in pago a Boralitra colonis quidam, b Folbald nomine, filium habuit cæcum, viceculo Gerhardum: qui dum per multa sacra leca deductus nullam medelam suscepit; pro Domino instigante, denuo S. Lundgeri fama ad memoriam venit: et continuo parentes illius pueri spe gaudentes, duxerunt eum foras, et statuerunt contra viam, quo duxit ad ecclesiam; in qua uero Domini Sacerdos corpore paucat, devoranteque se illum ad idem sacrum sepulcrum cum oblationibus adducturus. Hac itaque sponsione facta ingressi sunt domini; et ecce subito tergit orulum dextrum, et aperto eo statim videre potuit; tergit alterum, et similiter eo reserato accepit visum, exclamansque cum gudio, dixit, se clare posse videre. Quo agnito parentes cum familia immenso replete sunt gaudio, et benedixerant Deum, qui per servum suum tam subito sanitatem propria præstare dignatus est. Sed et pronissa completes, ad memoriam ecclesiam perduxerunt eum; et cum voto gratulations designaverunt illum, nulla vestigia lesions habentem in oculis.

17 Afferbatur autem puella quadam, quam longa aegritudo continuusque dolor paralyticam fecerat; quæ etiam brachia assidue caput consueverat constringere, cui maximus incubuerat dolor; ita ut de cerebro sonus, quasi sibilus potuisset andiri.

Martu. T. III.

Cumque in crypta nova nerdum peracta, ad pedes sacri sepulcri Lundgeri Deum rogatura deponeretur; mira omnipotens Dei gratia, surrexit continuo curata omni pristina debilitate corporis et benedicens Deum abit incolamus. Contigit eidem viro de Saxonia, de loco qui dicitur Werina, ut per tentationem fieret surdus, ita ut nullum omnino sonum auribus caperet. Qui cum diu funditus officio careret aurium, tandem spe recuperationis ductus pervenit ad sepulcrum Dei famuli Lundgeri: cumque signa ad nocturnas vigilias sonarent, subito aperte sunt aures ejus, et exultans dixit, se aperte sonum cloccarum audire posse monachosque psallentes. Et ita continuo peracta restauratione auditos, reddit donum magnificans Deum.

18 Aliquando etiam ipsum ecclesiam, infra quam sepulcrum ejusdem Dei famuli receptum est, nocturno tempore columna lucis obtinendo protexit; et ad cælum usque porrecta foris excubantibus conspicua stebat. Sed et cloccarum illic sonitus frequenter audiiebatur humana non tangente manu, sed agente positus cognitione deitatis arcana. Cæcus igitur quidam, nomine Eilwold de loco, qui vocatur e Amalohi, ad sepulcrum Dei famuli Lundgeri peractus est: ubi dum prostratus orasset, repente a E Domino plene lumen accepit. Alius quidam cæcus, nomine Ricbertus, ad idem sanctum sepulcrum adactus est. Sed celeriter illic, Domino miserante, illuminatus est; et Deo gratias agens, sanus ad propria rediit.

19 Monachus d' noster, nomine Adelwardus, affirmare solet rem, quæ eo tempore gesta est, quo custodia ejusdem ecclesie S. Lundgeri ei credita erat. Narrat etiam quod quodam die vesperascente, cum ad eamdem ecclesiam lumen, quod illic semper ardore solet, restauraturn accederet; juxta ipsius ecclesie angulum, ubi interius lectulus ejus positus erat, antopnum hostem stante aspergit, cuius visio nigerrima ac terribilis fuit. Quo viso prefatus monachus signum sanctæ Crucis sibi imposuit; et, ut asserit, impetreritus contra eundem dæmonem aspiciens, dim stetit. Cum autem tantam fiduciam ejusdem Monachi diabolus cerneret, talem ac tantum sonum excitavit, ut et paries ecclesiae et lectulus ejus, qui interius collocatus fuerat, immutati confungi viderentur. Quo facto, inde Monachus subito clamavit dicens: Sancte Lundgere, adjuva. Cumque nomen viri Dei invocando nominasset; annuite invocato, dæmon repre- siv;

e *S. Ludgeri
nomine
invocato,
dæmon repre-
siv;*

f *ans membrum
rum cædum
ad sepulcrum
Sancti testigu-
tibus;*

g *fratricide
terracina;*

h *82 sinistro*

*Parvula a
tremebat*

*longa aegritudo continuusque dolor paralyticam fe-
cerat; quæ etiam brachia assidue caput consue-
verat constringere, cui maximus incubuerat dolor;
ita ut de cerebro sonus, quasi sibilus potuisset andiri.*

AUCT. ALT.
FRIDO EP.
quādam per
S. Geritudem
soluta.

quādam per
S. Petrum,

alia, monitu
S. Ludgeri,

ad ejus
sepulcrum :

^h
rigidum
brachium,
eo tendenti
tortum.

i
dormontacus
liberatus.

L sinistro brachio ejus cecidit: deinde post anni circulum in Roma, in ipsa crypta S. Petri ferrum quo praeceps erat, nihilominus cecidit. Cum autem iterum Romam peteret, contigit, ut infirmitate valida illuc deprimetur: cumque in ipsa agitudine vita ejus desperata fuisset, quidam in specie Sacerdotali per visionem apparuit ei, dicens. Surge, vade, atque sepulcrum S. Ludgeri quondam Episcopi Saxonum Fresoniensem perquire; et illuc, Domino misericordia, pro meritis suis sanitatem recipies. Quia visione exulta confessim de infirmitate, qua deprimitur, absolutus est. Adhuc tamen ferrum brachium ejus dextrum, ut pridem, fortiter strinxit; et ita consompti carne nervisque, ipsum etiam os eodem ferro tum valide procinctum est, ut omnes ejusdem dexteræ digiti, praeter pollicem et indicem, rigidi ac debiles remanerent. Erat enim memoratus miser juvenis, et ideo ad argumentum doloris sui, carnes ejus et ossa in tempore vinculorum suorum creverunt. Cumque mane somnium retulisset, ibidem statim multi, qui enudem S. Ludgerum in corpore viderant, et sancta ejus studia bene noverant, Romæ inventi sunt. Qui cum viam illuc emidi, atque locum venerandi sepulcri, ipsi juveni intromiscent; peracto longo itinero, ad memoratum sepulcrum S. Ludgeri pervenit g. Stante autem illo, nocte Dominica, prope idem saerum sepulcrum, eo tempore quo monachi illuc matutinas laudes Domino celebrauerant, ferrum, quod dextrum brachium cinxerat, repente dissiliens, longus Domini virtute projectum est.

2 In h[ab] Rupariis juxta ingressum silvie Ilmariithi, villa, nomine Budica, constituta est, in qua mulier quedam debilis habitabat, cuius brachium infirmitate agente inflexibile fuit; manu vero curvata persistente, ingeres palmae illius fortiter impingebatur. Quia cum diu haec patretur, memorati viri Dei Ludgeri funa ad mentem ejus pervenit. Cumque spe sanitatis sua ducta, ad sepulcrum ejus properasset; priusquam illuc pervenisset, in ipso itinere plenam corporis sanitatem ei Dominus, pro Sancti viri meritis, repente tribuit. Quia tamen peracto itinere, ad idem sepulcrum cum oblationibus sona, exultans, ac Dominum Salvatorem laudans, pervenit; et ita incolmis ad sua redit. Coblohius i venerabilis Comitis columus quidam in Saxonie, adolescentem filium, Wernundum nomine, habuit, quem malignus spiritus invasit, et tam vehementer vexare cipit, ut ad desperationem vita ejus perduta esset. Cujus mater haec dominam sue, uxori scilicet Vobonis, sollicita per montium indicate studuit. Illa vero confessim mandavit ei, dicens. Si nullus filius tuus vivit, fac eum elebori, et statue illum contra viam, que ducit ad ecclesiam ubi S. Ludgerus sepultus est atque ad saerum sepulcrum ejus te eum adducturum, Deo favente, promitte: et credo, quod pro ejusdem Dei famulis meritis a Domino sanandus sit. Cum ergo mater pro eodem semivivo pueri, juxta praeceptum domini sue, vota perageret; contumac in eodem loco, et in eodem momento, diamente expulso, plenum sanitatem accepit. Deinde secundum sponsionis votum, ad memoratum viri Dei Ludgeri sepulcrum sams a matre perductus est, sumusque redit, atque in vadens quam neceperat sanitatem, Domino largiente, permanxit.

a. *Fresoniensis Borcken interpretatur Browerii in margine addit. Barothen pagus vulgo borch. Poeta rhythmus Borodifra, — b. Idem Vachobium nomen. c. Browerii in margine notat vulgo Almohy dies. d. Noster, inquit Alfredus, quia Episcopus Monasterium subebat in tempore Werthian. — e. Magdeburgi videtur eis esse quos Velleius Paterculus Munitus vocat lib. 2 num. 105. Immaturus Marcellinus lib. 20 num. 22 de Julianus Caesar agens in Iudicii, inquit, Germanie secundum egressus... Ubriacus Mose oppido propinquabat. Iudeo exiude*

transmisso, regionem subito pervasis Francorum quos Athuatis vocant. Hos Werthianus vicinos facit Poeta rhythmus. MS. Budic, Bettuariorum legit. — f. Apud Browerum narratio sic incipit. Quidam juvenis ex his quos circumdatos ferrum plerumque videlicet, ad nostrum monasterium venit — g. Norbertensis de qua 17 Martii. — h. H[ab] Ruparia faste Ripuariorum h[ab]cse (quotum aliq[ue] metropoli) et Colonia Chorium et Rhenum docet. I. Nec non. In Rupariis, inquit, iugos ultimæ regionis locis. Poete rhythmus.

In Rupariis, ubi Silva incipit
Bemertha, est locus Boedike vocatus.

i. In mo. MS. Roldonis legitur.

ANALECTA

De miraculis S. Ludgeri.

§ 1. Ea quibus vitam et mortem Sancti honestam narrat Anonymus Coetaneus Fiso, in Actis a Browero editis e MS. Fuldensi.

Ludgeri merita multifarie suo Deus pandit testimonio; et gloria et honoris, quo enim Deo fruicitur, plurima ex signis salutaribus indicia constant: tot enim salutes ad ejus sacri corporis locum infirmi sepe resupinserunt, nec non et absentes in suis necessitatibus ejus opem ita frequenter experti sunt, ut haec enumerari impossible sit, et scribendi exceedant modum. Verum ex plurimis paucis, si quis ea nosse volnerit, in parvo collecta habet opusculo, quod huic codicis subjunctionis, in quo quis vel unde soerit, nec non vita et actuum ejus aliquantulum exigimus memoriam. His vero fere modo expositis, quo per Alfredum scripta fuere, usque ad zelum Sancti, ne ad Nordmannos fidem ipsi prouidentur aharet, a Carolo Magno imputidum; iugenti lacrima habat MS. Fuldensi, et fere Herthianus secuti paulo magis distinxerat: na ergo habet.

2 Verum Ludgerus, quamvis cuncta hujusmodi opera occultare vollet, non tamen Deo hoc revelante usquequaque efficit. Villa est in Saxonia, in pago Sudergo, u. Alna nuncupata: ad hanc, dum parochias suas circumire die quadam sedente eo ad mensam, audiebatur pauper clamare foris, anxie oliscentis, ut Episcopus cœcum hominem respicere dignaretur. Festinavit Diaconus, cuius id erat officium, putans unum esse de pauperibus, qui stipem petierit, sumensque panem et cibum, porrexit illi. Remuit ille accipere, alind sibi dicens magis esse necessarium. Deserebatur potus, ille, ne hoc se velle, respondit, nec propter stipem petendam venisse; sed ut ante Episcopum intromitteretur, ut caeco homini subveniret. At Diaconus non intellecto quid postulaverit, dimisso illo, in dominum regressus est. Porro ille cum foris relictus iterato diu clamore vociferaretur, tandem circumspicens Ludgerus: Quare inquit ad Diaconum, tandem vis dissimulare quod andis? Qui respondit: Detuli illi cibum potumque, sed ille nihil horum erat. Numnum, ait, da ei. Quid enim ferisset, et hoc nihilominus sperneretur; jussit eum Episcopus ad se introduci. Dum introductus eset, ait ei: Quid, frater, habes? quid est, quod expetis? Ille respondit: Fas, ut videam, obseruo te, per amorem Dei. Videas, inquit Ludgerus, per amorem Dei! Et mirum in modum, cum hoc non imperando dixerit, sed tantum miratus petitionem, similia verba responderet, statim ille vidit: iussusque accedere ad mensam, letiter comedit et bibit, ab initio in viam sum.

3 Pergebat autem veracissimi viri de discipulis ejus, quod quidam tempore, dum ad h[ab] Comitatum pergens, per provincias, qui Hassi dicuntur iter ageret, per orationes ejus homo mortuus revixerit. Qui scilicet propter fortunam caballorum Widikindi

^g
topidius
obrurum
suscitat:

Saxonum

EX MS.
FULDENSIS.

k
et extirpanda
qui in
commodabat
sila

A Saxonum Ducis, buic morti adjudicatus sit, ut in campo ad stipitem ligatus, jactatis in eum sudibus acutis et lapidibus necaretur. Quod dum factum esset, corpus exanimé in campo relictum est. Veniens autem Ludgerus secus locum, et comperto quod Christianus fuerit, mittens ad Widikindum impletarit ad humandum corpus. Dehinc diserpta totius corporis membra, pallio colligi jusserit, et inferri in tentorium sumum, donec humano corporis sepulcrum pararetur. Dum ad horum ventum esset, ut elatum de tentorio in fossam ponereatur, juxta stante Episcopo: Efferte eum, ait, tumulo: namque illi spiritus inest. Qui dum elevatus esset, respirare coepit. Et iterum illatus in tentorium, oblatu potu resuscitabatur, ligarique jussit Antistes vulnera ejus, et in tempore parvo convalevit. Stat adhuc in eo loco lapidea crux, in monumentum miraculi ejus ab incolis erecta, et ex nomine ejusdem viri, qui Buddo vocatus est, canopus ille Buldonfeld usque hodie nominatur.

c
reō suspēso

B 4 Oppidum est in Saxonia notum plurimis c, Meppea nominatum, in cuius vicinia dum Antistes sanctus, Frisiam pergens, deveniret, aspergit non longe a via vulgi concilium die Dominicā congregatum. Divertit illuc, volens cognoscere, quæ causa būjusmodi conventiculū existaret tali die: viditque in colle, quem circumvallaverant, reo cuidam suspendū preparari: accedensque propius, affatus est eos, blande postulans sibi concedi hominem; aut si necesse esset eum interfici, hoc eo die non facerent; magis ipsi ad ecclesiam Missas audire convenirent. Cumque nihil horum a rusticis impetrare posset, contumeliosus insuper verbis Clerico insultabutus (etenim ad suam parochiam locus ille non pertinehat) vix obtinere potuit, ut parumper cum homine super ejus penitentia se permetterent loqui. Factum est hoc: discussit Antistes, et homo in patibulum est suspensus. At vero vespere illius diei, cum Episcopus itineris sex ab eo loco millaria peregrisset, manens in villa, quæ vocatur d Asconthorp, enveniens homo ille, quem paullo ante suspenderunt, ad pedes Episcopi procidit, corruit, mirantibus ac seiscitantibus, quomodo de eo gereretur, rem taliter pandit: Dum ego, inquiens, Episcopo inde digresso, sursum in patibulum traherer, videbam duos incredibilis decoris viros, a latere Episcopi equitantes, aliquando cum eo pariter loqui. Dehinc post paululum alter festine rediens, nescio quid mihi pendiendi supposuit, super quod firmiter stans, cruciatum non sentiebam, donec dispersis his, qui me suspenderant, et ad occasum vergente sole, me idem ipse deponeret. Depositum jussit ocyus iter vestrum sequi, et pro concessa vita sacro Antistiti gratias agere, quam ipse dum a fato contempneretur, a Dominō impetravit: addiditque se nullo pacto scire posse, qualiter post virum Dei tantum via spatiū in momento percurverit. e Ferunt et alia multa miranda venerabiles viri de discipulis ejus, a B. Ludgero gesta vel dicta, quæ cuncta ponere immoderioris fortus prolixitas videlit.

d
viam teruat,

C 5 Praeterea monasterium, quod in honore sanctorum / Reliquiarum, quas ab Apostolico acceperat, olim construere decrevit, ubi posset construi, agnita maritimaru[m] regionum futura desolatione, sollicite requirebat. Imo autem loca construendis apta monasteris videbantur, unus in g Witlunudi, juxta fluvium Isla; alter, qui Ad-Cruces dicitur, secus fluvium h Arnapa. Sed divine præscientiæ voluntatem super his demonstrari sibi devotis jejuniis et orationibus deposcebat. Unde dum ad locum quem juxta aminem Arnapa eum elegisse diximus hyenis tempore veniret, crucem ligneam jussit eo in loco erigi. Et ipse solus coram sancta Cruce in nive maxima, duri

frigoris et longæ noctis patiens, prolixas usque lucem in oratione duxit vigilias. Prōinde divina revelatione monasterium ibi esse non posse cognovit, sed locum in salu quodam juxta fluvium i Rura, fundando monasterio ex Deo fore præscitum. Quapropter dum suæ vie comitibus, que divinitus cognoverat, referret, ad promissum a Deo locum properavit, et cum possessore ejus locutus, locum illum data terra alia comparavit. Post haec autem, cum ab occupationibus variis liberior factus, tempus huic vacationi aptum inventire potuit, assumptis secum, quos huic opere necessarios scivit, ad ipsum denuo locum profectus est.

E 6 Erat ibi k sarculum quoddam arborum opacitate et silvarum densitate undique conclusum: ibi fixis tentoriis, mane primo arbores diruere, et locum ponendis aediticis expurgare, si qua facultas daretur, disponebant. Quod tamen illis fieri posse omnino impossibile videbatur. Unde et heutum virum a sua intentione penitus revocare studentes, dixerunt, incredibile prorsus videri, illum unquam locum habitabilem fieri posse: quoniam arborum densitate et ramorum obdictione, cœlum quoque ipsum absconderetur. At ille spem suam in Domino ponens, quæ hominibus, inquit, impossibilita sunt, Deo possibilia sunt. Ita nocte ingrante, cum temperius ad vigilias nocturnales surrexisse, post peractum officium se cubitum denuo receperunt. Cumque jam omnes dormire putaret, silenter exurrexit, et tentorium egreditus, paullulum orationis gratia secessit. Sed quia quidam ex ejus contubernio Clericus, nomine Thadald, eadem hora vigilavit, ipsum confestim foras exemum secutus est. Quod mox vir Dei cognovit, et paullisper quasi pro hora inspectione substitit. Deinde tabernaculum ingressus, eum rursus obdormientem præstolari caput. Quod cum fieri pufaret, rursus exiit. Sed eundem iterum Clericus, quem diximus, pedentem subsecutus est. Ita secunda quoque vice, oratione ejus intercepta, Clericum stratum sumu[m] repetere, nec ante lucem surgere præcepit. Ipse quoque, ut ejus curiositatem eluderet, sese cubitum recepit. Cumque aliquandiu expectaret, et jam neminem vigilare suspicaretur, tertio exurrexit, et egressus, sub quadam se arbore in oratione projevit. Verum enim memoratus Clericus, eum contra auctoritatis suæ præceptum sequi non auderet, et omnino quid agere vellet, explorare intenderet, papilio juxta lectum suum elevato in oratione positum vidit. Erat enim nox, luna et stellis lucentibus admodum clara. Cumque diutissime orasset, et se per spiritum auditum a Deo cognovisset, tentorum cunctis, ut putabat, ignorantibus repetivit. Mutata illio cœli, quarum tunc erat, serenitas, obscurata luna, obducta astra, et ventis hinc inde exsurgentibus tempestas nimia subsecuta est. Culebant annosa circumspaque arbusta, et eum magno licet omnium timore, ipsa elementa simul Dei anilitabant. Nam cum dilucido exurrexisse, videbant silvam hinc inde eratam fundando monasterio locum satis amplum dedisse, et arbores passim jacentes, sufficientem lignorum ad aedificationem copiam præbuisse. Rari quique frutices, et arbusecula minores derelictæ sunt, que ab operariis facile vel extirpari vel præcidi valerent. Unde S. Ludgerus cum die iam clara suos reliquo operi instare hortaretur, eos percutiari gratulabundus caput, anime adhuc cœlum se ex illo loco crederent conspecturos.

F 7 Mane ex arboribus, quas intra spatium fundandi monasterii corruisse diximus, una solu[m] non diruta remansit, sub qua eadem nocte vir !Dei oravit. Sub hac, sellula jam luce clara posita, suos ad operandum predicti locum surrepulisse i venit

nocturna
oratione
ventus
impetrat;

gutbus dejecto
arbore præter
unam omnes;

EX MS.
FULDENSI.

A venit. Quem inter mutua que habuerant colloquia, ipse interrogavit, quid sibi de illo loco videretur, utrumnam eum monachorum collegio congruum arbitraretur. At ille vultum ejus solito clarorem videns: In vestra, inquit, farie video, hoc opus sine Dei voluntate non esse inchoatum: locum jam olim a Deo electum opportunissimum divino servitum futurum. Quae ejus responsione ipse delectatus: Gratias, inquit, habe, quoniam secundum voluntatem meam locutus, benevolentiam, quod solum bona potest, tuam ostendis: ceterum effectus in Dei est potestate constitutus. Illud sane te nosse volo, quod tamen aliis, me vivo, te publicare interdico, in hoc loco me diem judicij expectaturum, et corpore exutum me, ubi nunc sedeo, monumentum habitum. Ita Clericus arborem, quamdiu ibi stetit, diligenter observavat. Sed cum postea in usum ecclesie que ad Occidentalem ejus partem construebatur, praecisa esset, lapidem in eodem loco, nullo alio sciente, pro signo infodit: qui ibidem, cum postea sepulcrum sancto viro foderetur, inventus et effossus est.

B 8 Erat S. Ludgerus in Scripturis sanctis eruditissimus, tamque ardenter alios erudire gestiens, ut propter publicas praedicationes, quoque in me discipulis suis per se tradiceret loctiones, ipse nihil extra faciens, quam quod in Scripturis faciendum inventit. Cavens autem ne sibi nomen inane ficeret, omnia temperate facere curabat. Superstitionis vestrum vilitates non amavit. Simulabrum in verbis et gestis corporis sanctitatem exosam huius. Vestitus optimis ac suar personalis congruis vestimentis, indebat: cilicium tamen ad carnem, nullo nisi familiacissimo sibi sciente, jugiter portans. Carnium etsum certis temporibus non remittit: satiatur tamen illum cibo vel potu discipulorum suorum nemo unquam vidit. Invitatos ab aliquibus ad convivium, ipse mixtitudines et pauperiores invitans, innatis non seddit ad epulas, sed inter sermonandum vel iorandum, opportuna semper verba capiebat, quibus totas sermonizationes illas ad audiendum vertobat dedicationem: sublata autem mensa et laudibus dictis, vix parum supercedit, sed ex eius de domo illa, secretarium enim suis aedes ad legendum vel orandum intravit. Panispernitas quibuscumque hominibus omnibus modo erat affabilis, secundum Apostolum, omnibus se conformans et aptans, ut omnibus prudesse posset. Et dum bonus omnes honoraret, contra superhos divites Episcopali auctoritate rigidissimus erat. In angustis positus, vel sollicitus in tractandis majoribus rebus, hoc statim exordium sumere mora huius. Sacerdotes Missas celebrare monet, religiosis viris vel feminiis orationes mandat et jejunia: invitit ad agapen egentes et miseros: pauperum exposcit preces: et sic in omnibus gressus ejus a Domino dirigebantur.

C 9 Omne censem, qui in hereditate ejus propria, vel in Episcopio colligebatur, mox distribuere studuit, nihil omnino, praeter solum necessarium usum super augustinioribus adiulis vel ambitus ministeriis curans. Quapropter cum a quibusdam Regis Primitiblos quasi stirpator Episcopii crimineatur, et qui nullas aedificiorum honestates, nec ipsis ecclesiis congruas metallorum ornatus preevidere scierit, glorioissimus Imperator ad audiendum eum invitavit a. Unde dum vociosi, incansionem juxta padalium accepisset, mane primo ad eum Imperator Culbiensario missus, ad sumum jussit venire colloquum. Forte tunc Antistes, dum consuetudinariis ex more psalmis et orationibus instaret, dixi Culbiensario ut procederet, se mox divino peracto officio secuturum. Dum secundo et tertio nuntius venientibus illo ab incepto non moveretur opere, accuratores ejus occasionem se invenisse letati,

Aejus de me sumerent ultiōnem. Quidquid igitur de ipsa Sanctus dixit. Fratres, verum est, et merito ipsam contempsit: quia multas animas, non laicorum dumtaxat sed et monachorum, in perditionem prostravit. Evidem non destiti, suadens et ut finem faceret nequitiae suae: verum illa quidquid dicerem pro delirio habens explosit, neque prima tantum sed pejora etiam repetit opera. Atque his inter nos dictis recessimus ab invicem unosquisque in viam suam; post tempus autem breve iterum ad Sanctum adiens, inveni ibidem predictam matronam, quam interrogans de monacha illa, didici quod scelioribus etiam peccatis insisteret, aucto amatorum priorum numero: ideoque predictionem Sancti miratus, glorificavi Dominum, novissimum hisce diebus ejus nostris ejusmodi luminare mundo exhibentem.

a Arbitratur Combebis illa duo tempora esse S. Michaelis et S. Gabrieles, atque in eorum laudem esse compositionem sermonem Michaelis Syculi, quem ipse editit tomo 8 Bibliotheca Patrum concionatorum pag. 280. — b Accurate eodem Michaelis discretit Leo Grammat. pag. 460, et r. ea ab ali. Al. Constantinus Imperator in Vita Basili ari cap. 22 dextra ab hoc amore necem illius. — c Vitam S. Theodorox Auguste dedimus xi Febru. — d Azyzorum seu Regeneratio passim a Patribus et antiquis scriptoribus appellatur ingressus in monasterium

B CAPUT V.

Narrantur miracula varia in ipso et coram ipso Scriptore patrata.

Decumbebam aliquando morbo defensus, et adlocuto quo uti consueram medico, remedii quidpiam ex eo quererebam. Ille vero, expensis omnibus quae mihi acciderant, judicavit expurgatoriam potionem sumendam. Fuit id mihi perquam molestum, numquam enim istiusmodi aliquid sumpseram: cumque de Sancto mihi incidisset cogitatio, statui ad ipsum ire, et quod ei visum fuisse facere. Erat autem prandii tempus quando abi, et veniens cecidi ante pedes ejus, donec assurrixi jussus, et prope ipsum consedi istie nbi pauperes quidam: qui ante me venerant, simul vescabantur cum eo; qui manu tenebat allium viride cum frusto panis, sicut et ceteri pariter comedentes, nec tamen gravis allii odor sentiebatur. Hoc ego cum admirarer, ille mihi respondens ait: Numquid non ante tales horam praescripsit tibi medicus sumendam potionem properea quod aliquantum male haberet? accipe igitur et comedere ramum illum. Suiensque comedi ex eo quod comedebat ipse, qnanvis alium edissem numquam, gravem illius odorem non fuisse: comedens autem tunc nihil ejusmodi sensi, adeo ut mutationem illam admirarer. Deinde bucalium mero implens, tertio que consignans, jussit bibere.

34 In his eramus, quando veniens vir quidam pius par bueinorum calceorum obtulit, quos conspicatus pater-familias: Non, inquit, decete, Pater sancte, tales gestare; mihi autem peccatori convenientissimi essent. Reposuit Sanctus: Dimitte illos in loco suo, quoniam alios non habeo. At rursus ille: Tibi, Pater, Deus subministrabit alios: hi enim ex manibus meis deinceps non tollentur. Ait ad eum Sanctus: Vere, Frater, septem paria calceorum habes, et non sufficiunt tibi, sed venisti ut unicus pauperis sensis auferres. Scin' autem quid tibi ex hoc eveniet? Quia hos per vim aufers, tuorum calceorum par optimum amittes. Abiit ille aereptis calcis et verba Beati contemptu habens; sequenti vero die lavandi causa ingressus in balneum, quod Sanctus predixerat ipsa didicit experientia, atque ex illo magis eundem admiratus ac reveritus est. Ego porro, qui alium, ut dictum est, comedebam et tria baualia exhauseram, quandiu quidem apud ipsum fui quietem habui; statim vero ac domum redi totis corpori commoveri visceribus, et

redeuntem ad nares fetorem allii nequaquam ferens, concutiebar vehementer: itaque in anxietate constitutos per istas ventris contorsiones, tam copiosa facta evacuatio est, ut araneæ adinstar exhaustus debilisque essem: et intra breve tempus convalescens a morbo, glorificavi Deum, qui per Sanctum suum milii tam facilem et tam citam contulerat sanitatem. Ex eo enim die numquam vel caput doluit, vel aliud membrum annis quindecim jam elapsis.

35 Caupo quidam Sancto familiaris, videns presum ire res suas, venit ad eum; rogans et supplicans, ut in dominum suam dignaretur venire. Qui cum venisset, exceptit illum discrete, ut decuit, multos ad prandium pauperes convocans. Sequenti vero die ait ad Beatum: Non desinetur sanctitas tua etiam vinaria meam cellam intrare, ut istuc et vasis et vino, nobis autem imprimis benedicat. Comitantibus autem amicis quibusdam, et viro indicate cados suos ut eis Sanctus benediceret, facta oratione benedixit cunctis: ad unum vere vas eum venisset, capiens metretas circiter quindecim, dixit Caupon: Ecce, Frater cadis tuis omnibus benedixi: hunc vero debeo continuere. Ille vero: Nequaquam, venerande Pater: sed et huic benedicito, ut prosperetur: video enim rem meam omnem abire retro, dum sub debili languore impotens satisfacere creditoribus, et propterea vereor ne extremam in paupertatem deveniam. Respondit Sanctus: Et ego novi bac omnia, nihilominus eadum istum conterere debeo, ut a magno te periculo eximam, propterea enim adveni. Rursus vero caupo: Caput meum contere, tantum iste ut salvus maneat.

36 Duinque ita deprecatur, videns baculum Sanctus, sustulit in celum oculos, simulque baculo feriens vas confregit et statim ex illo communio vimini orante effluit. Quod violentes qui cum capone aderant, intra seipso convitia faciebant Sancto. Hic vero istum eorum sensum cognoscens, ex iis qui forte ad manum erant calamis unum accepit in conspectu omnium, et extraxit serpentem longum quasi cubitis tribus, turgentem tabo et intolerabili fure gravem, et ait ad illus: Ut quid, filii, succensetis mihi in cordibus vestris, quasi perperam aliquid egisset: videte prodigium magnum: quan multi creditis ex illo mortui fuisse? quantas in angustias molestiasque incidebant hujus causa delmisset infelix ille! Numquid jam non rem optimam egisse vobis videor? Et priuiciens serpentem ante oculos eorum, sessum exivit ex apotheca. Illi autem præcedentes ad pedes ejus, postulabant ignosci sibi quod contra eum murmurassent. Tunc inquit ad eos Sanctus: Moderator et cognitor omnium Deus, et huius et omnium peccatorum vestrorum remissionem vobis largiatur: sed videte ut nemini manifestum fiat; usque dum a corpore absolvat me Dominus: ipse enim est qui per me servum suum indignatum talia operatur, ad vestram qui creditis in ipsum saltem. Ex tunc vero prosperatus est homo ille in negotio suo, et ait omne alienum dissolvit.

37 Alias iterum cum venissem ad Sanctum, inveni quemdam loquentem cum eo velut in parabolis: erat enim ei perturbata ratio a malis demonibus ipsi illudentibus, quasi esset in hac Deo dilerta urbe regnatus, quemadmodum ex scopo sermonum ejus intellexi. Volens igitur Sanctus eidem persuadere vanam esse mentis sue intentionem, utque ab ea desisteret et Domino adhaereret; respexit in me proxime sibi assidentem, cum antea intentos sursum jugiter habuisse oculos, meque divino quondam replevit gaudio, et anima mea instillavit nectar exultationis insuetus: adeo ut ore mox resoluto in verba, coepérimus dicere homini illi, non quæ sciébam ego, sed quæ suggerebat interna uincio. Cum

Infelicis
cauponis cados
benedicens
Sanctus

corum unum
communiuit,

sciens in illo
serpentem
esse,

Ex amentia
credent se
imperialum

et postea discul
in pejora
ipsam.

Gregorius
purgationem
praecipitam
horrens,

porrectam a
Sancio alti
partem justam;

audit futura
veraciter
predicentem;

et domum
reversus eloq
lactea sanctorum

Martii T. III.

85 igitur

ACTORE
GREGOR.
DISCIP.
sanctus sensus
redditor per
Gregorium :

cuius quid
diceret igno-
rantis linguan

Sanctus
moverat
eadem virtute,

qua hic occul-
tam Presbyter
cognitionem
exposita;

a

pueri infirmi
vitam, qualis
est futura,
praedicta:

A igitur protracto diu sermone dixisse ei quidquid a pueritia egerat, et locutus ei esset de Imperio quod animo suo fixerat; nullum scilicet ei deberi super terram, sed diabolicam esse istiusmodi persuasione: et potius convenire ei ut monachus factus per exercitationem spiritus regnum carorum con-equantur: Quando autem hic venit, inquit, non debes superbiens adstare: sed oportet te statim ab ipso ingressu provolvi in terram, et veneranda sancti Patris vestigia exosculari, et ejus expositulare orationes ut gressus tui dirigantur ad Leum. Hec et plura loquente me, compunctus homo profunde ingemiscerat, et lacrymis totus perfundebatur.

38 Cumque iam tempus moneret reverti dominum, assurgentem me secutus ille est usque in Phialam, ibique rogavit ut deinceps repeterem sibi que prins eum docueram. Verum abhita a me divina gratia, omnino que dixeram eidem oblitus, hoc tantum ei responderet poterit: Ne decipiare, Domine Frater, ego non novi te, neque quis sis aut unde, neque quid dixerim tibi scio: sed sanctus Pater noster Basilius ista tibi per me disserat. De eterno, carissime, quemcumque audivisti adimplere stude, et ex tuto cardine adhaere Domino, derelinquens vanas cupiditates tuas ut bene tibi sit et nunc et in futuro seculo. Itaque vale dicto discessimus ab invicem, singuli que nos separabat via abunde. Vir autem ille, ut et hoc die compendio dicam, monachus effectus, in montem quemdam inaccessum juxta Nicomediam ascendit: ibique in angustissima casula vitam solitariam egit, unoquoque triennio semel veniens ad virum Dei, acceptaque benedictione ejus rursus ad suam casulam rediens, post multas gratiarum actiones, quas Deo sanctoque Patri et mihi quoque peccatori vilissimo se debere prodiebat: ac denique praefare vitam fluiens, in parte salvatorum consumatus est, cœlorum dignatus regno, et vere beatus nominandus Cosmas.

39 Pene exciderat, quod nunc resumens dicere adiecerit. Cum aliquando assiderem Sancto, venit Presbyter quidam senex valde, oblationem simile et pomorum adferens; Sacerdos oratori quod sancte Matyri a Paresceva juxta Arcohindum extrellum est. Hie igitur ad Sanctum ingressus, cum super mensam posisset allata, conjunctus adstitit manibus deo-cri observans: ut autem sedere püssus est, simul omnes gustavimus Dei dona. Inter recessum autem suppeditabat in animo sui Sacerdos, quot chilos in poma expendisset. Cui sanctus: Quid meditaris, inquit, Frater de sumptu in poma facto? decem oboli C expensi sunt: ne quasque eorum causa labores. Sacerdos autem talia audiens obstupuit sane, multoque perennis timore glorificauit Deum, qui ejusmodi Sanctos etiam diebus nostris manifestavit.

40 Adhuc autem sedentibus nolis, ecce et mulier quedam, Theodote nomine, infantem lactentem ullius gestans ingreditur: erat autem honesta valde, et Virginis Matris, quae in Odegis colitur venerationi insistens. Hec Sancto ad pedes accidens, tradidit que mamib[us] fererat munera; et considerare püssa, quoniam illius ejus infirmus erat, oravit ut pro eo precareretur Sanctus, quoniam hunc saltem sibi concederet Dominus: quoniam enim pepererat alios, omnes quarto aut quinto anno iatatis defuncti erant. Cum igitur fleret puer et panem posceret, nesciens frustum panis Sanctus, subrulenti voltu ait: Quod illi pueru nomen est? arbitror Leonem dici. Deinde ad matrem conversus, Propter magnum, inquit, amorem quo afficeris ergo Deiparum semper Virginem in Odegis, sanum imposternum hunc puerum tibi concedit Dominus: et adulatu eum videlicet, bene institutum, monachumque et Clericum, ne multis præterea favoribus cumulaberis. Si quos

autem alios liberos gignes similia prioribus patien- D tur. Quæ audiens mulier et velut ex ore propheticō accipiens obstupuit, surrexit, adoravit: omniaque sic evenisse res ipse testantur, ut et ego ipsis oculis impie videns Dominum possem glorificare.

41 Alio rursus tempore cum sederem apud Sanctum, quidam ejus amicus ad ipsius aedeum postulabat benedictionis aliiquid, ut qui lengua iter esset ingressurus. At ille prævidens quæ ipsi occursera erant, Chelidon, inquit, fluvius, nescio quomodo, male mihi afficitur: si tamen Dominum invocavero per Basilium peccatorem, Chelidon fluvius parcat mihi. Hic verba cum frequenter in ore haberet, oculos intendebat in hominem. Nobis autem admirantibus etiam ille obstupescens: neque enim intelligebat quid nisi verbis significantum Sanctus vellet) accepit benedictionem, atque ita gaudens deinde se dedit in viam, ad partes b Orientis missus a Domino suo. Iter autem sibi hactenus inexploratum proseguens, etiam ad fluvium quemdam pervenit, qui vel solo aspectu vertiginem faceret intuentibus se, ut pote qui viginti milia latius esset, celeritate autem curreret tanta quantum nec aves volantes feruntur. Despecto nihilominus periculo viator audenter ingressus est: verum mox se auferri sentiens contremisit, et pro timore exclamavit: Domine, per precies sancti Patris nostri Basilii, auxiliare mihi peccatori. Vix ea dixerat, cum vidit Beatum ambulantem supra flumen, et aquis præcipientem: qui deinde arrepto per frenum equo traduxit hominem in ripam alteram, et continuo ab oculis ejus evanuit. Ipse vero glorificauit Deum, ei et Sancto ejus gratias agens: deinde progressus modicam, substitut in vicino quadam, violens quiete aliqua refocillari, quæsivit autem ex inquilinis, quodnam fluvio illi nomen esset: et audiens quod e Chelidon vocaretur, prædicationem Sancti admiratus est. Et vero instar chelidinis, id est, hæmidius fluxu sui fertur, multosque non bene notis abrupti in pernicie. Narrans autem habitatoribus loci quod in se factum fuerat admirabile opus, exxitavit eos in laudem Dei, per Santos suos tabernaculam miracula: et ipse prie omnibus in gratiarum actionem assurgens clamabat, Gloria tibi Domine, tibi sit gloria: unum rogo ut dignus inveniar iterum videre famulum tuum, et veneranda ipsius vestigia exosculari. Consummato autem ministerio reversus, venit ad Sanctum, et ad pedes prostratus agebat gratias, confitemendo et narrando coram omnibus magnum Ieiopus in se patratrum. Ex quo datur cognoscere, quam bonum sit quod habeat aliquis adjutorem Domini per intercessionem Sanctorum ejus.

a Celebrem collum habet S. Parasceve Martys 26 Iuli apud Graecos. In Oriente periles dicebantur Constantiopolitani distiques Itaz, id est Naturam quasi ~~z~~ ^z zeta delu. e. Influe est hinc locum assignare, possum circa lacum, padus et fontes Meandri statuendas est. Certe Strabo lib. 13 Geographia indicat Caium adiit Ieiou Phrygin est. Hic per Laodiceam, Apameam, Metropoliū Indus ibidem arbor. et Chelidonus ad monasterium inlum dicitur. Hic Lycaoniam describitur.

CAPUT VI.

Venerabilis tentatus ab hisque liberatus Gregorius, visionem narrat sibi de suo magistro oblatam.

V erum transitus fuit ad miraculum aliud in meipso patratum. Est mihi suburbannum quoddam in partibus Thrace; juxta castrum Raideustum, inquam: iturus igitur eo messis tempore ad colligendos, quos istuc mihi Deus dederat, fructus: adin ad Sanctum, volens comites et viaticum ad iter mecum sumere orationes ejus: hisque susceptis abii gaudens. Veni autem ad oratorium sancti Protomartyris et Archidiaconi Stephani, multoque ei tempore supplicans etiam

*iter facturo
bene precatus
submersum
periculum
indicavit*

b

*ex eoque
eripuit invoca-
calem se.*

c

F

*In Thraciam
profectus
Gregorius.*

eb inventam
in hospitio
zonam nec
reddam.

Iac. 3, 10

triplo major-
rem fortarum
facit,

et furor
Sancto appa-
renteurgitur,

deinceps im-
munitate tenue-
tione monetur

Potidae adul-
teria,

tuncque
mortuus pejor
filius,

A etiam haec adjeci : Sancte Protomartyr. Apostole et Archidiacone Christi Dei mei, ecce terra marique longam instituo viam : tu igitur esto mihi custos atque protector in omnibus. Sicut enim ego pro vi-ribus et promptitudine magna ministravi tuae sanctae et venerabili domui ; sic et tu secundum datum tibi a Deo gratiam ad sis mihi in quavis necessitate adjuvor atque provisor. Haec precatus prosecutus sum iter meum. Inveneram autem in domo, in qua fueram hospitatus, zonam aestimatam duobus circiter aureis, que erat filiae familias : quam requirentes eum me interrogaverant : ego vero diabolica inductione deceptus, negavi, intra memetipsum iniquus. Qui amicis illam multa bona posidet, et ego pauper sum : vendens igitur eam, pretium dabo egenis. Haec erat intentio (javat enim fati veritate) rem alienam detinensis. Confiteor autem peccatum meum : scriptum namque est confitemini alterum, et orate pro invicem. Verum attendite queso, qualia mihi evenerint enra Patris filios castigatis ac rursus misericordis eorum.

B 43 Cum ut ego, dictum est, cœpta item via, amisi aurela operculum, quatuor nummos aestimatum, deinde et cingulum meum unumquem duobus compraturum. Quemcum causat cum agro valde animo esse, apparuit mihi per somnum Sanctus, ostendens mihi lagenam contractam, et ait, Vides vas istud? Video, inquam, Domine. Tum ille : Si quis hoc suratus fuerit, quadrumplum tolletur ab eo, sive in hoc sive in futuro seculo, siquidem dives ipse sit : sin vero opes nullas habeat, quadruplo tormento persolvet debitu. Cui respondi ego, Domine, nihil ego a quoquam suratus sum. Ast ille : Sublata jocelle (et nomen exprimebat) zona, negas te suratum esse? Non suratus sum, impunis, sed report eam. Rursum ille : Scito, illi, quod si quis rem amissam tellens cognoverit, impunitus neque reddiderit ei, ut fur judicandus sit. Quis tu querens, quia seminum videntes reculas amisisti? oportebat enim interrogatum te recludere id quod alienum erat : quapropter cave in tentationem peccatorum incidas, et majores ponas dare compellaris. Nec enim sine causa retta tenduntur avibus : et satanas sit vestram perditionem, id est multa tibi custodia opus est. Haec ubi dixit, abiit a me. Ego vero ad subordanum ventens, negotium propter quod iheram expediti, et recordatus verborum Sancti quibus mihi distinete dixerat, dolebam et tristabar valde, recognoscens quod alienam rem inventam non reddidisse; atque ita non jam quadrumplum sed sexuplum amissum. Verum seruisticæ, re peracta, cogitabam : magis autem angelus animo propter alterius tentationis incursum iacobi indicatum, in quam penulo post meum.

C 44 Mercedarius quidam in suburbanum erat, Alexander nomine : hic imperi legitimo matrimonio sibi puerum copulaverat ; sed libidinis adeo effrenata, ut intra breve tempus omnes qui in circuitu conmorbantur viros magnis suis ad se perfrateret, nec esset qui contra eam os audieret levare. Quisnamque enim quoniamdeinde in eum impingere ausus fuerat, gravi continuo molestebatur morbo. Quin et virum suum, a quo fenerat ob sue malitiae impudentiam ex merito verborum, usque adeo debiliter per morbos reddiderat, ut ne muscas quidam posset a se repellere, neum prohibere quoniam ab irata quandoque, fuste vel fure vaporans, expelleretur et cœlla. Dicitur autem de matre ejus, quod avium volutus sistet, et cursus fluviorum impedit, et pecora pregrede non permitteret, et alia multa plurima exacerba, que nefas sit homini eloqui, perpetraret. Hujus projectum libidinem cum expressisset in seipsa Iaseriva illius filia, tamquam mali corvi madum ovum, pejora etiam quam illa faciebat. Nam si vel unum

verbū ipsi ingratum dixisset quispiam, eum viribus destitutum tribus vel quatuor annis affigebat lecto : si autem manus injecisset in eam, intra tertium diem letho dabat.

D
AUCTORE
GREGOR.
DISCIP.

hospitem
inimicis
nasci somnis
infestans,

45 Talis igitur cum esset nequissima illa, etiam contra me laqueos suos explicare tentavit, et velut aspis venenum suum affundere. Videns enim me in suburbanum versantem, noctu quidem immitebat mihi somnia et faciem suam mihi curabat per daemones oblijiendam ; de die vero ante oculos meos versabatur continuo. Quod si accideret aliquando ut ad flumen, modice ab habitatione remotum, accelerem lavaturn aut vitaturus æstimus ; pestis illa observabat me atque impudenter sequeratur. Et quoniam vere dicitur, non bene stuporauit convenire et igneum ; parum aberat quin mihi everteret rationem, cooperantes habentes nequissimos daemones, a quibus jugiter infestabat ; nisi memor verborum Sancti in sonno dicentis : Cave ne in tentationem prœorem incedas, sustinuisse me precibus illius roboratus. Cum igitur saepè decernerem illam contumeliosius a me repellere, vel etiam verberibus impacteris abigere ; verebar ne per beneficia ejus in mortuum caderem : rursus autem cogitationum astu et impiorum daemonum ab ea mihi inimicorum stimulis agitatus, quid agerem nesciam et mihi ipsi direbam : Si peccatum cum ipsa perpetrare consenseris, vali casum miserabilem, quod qui ad mulierem numquam accessit, ab ista nunc furia superatus infelix de statu mentis meæ dejiciar. Inter his molestias perturbato, quid accedit, quove modo res acta sunt? Victoriam retulit, qui sedus verus Deus est, Christus salvator noster : sumptu enim quodam tempore audacia, pugnis convitisque ipsam a me repuli, inquimus, O filia Beelschud si alias accedere ad me præsumperis, ego impiorum illud corpus tunni virginis in clementer exemplam. Constitueram namque intra memetipsum nullies potius mortem appetere quam per peccatum evadere dulcissimo amore Christi mei. Ab illo igitur tempore abstinuit a me impiora illa atque lasciva, et ab epis tentatione liberatus, gratias egit Domina.

46 Post dies vero aliquantos, eum testus esset vehementissimus, abiit in oratorium sancti magni Martiris Gregorii orationis causa, in quod festus dies, scilicet Dominicus esset : erat vero oratorium in mediis vineis. Ita autem orationem complevi, recubui super unum scabellorum tantisper dormitum. Cum ecce per somnum video nigram nubem ex sunno cœlo magno cum foctore descendere et supra me cadere, vocem vero audio sic dicentem : Accepit quod F
tibi preparavit Melitene : hoc enim inenarrasti nomen erat. Sensi igitur quod illa caliginosa nubes et supra modum frigida insinuaret et visceribus intinus, et a sonno exurgens, inventi meipsum graviter corruptem aegritudine, quam adultera illa mihi immiserat, quia non consenseram spernitus illius. Inde autem recedens miser gravi cum genito domum reversus, lecto mentitur, neque ipsam corpori aconsuere peccati, sed ei Sancto succensore, eo quod tale factus permisisset in suo oratorio patrari. De die autem in diem aggravatus morbus iam usque ad mortis portas me deduxerat ; quando subito in me irruit ardor igneus, qui omnia membra mea instar calamorum deposcens, plane visus est intolerabilis et qualiter humana mens capere cogitatio non posset : exaggerante vim morbi adulteria, ut reor ; quam nec sustinere valens, surgebam et ingitus eurrebam, ut vel arboris umbram vel fluminis undam reperiens, de loco in locum uberrans, si forte refrigerium mihi obtingeret aliquod. Quin etiam aquis meipsum immergere sufficiendum cogitabam, non patiens cronicatos acerbitatem : qua etiam urgente exclamabam, O violentiam! o tempestatem que me involvit! quo proxime
ad mortem
adducet
dies.

VECTORE
GREGOR.
DISCIP.

per sonnum
se videt in
vite mortisque
continio
constitutum,

a S. Stephano
cui se Con-
stantinopoli
discendens
commendatur)

edocetur
preces, quibus
recitatis
reddendus fit
sancti;

coque recepto

A si talis est gehennæ ignis, melius omnino esset homini natum non esse. O acerbum dolorem! o acerum flammam qua succendor! Quid multa? homini nullum agnoscetam, colloquium nullum admittetam, nox una prolixior annis quadraginta videbatur.

47 Deinde autem quid? Video meipsum velut sub humo profunda positum, et voraginem profundissimam, enjus altissima essent latera ad Orientem et Occidentem. Ego vero ad latum Occidentale consistens, eopi pallatum deorsum rapi, præcipitandus in illius voragini horrendum chaos. Corruptus igitur timore magno, neque per vertigine valens consistere, recordans sum Sancti Martyris Stephani et graviter suspirans, dixi: Sancte Martyr, haec sunt orationes quas in Urbis egressu tibi genuflexus fudi, et quibus supplicavi, ut auxiliator mihi essem? Ecce habeo, et non amplius me videbis: neque enim ex nomine tibi serviam unquam: probe enim novi quia ad portas mortis jam appropinquavi. Conspecti etiam trans torrentem velut raudum alterum terrenis linguis inexplicabilem. Cum igitur Sanctum invreassem, ecce etiam ipse mihi adstitit purpurea in tunica, atque ad me: Qui vales, carissime! equid paters? Ne mihi succense, non enim hic aderam, sed visitabam aedes quas habeo per orbem universum, sicut et reliqui Sancti: nunc autem, eu adsum. Ast o impios et magos! Vides quantum nocere possint infestissimi illi. Hoc pertinet? Hoc loquente Sancto, ferrebat ego in profundum voragini: interrogavi nihilominus quemam essent haec latera et quae vorago. Ille vero mihi respondens, ait: Hi sunt mortis termini, vorago autem est ea quam transirent multo cum labore morientes coones, donec in adversam ripam evaserint, trans quam via est in alterum ducens mundum. Hoc enim itinere defunctorum animas incedentes ad vacuum evadunt, atque ex illo mundum istum infinitum despiciunt, in quem omnes abire debent parvi atque ac magni, rationem reddituri eorum quae gesserunt in vita. Tunc ego ad Sanctum: Ergo ego quoque, ut video, Domine mihi, morituros sum? Qui respondit: Quid enim expectes alio postquam huc adductus es?

48 Profundum igitur intensus genitum et vehementer ejulans. Non ita, inquam, Domine mihi, non ita mihi contingat modo: needum enim haec prestolabar. Sanctus vero: Verba ego quedam perasibo, quibus Dominum deprecabis, et mihi te vendicabo atque ex hac necessitate, ernam manus porrigenas adjutrices ut inde cunctis. Cumque ego requirerem quoniam essent illa verba, per quae esse liberandus; contextum orationis, sacrum quendam horrendum incutientis, et Cherubim atque Seraphim onnesque supercolestes virtutes complectentis, recitandum præscripsit: quem ut memoriae commendavi, studi ex terrible illo testu atque inscrimata, quae tota habundante me tenerat, relevatus sum, et media noctis tempore, luna purissime lucente, conversus ad Orientem, emota quae Protomartyre docuerat sub iurisjurandi formula recitavi Domino. Et rursus demersus sum in illud terrible chaos, unde et emersi: iterumque conspicuus mihi sanctus Martyr, requisivit nam fecisset omnia quae præcepervat. Cumque dixisset, Feci Domini: ille me apprehensum per maniem dextera mani violenter trahens per neclive, eo deinceps unde dejectus fueram, neimpi ad trepidandum verticem illius lateris, quod est ad Occidentem, dixitque ad me: Ecce haec temus ab inferno mortis abstractus es. Nonque inventus sum in quodam admirabilis atrio deambulantes. Quia autem præ imbecillitate non poterum prægredi, Protomartyr divinam quandam suavitatem spirans, suum mihi humerum supposuit, Stringe, inquiens,

ambabus manibus collum meum et ego bajulabo te, D atque ita pergeremus.

49 Progradientibus itaque nobis hoc modo per atrium illud, invenimus cados lapideos innumeros, singulos capientes metretas centum, ducentas vel etiam quadragesimas: erant autem omnes albi velut nix, pleni atque innati bitumine quodam confecto ex mastice: obsignati item et superne inscripti quod metretas singuli eorum caperent. Ego his visis obstupui, ignorans utique quid intus haberent; dixi que ad Sanctum. Cujusnam est hoc admirabile atrium, Domine mihi? quænam deinde haec vasa, et quid ea continent? Respondens vero Sanctus ait: Sancti Patris nostri Basili, qui te sibi adoptavit in filium, istud est; vasa vero oleum continent spirituale divinitus ei datum, quo peccatores ad se confugientes perungit, expurgans eos a sordibus delictorum snorum et Dei filios esse docens: multas enim annas a satana fauibus liberavit; et arbitror quod in ordine Apostolorum habeat eum Dominus, ad quem nos quoque nunc proficiscimur. Adhuc colloquentibus nobis, ecce adest ipse magnus Basilus in occursum nostrum, velut e spirituali thalamo egrediens, ad quem Protomartyr: Siccine, o Pater Basili, carissimum filium tuum Gregorium, ipso vadimonii praestandi tempore, deseruisti? Crede, nisi ego subvenissem, forte jam mortuus esset. Respondit Sanctus: Videbam te, Beate, cum ipso esse et ideo ipse adire eum distulsi. Verum nunc, si placet, perfertam in eo faciamus misericordiam. Tum porro gradientes ambo, incidimus in fornicem quendam tenebrosum; quem subenites, nihil vidimus, cum ubique obscuritas profundissima esset: sed mox ipse Sancti vultus instar solis resplendebat. Tunc inquit ad me sanctus Protomartyr: Vides quantum gloriam quantumque decorem pater tunc spiritualis habent? Vere majorum luminarium unus est.

50 Agite, exceptit Sanctus, omissis tantisper colloquiis, videte ubinam delitescat Idraco (et digito monstrabat eum) qui paulo ante tantum non occidit filium meum. Et vidimus super terram murem terribilium magnitudinis tantæ quanta est quadraginta mensurarum a arc. ;..... b qui ut nos vidit, nequaquam expavit sanguinarius; sed quietus sedebat, limina in nos obvertens. Cumque consternatus ego adstarem, inveniens Sanctos lapidem maximum velut librarium triginta, enucleam manu utraque sustulit, et Domini potentiam invocans, dimisit in illum. Adhuc autem nunc obstupescito me, inquit Sanctus: Tollite lapides etiam vos ipsi, et lapidate eum. Ego igitur ab immensam letitiam et animi exultationem prompte admodum lapides mittens, ait ad Protomartyrem: Domine mihi, nun forte hoc est quod quidam dicunt: Ego et Martyr Georgius impiorum spiritum ex tali ejeciimus; alii vero contra oligiunt: Ille quidem ipsum expulit, vos vero spectantes adstatis. Certe prorsus affine quid fecit venerabilis Pater mens, uno enim lapide pestiferum illum occidens, postquam ille expiravit, jubar nos eundem lapidare. Respondens autem Sanctus dixit ad me: Ecce filii per intercessionem Protomartyris in nomine Domini Iesu Christi sustoli inimicum tuum: et ex nunc nunquam prævalebunt tibi adversari tui.

51 Ille cum diceret Sanctus, ex improviso inventi sumus in Urbe regia in templo ipsius Protomartyris: in quod priusquam ingredieremur, audiimus concordum elegantissimum puerorum aliquot, gratiarum actionem Domino cantantium. Sanctus itaque una cum Protomartyre ait ad me: Ecce per Christi gratiam sanus factus es; ingredore igitur et tu in templum istud, in quo prius solebas ministrare, et cane tu quoque eucharisticum melos omnium

vissim
adduct in
altrum
S. Basili
meritis deca-
natum,

E
ipsiusque ibi
habere
obrium,

e' draconem
mali totius
causam

a b

ab edem
occidi,

sequi sanatur
Constantino-
poli vesti:

ACTORNE
GREGOR
DISCIP

et salubriter
monitum
dimittit a se.

Annum dominatori Deo et misericordiam suam magnificanti super te. Et ego continuo genu flectens defensoribus et benefactoribus meis, ingressus sum psallens in hunc modum: Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? etc. illius psalmi. Quae etiam canentes juvenes illi formosi et venerabiles symphoniaci, exultabant propter me dicentes: Veni carissime, collatemur in eo. Inter haec verba cessavimus a visione, atque mihi ipsi restitutus obstupni spiritu, meque per Dei gratiam reperi perfecte sanatum: sumptusque miei satiatus sum, et suaviter obdormivi. Paullo autem post experrectus coepi scipione suscitus amillare: deinde, et quidem brevi, consensu navi in regiam urbem remeavi, barrans et annuntians omnibus que acciderant mihi, et quomodo me Sancti orationibus suis a morte acerbissima liberarant: quotquot autem ista audiverunt, glorificaverunt Deum super insperata men salute.

a Notavit Combebis Medium atticum, qui chancies 48 capiat teste Sicut, hic significatur iudicii — b Seguantur voces aliquot aliis quibusdam que adi uti diribuerunt amissis, nullum solum sensum habentes, de quibus ad Graecum testum forte dividimus atque.

CAPUT VII. B Mors a Basilio predicta, sepultura, miracula.

Porro priusquam ex Thracia redirem, deliberaham unum impudicam illam et in eis tollerem: verum cohibus animum ita necum loquens. Anima vilis, nesciu' quod scriptum est, malum pro malo non retribues: relinquamus igitur anima celesti iudicio. Itaque decernens necum et quod animae erat utrius statuens in regiam, sic ut dictum est, revolavi: et ante omnia abn ad divinum Protomartyris templum, ibique persolutus precibus, statim ivi ad Sanctum, nisi quoque debitas gratiarum relatuus actiones. Vir autem Dei, venerabilis ut Enoch, Elias secundus, et novus Abraham, ut me conspergit vementem adeoque atritum a morbo, totus suffusus est lacrymis. Et bene, inquit, veneris, mihi, imo Christo, carissime fili. Consedimusque et aenigmatis enarrare copit omnia que acciderant mihi. Ego vero audiens contremui, quia videbam nihil ipsum latere eorum, que facta essent.

53 Ceterum, fili, inquit ille, vade in pace, reverens in domum tuam: non enim oculis carnis tuae corporaliter me videbis amplius in hac vita: atque his dictis circumfusus mihi hilariter et amice osculatus est. Ego autem qui ante hunc sermonem admonitionibus ejus intendebam reverenter, velut ex ipso Dei ore profectis, et oculos in terram modeste defixeram; ut audiri quod non essem ipsum amplius in carne visurus sicut antea, in subitum prorumpens ejulatum, magnoque luctu consternatus, exclamavi: O Pater optime, quomodo te potero separari? quem vero habebo tuo loco ducem adjutoremque infirmitatis meae, sive in edemandis carnis meae passionibus, sive in declinandis instidiis demorum, sive in aliis hujus vitae negotiis ordinandis? Vae misero mihi! vie mihi infelici! quam modis omnibus deprecandam denuntiationem audiri! Ast Sanctus blande quondammodo mellebat dolorem meum, et jubens a luctu lacrymisque cessare. Noh, fili, inquit, noli hoc modo propter excessum meum inconsolabiler fieri: neque enim hac de causa lugere oportet, sed gaudere potius et exultare, gratiasque referre Domino evocanti nos e vanâ hac et æternos vita ad felicissimam aliam et omnis prosperus inerioris expertem. Numquid non captivae et misere animæ omnia inordinate ac perturbate obvenient? Numquid velut in pelago ac tempestate intermetus et terrores continuos versamus, insidias da-

monum sustinentes, et illis corporis obnoxii necessitatibus, quibus omnibus liberatur homo miserabilis, quando disjunctus a corpore discedit ad vitam æternam ab ipsis omnibus remotissimam, atque accedit ad Deum et Creatorem suum? Sin autem ea ratione dolere te ais, quod priveris ea quam ex me capiebas utilitate, nec propter hoc quidem tantus tibi luctus assumendus est, Deum ex nunc habenti magistrum, ducem, adjutorem, et defensorem. Quid quod nequos, siquidem ei placere digni inveniamur, omnino a te discedemus: sed tibi continuo propiciemus. menti tue ad contemplandum in seipsum reducta jugiter presentes, teque in omnibus erudiemus: modo ipse arctam illam et quam Sancti trivere viam ingredi velis, neque vanis mundi hujus curis ac voluptatibus occupatus, divini amoris ignem nunc in te accensus æternorumque bonorum desiderium suffocari patiaris: Ut enim igais ab aqua, sic divinus amor a vita mortalibus sollicitudinibus deliciisque extinguitur et aboletur. Verum absit ut id tibi accidat, fili mihi desideratissime Gregori: quare recede in pace: et Dominus tecum sit. Amen.

54 Domum igitur cum recesssem, brevi adfuit sancta ac magna Quadragesima, per quam conseruavimus foras omnino misquam prodire: sed soli divinae psalmodie saecularum Scripturarum meditationi intentus, jejuniu' et lacrymis perpetuis crebrisque genuflexionibus vacare, quantum quidem vires permetterent. Quare etiam tunc solitudinem tamen usque ad præclarum sanctamque vivificantis nos Christi resurrectionem: quamvis propter migrationem divini Patris mei anticipi cogitationum a' tu jactatus, et animum letali dolore sancius, continuas ex oculis lacrymas fundeam, modice illi aquæ commensurabiles quam sustentando corpori felici adhuc habemus. Tertiaverdie post Christi a mortuis Resurrectionem egrediens e cella mea, illuc encunri ubi commorabatur sanctus Pater meus propter magnum meum in ipsam amorem, sperans quod adhuc vivum reperturus essem. Postquam autem ad locum veni, et quid ipsi factum esset ex domesticis requisivi, intellexi quod vigesima sexta Martii die, post celebratam Dominicæ Annuntiationis festivitatem susceptaque divina et intemperata mysteria, Quadragesimæ parte dimidia jam exacta, modicum dolens ex capite, et supra grabatum in quo solebat quiescere reclinatus, animam suam sanctam et divinitus illustratum in manus Dei commendaverit; memoriam æternam atque immortalem seculo huic relinquent, divinas suas actiones, et nobiles atque humana conditione maiores victorias adversus diemones et cuiusvis generis infirmitates, ipse primogenitorum cotui adjunctus in celis.

55 Cum igitur sacrum ejus corpus conspicendum prostaret et hymnis atque funeribus cantis eidem justa suprema solverentur, videre erat populi turmas floriorum in modum concurrentes, ut vel solo ejus aspectu sanctificari possent. Quod si quis frustulo aliquo pannorum ejus aut caprinae pellicis contactu sanctarum exuviarum sacrate merebatur beatu, hic omnium hominum felicissimus reputabatur alii, qui illum probe noverant. Vere enim dicebatur Beatus, et omnium linguis miraculi iistar celebrabatur. Præmemoratus porro Constantinus Barbarus, qui Sanctum in sua habebat et sustentabat domo, securus ipse deliberavit navigio imponere Sancti venerandas Reliquias, illasque transferre ex adverso magno Urbis ad Orientem, ubi erat quoddam suburbanum ejus, et sanctissime Deiparae templum illustre. Verum ut consilium illud effectui manciparetur, non permisit Joannes ille, cuius olim in parte quoddam mirabilium sancti Patris nostri meminimus, narrantes quomodo eum Sanctus a diabolica liberari invenit.

ILLE PER ORA
VITARIE
QUADRAGESIMA
REVERENS,
E

INVENIT 26
MARTII
MORTUAM.

AT MAGNUS
POPULI CONCUR-
TUS AD CORPUS

QUOD NE EXTRA
UBERIS AUERAS
CONSTANTINUS
Barbarus

SICUT REVERA
PAULLO POST
Eodem Sanus
Recutitur.

ROM. 12. 17
REDUCUM
GREGORIUM
BRAYNE
EXCEPIT
BASILIUS

ET ULTRA UNI
RE VO TO
FIDELIUM.

CAQUE DENUN-
TIATIONE
MAESTUM

MAGNA SOLA UR.

ACTORE
GREGOR
DISCIP
prohibet
Joannes,

*et illud sub
alteri condit,
tu quodam
suo Parthe-
none,*

*ibique seipsum
Deo consecrat.*

*post mortem
suam consec-
tus ab amico,*

*in Comitatu
S. Basili
gloriosus.*

Luc. 16, 9

Ania, quæ ipsi ex propriae sue ancillæ maleficio obvenerat. Hic enim ad jam dictum Dominum Constantinum sic locutus est, Domine ac frater carissime, ut quid ejusmodi consilium capere voluisti circa corpus Sancti, quasi Constantinopoli monumenta non esse arbitrarieris. Revertore igitur si placet, et ego congreuo illud loco recomandam.

56 Reverso igitur illo et psalmodia convenienti absoluta, posuit Joannes corpus in loculo, ipsiusque cum gloria et nomen moneribus transtulit in suum monasterium, quod juxta redem SS. Fleri et Lauri et divinum templum S. Apostoli Philippi situm est, et a Sanctimonialibus Deo deservientibus habitat. Et inventiens idoneum recipiendo sacro pignori monumentum lapidatum, noviter excisum, ipsum reposuit intra sanctum altare. Atque ex eo tempore sanctie Reliquie velut fons indeficiens prodigiorum esse ostenduntur omnibus ad se devote accedentibus. Memoratus porro Joannes, postquam Sancti corporis in hunc modum engravat, divino aevens amore, et omnini derelinquens, glorie, opifus, voluptatibus, deliciis et toti priors mundi valedixit, comunque detonsa cibarium indutus sacrum, permanuit usque ad finem vite juxta tumulum Sancti eidem ministrans: modice enim supervixit tempore, anno scilicet uno, quem in psalmis, hymnis, orationibus, elemosynis, laetacisque assiduis traduxit, etiam ipse in eodem monasterio tumulatus.

57 Postquam vero consummatus est etiam hic Joannes, amens quidam ejus ac familiaris omnium die nocte orabat Deum ut nosse posset, quam aere apisset merendum pro ferventi illa fide et sincera caritate, qua fuerat erga Sanetum affectus. Quandam ergo die factus in ecstasi, vidit tremenda pedata, quorum porta ex solido auro instar solis rutilabant, in magnum educte celsitudinem, et in superiori poste hanc habentem inscriptionem litteris rubris consignatam, ATRIUM MANSIO ET MIGES VERI FAMILIA MARIANO JUNIORIS. Cumque hoc stupore plenus consideraret, adolescentis quidam forma eximius portas dictorum palatiuum aperuit; itaque intentis ad interiora cepitis enata perlustrans accusatus, videbat atrium admirabile et splendore inexplicabili: donatum, in coepio enim regna magestate et gloriam obnubilantem sanctissimum Patrem nostrum Basiliom, in equitatu plurimo, habentem secum etiam discipulum suum, Dominum Joannem: qui erat ex canonicorum ordine, deinceps etatis ac nivis vultus canitie venerabilis, quasi vices ubiens. Praeposite domini. Videbatur autem et vocem audire ab intus videntem dicentemque talium mercedem post mortem consequuntur, qui Deum ex toto animi corde, et famulos ejus digno venerantur: quapropter etiam morientur cum ipsis per omnem versari letitiam, et preparatorum ipsis per eumorum communionem perfici. Si igitur etiam tu cum his esse cupis per secundâ illa intermissionata, studiose exercere in mandatis Domini observandis, et talis glorie ne requieci nomine expers eris. Vir autem ille aliquid spectaculo ad se reversus, veraciter omnia, sicut viderat audire, atque ita retulit nobis.

EPILOGUS

Adhortatur ad operis misericordiar corporalia ac spiritualia.

Et vero, Fratres in Domino dilectissimi, ita sorores habet, quemadmodum ex Dominis etiam sermonem discere licet, ubi dicitur: Fuerit vobis amicus ex mammoma iniquitatis, ut enim defeceritis, reponant vos in aeterna tabernacula. Nam quod et vos qui sapientes estis, melius nostros quam nos, mammomanæ

nomine designatur id quod justæ necessitatí superfluum est: quod qui retinet iniquis est contra eum qui ipso indiget, neque habet unde id sibi comparet. Nam ipse quidem ex avaritia vel infidelitate, vel potius ex nequitia aut molitie animi superfluum retinet: proximus autem penuria extinguitur. Quod vero hoc determinis est, quia non ex mammona sed ex pauperum oppressione atque rapina collectum, quo denuncio loco habebimus? utique placitum quoddam esse dicemus altari impositum, Deum quidem ad traecundam provocans, demones vero exhibitans; nisi quis forte Zacharias imitatus exemplum, id quod rapuit reddat quadruplicatum, atque ita Deum sibi placatum reddat. Interiu qui ex proprio necessitati superfluo (quod proprio est mammona) in Dei templis luminaria acondit et Sanctorum memorias celebrat, elemosynas ibidem pauperibus largiens, non ut lemanum aliquam consequatur laudem, sed propter solidum laorem et gloriam sanctorum Dei: prout dubio tamen quicunque ab eius, illisque conjugetur aeternum exultant, quoniam fortasse negligenter aliquis et peccator quadamtempus fenerit. Sanctis utique pro eo intercedentibus. Nunc vero si sic agitur ena eo qui vel ex mammona iniquitatis pauperum disseretur, vel quadruplicum restituit ex impte partis: quantum retributionem sibi depositum habebunt ii, qui ex bonis religiose acquisitis, et justis laborum suorum fructibus largiac liberales in pauperes fuerint.

58 Quid autem unus exercende misericordie modus, neque ex sola corporalium rerum brigitione proculius, sed varius et multiplex re ipsa sit manifeste liquet; Iohannes ii, qui nihil habent gaudi modi quod largiri possent, privati manerent magna illa beatitudine ac premio, quod misericordibus promisit Deus: cum econtra humanissimus Deus ac Dominus noster, nolens quemquam ab utilitate ex se cœpienda exclusi, beneficente vias sic complauerit, ut nemo exors tamere debeat honorum divinorum: quippe que in communione propositum hominibus omnibus ut aeris haustum, solis lucem, ignis et aquæ usum. Et primum quidem miserations causas velut quoddam dominus fundamentum, alte locavit in animis hominum, atque ut ad eum inclinemur permanere nos eternam naturali ratione conatur: quandoquidem omnia quae proficiscuntur a nobis, licet exigua aut nullius preti, ipse ut maxima suscepit: utpote qui ex solo mentis proposito coronare solet primum in elemosynam animam, neque dignetur paucum aquæ brigide ex ardentí caritate prebitum vel minuta duo: cui autem ne hac quidem absunt, si vel genitum miserit pro afflictionopham, non repugnet: quod si etiam lacrymas pro eo fuderit et consolatoris verbis ad tolerantium et gratiarum actionem istiusmodi aliquem confirmari, suscipietur a Deo velut qui totam legem caritatem imploverit.

59 Sed et oratione ac deprecatione multum proficere possumus precis, qui corpore simul et animo laborant: et negligentiam infirmi inertisque fratris constito et admittantibus excitans ad bene agendum, multam sibi thesaurizat misericordiam. Dissidentes item conegare atque ad pacem componere præverit plurimum, quodque omnibus magis est honeste conversationis et vita sancterioris exemplo illere, ut alii declinantes malo, bonum operentur. Multis igitur modis natura nostræ inseruit Deus semina misericordia, quam omni conatu Fratres conuenir exercere, ut per ipsam post magnam judicij diem ingrediamur in celestem thalamum, unigenito spenso Christo Domino nostro, quem debet omnis honor gloria et adoratio cum ingenito Patre Spirituque vivificante et semper et per infinita secula seculorum. Amen.

DE S. FELICITATE DEO DEVOTA PATAVII IN ITALIA.

D. P.

ANTE SEC. XI.
XXI MARY.
Corpus an.
1083 inventum

Jam tertium revisimus Patavinum S. Justine hasticam, variante Republicæ et Urbis statu sepe eversam, sepe restauratum, usque occasumus reperto corpora, et publico omnium veneracioni exposita. In his S. Felicitatis illustris formis fuit: eius primam inventionem virga unum anno per Bernardum Episcopum divina revelatione admonitum et canonizatorem factum a Leone IX, descriptimus xvii lugis, cum de B. Juliano et Innocentibus tribus ac S. Maximo, pariter repertis et pariter canonizatis, agerimus. Cum his autem aliisque dictæ Ecclesiæ Sanctis, sacrum S. Felicitatis corpus denua sub mormore temphi parimento occultatum, ac deinde anno MCLXIX censante adiis atque Urbis emeribus fuisse obrutum, satis liquet ex ibidem dictis; ex quibus sit verosimile, ipsum quoque triennio post, exque ac cetera veneranda lugana questum inventumque esse, studio Gerardi Paduanus Episcopi.

2 Quid eadem porro factum sit aut sub quo alturi delinuerit, ignoramus, usque ad annum MDLXII, quando ipsum D. Justine, aliquamque in ipsis sovraitis repositorum Sonclorum corpora constat soleruntur eleventi et translata esse in magnificissimum ullam basilicam, quam superioribus annis ipsius admirabili conspectu Hæc in translatio die xiv Marti recolitur, et in Benedictorum hagiologis has verbis consiguntur. Patavii translatio SS. Arnaldi Abbatis, Cen monachi, Felicitatis Virginis et aliorum, de qua re dudem obliter poca diximus ratione B. Arnaldi, quasi diem præ prius alium non habebit; nihil cogitantes de Februario cuius die Acta ejus dederamus. Quæ autem de Translatione jam dicta solennitate vel scripta in membranis vel lapidibus incisa sunt, ad vii diem Octobris reservamus, quo B. Justina frustum recolitur, in dictis monumentis præ ceteris nouauita.

3 Primum inventio S. Felicitatis memoria est apud Caruecum a Ferdinandu Ughetto tom. 5 Italæ sacre citatum et ex antiquo auctore ista transcribentem. In tertia (nec) qua feminæ corpus elandebat, lectum est: Hi est sepulta Felicitas, illustris feminæ, sacro velamine dicata, quæ diu noctuque in Dei servitio persistens, in celis suscepta est. Hujus Epitaphii sic lecti, præter eum, quem Caruecus sculpsit, nucorem, fidem quaque facta perfructum MS membranum, quod asservatur in sacristia ejusdem euenib[us], inquit Wian, et in quo omnium monachorum ibidem morientium nomina describantur: ita enim habet Anno Dominiæ Incarnationis MLI, Indictione VI Henrico ut Imperatore regnante. Sequitur deinde epitaphium rebatur, ne subnugitur: Acta sunt hæc by Nonas Augusti sub Bernardo Episcopo. Idem Epitaphium rursus anno MDLXII repertum est, inquit Wian, quando corpus ejusdem Virginis cum reliquis aliis et veteri ecclesia ad novum est translatum.

4 Haec, ut auctor est Scardoneus, creditur habuisse in solididine, in maxima vita sanctitate: visitor enim in collibus Euganeis (Robolani monte) interpretatur Caruecus apud Ferdinandum Ughettum tam S. Italæ sacre cal. 113 de his agens) juxta Titulum vicum, octo passuum in illis ab urbe, in saxo cavernula, quæ adhuc nomen servat, ut vulgo S. Felicitatis Oratorium appelletur (quod est prope iudeum vetustissimum D. Antonii Albatris, a quo mons ipse quoque nomen accepit) monachis S. Justinae jam pridem feliciter commendatum, et eorum curæ cum ejus emolumento commissum.

5 Habet lector quidquid de S. Felicitate, cælo magis quam terris nota, antiquorum monumentorum, vel cœtris traditionis præsidio scrii nunc qualem potest: in quibus cum nihil sit quod a Carueco usurpatum Virginis titulum aureolamque et ducat convenire maius eodem abstineat, quam in certo Dorganii clogio, quo dicit eastimonior lände fuisse admirabilem: num illustris feminæ appellatum eadem in epitaphio addita, matronam potius pudicitiam, quam virginalem integritudinem apta est significare. Addit Ferrarus, Posteaquam eam initio in predicto oratorio vitam aliquamdiu duxisset, eamdem in monasterio SS. Cosmae et Damiani in canpo Martio reliquum vitæ confecisse, atque vi Kalendas Aprilis migrasse ad Dominum. Ughetus a Carueco etat uerbi scriptus preluisse monialibus eornobii D. Justine, quod iuxta Scardoneum olim sacrarum virginum fuit.

6 Sed haec iuxta traditioni nullus monumentis confirmatur nra, nolim suspere dispieta: ex eadem quod S. Felicitatis nomen retinet oratorium, illudque in jura transierit monachorum S. Justine, verosimilis fieri conjectura posset, istie, si non mortuam, tumulatum saltem hanc Sanctam fuisse: indeque bellorum metu vel alii occasione aliquam relatum in urbem ab his penes quos erat oratorio cum dicti possesso: quod de SS. Cosma ac Damum Parthenae hand ita facile est suscipi utque de monasterio S. Justine, ad eum jura oratorium S. Felicitatis usque hodie cognoscitur pertinere. Interim si iam inde ab Attili excedit tempore in sacra D. Justine ade latisset B. Felicitatis corpus: claram est ipsam ad Ordinem Benedictum, qui nullus erat, non posse pertinuisse. Sed ut hoc incertum est, ita nihil superest unde affirmetur vel negetur D. Benedicti institutum sectata fuisse: neque si in alternati partem constaret ab opni, tanti id esset in rem nostram, quanti est quod nobis legitimi cultus ex ante dictis demonstrata sit certus: cui hodiernum temporis usum et approbationem adserit Bucelinas, cum mit. Corpus ejus in arca peculiari, prope altare S. Luceo Evangelista, religiosissime asservari ac coli.

on monialium
Patavi
Præfecta?

an Ordinis
Benedictini

G. B.

DE SANCTO PONTIO ABBATE AD S. ANDREÆ PROPE AVENIONEM.

D. P.

Urbs Avenionensis ponte trecentorum passuum adversæ trans Rhodanum fluvium ripæ suburbio conjungitur: ejus pontis mirabilem structuram egregie depingit Theophilus Rainaudus in Actis S. Joannis Benedicti, ubi oviam initio curam, ac deum hujus pontis fabricam, Pastoris et Pontificis ab eo cognominati. Hujus pontis suburbio vicinum est mo-

nasterium S. Andreæ, uersis instar in satis altis et valde præruptis rupibus extractum. Ita S. Pontii scripta est sub Petro, Abbatे ejus successore: quam ut obtinemus, omnem adhibuimus diligenter per nostros tum Avenione, tum Parisis, quod Vita illius ad monasterium S. Germani de Pratis esset missa. Sed frustra. Fuit ea in Lectiones, quæ ad Matutinum legabantur, olim

perumque
M. II.

translatum
1802

reveris
tepiditrix
epiphætum,

ANNO
MDLXVIII
XXI MARY.

monasterium
S. Andreæ
Filia S. Pontii,

nomen in
Martyrolog.

A olim distributa, cuius partem priorem obtinuimus *Parvus apud Patres Fullenses, et hic damus, cum compendo ex dictis Actis ab Hugone Menardo contracto, et lib. 2 observationum ad suum Martyrologium edito: in quo ita ejus veneratio ad xxvi Martii proponatur: Avenione S. Pontii Abbatis miraculorum gloria conspicui. Saussains in Morbihan, Gallic, istu habet. Avenione S. Pontii, Abbatis S. Andree et Confessoris: qui imbre tempore siccitatis copiosus sua prece e celo impetravit, nec magis miraculis quam virtutibus insignis, sanctissimo fine migravit ad Domini. Bocelinus majori eloquio ex Menardo desumpta, eam exornat. Titulus Lectioibus praefixus est ejusmodi: In festo S. Pontii Abbatis S. Andree Andronensis canonizati, qui obiit anno millesimo octagesimo septimo et die vigesima sexta Martii. Loco Andronensis scributur etiam Andronensis, Andrenensis, Andarnensis.*

VITA

Ab auctore coevo et diselpulo scripta.

S. Pontius fit
monachus:

B oatus miraculis, signis et virtutibus Beatus Venerabilisque Pontius monasterium Andranense decuraverit, facile dici non potest: qui etsi divinitus gratia et urbanitate suis contemporaneis antecelleret; tamen in florida etate una cum patre atque altero fratre in monte Andranensi corpus suum adinstar Isaac Deo viventi consecravit. Ubi induitus cunctilla omnis sermo et disputatio fuit de informandis hominum moribus, coercendis voluptatibus, fugienda temeritate, simplicitate sectanda Christo amando et Christo colendo. Certo enim sciebat, hanc solam rationem esse homini Christiano prepositam, sine qua aliiquid dignum Deo, dignum immortalitate fieri non potest.

eligitur
Abbas:

C 2 Recte perpendens divus Pontius, nihil prius Ecclesiae Moderatori nihilque majori studio faciendo esse, quam ut grex Domini vere doceatur; statim ubi sorte legitima in Albatem electus fuit, cupiens pro viribus officio pastorali satisfacere, caput praedicando somni Evangelico doctrine emittere, et multis regiones instrare. Qui cum Carpenteratum civitatem insignam in Comitatu Avenionensi, Spiritu sancto ducente, appulisset; more boni filii domum paternam, id est, templum, quod dominus summi Patrem dicitur, caussa Patrem celestem salutandi, primus se recepit: ubi multitudine clavimoniorum pro liberatione habenda, veluti etiam sit his temporibus, habebatur. Qui misericordia motus, quod homo, ad imaginem Dei creatus, a diabolo ita agitaretur, facta exorcitione, sufficiens tamquam exactio omnium peccatorum premissa, omnes verbo Dominio liberavit, et incolores reddidit.

energumenos
liberal:

Iean. 20 22

Psal. 31, 1

C 3 Audite, queso dilectissimi Fratres, veritatem undique lucente et manente, Christus in Evangelio testatur, omnia facinora et peccata merito Confessionis relaxari, dicens: Accipite Spiritum sanctum; quorum remissoris peccata, remittuntur eis, et quorum retinoris retinuntur. Quia diabolus, qui pater incolae dicatur, in medio ecclesie Parpentari, populo audiens et turba admirante, fatetur ne testatur aliiquid facinoris de socio Divi Pontii scivise, quod facta Confessione penitus ignoratur. Quid enim est, Fratres, diabolum post Confessionem peccata ignorare, nisi ea ipsa esse remissa? unde egregius Propheta David bene ait: Beati quorum remissa sunt iniuriae, et quorum tecta sunt peccata.

D 4 Quantum gratum sit Dei peregrinos in caritate hospitari, non solum in Abrahamo, Lotu et ceteris antepidis Patribus, verum e iam in quoddam homine

monasterii S. Andreæ licet videre: ubi cum Sacerdos D sanctum virum Pontium honorifice, ut decebat, hospitio suscepisset, ejus mater, que duodecim annis lumine naturali erat orbata, andiens dictum S. Pontium domi hospitalum, gratulibunda et quasi suæ curacionis præscia exultabat: quæ ex aqua, qua vir sanctus manus suas laverat, oculos sibi lavans, visum amissum recuperavit. Naaman Syrus in Jordane lavatur et per Helisæum a lepra mundatur, vetula aqua manuali in gloriam Dei lavatur et per S. Pontium a privatione luminis curatur.

E 5 Dominum nostrum Jesum Christum multis generibus tentationum a dieinone agitatum fuisse non dubitat. Hoc ideo dico, Fratres, ut non admirermini, si aliquando audieritis humanam creaturam, nativa Dei beatitudine creatam et tamquam ejus membrum præcipuum amataum, a demone vexari, cum caput nostrum Christum tentatum fuisse legatur. Quamobrem, sicut Scriptura patientissimum Job a planta pedis usque ad verticem capitis a demone vulneratum testatur, ita homines digni fidei testantur. Divi Pontii tempore fuisse quamdam mulierem, monasterio Andranensi vicinam, quæ singulis noctibus per nemora vagans, a demone incredibiliter agitabatur. Quam per S. Pontium Sacramento Eucharisticæ prius nunquam Dens liberavit. Cujus rei, vide licet perfectæ salutis recuperatae, testimonium tuerunt opera misericordiae, quæ nudos vestiendo, esurientes pascendo, ecclesiæ visitando, Christianæ ac devote exercitit.

F 6 Quam nefas sit decimas viris Ecclesiasticis denegare, et de quibus oportet dare in libris Exodi, Levitici et Numeri abunde docetur, ubi Dominus Num 18, 20 Aaron dixit: Filii Levi, id est, Sacerdotibus, peccata populi portantibus, et pro ministerio, quo mihi servirunt in tabernaculo federis, decimam partem omnium fructuum dare mandabis. Et cum maledictus sit, qui non custodit ea que sunt scripta in libro vite, quantum in dedictionis acciderit enidam Castro, vulgo Podius Altus nomenpati, ut res ipsa propius ad nos pertinet, ita attentioribus auribus est accipienda. Est enim in prefato Castro quoddam insigne stagnum, ubi quavis tempore copia piscium accipitur: eni loci habitatores cum decimam partem pisum, pro monasterio debitam, suadente diabolo dare negassent; promulgata maledictione per S. Pontium, statim quidquid vivum in illo stagno erat, mortua hucus petiti. Quod intelligentes prefati coloni, rursus vivos alium portarunt, qui bis atque iterum missi vivi, die sequenti mortui in littore sunt inventi.

G 7 Hor facto, aliquot diebus evolutis, prefati coloni intolerabili fustore ac urgenti necessitate compulsi, ad sancti viri praesentiam, facti poritentia ducti, accesserunt, jurando postulac decimam partem piscium nullo pieto se calumnianturos; sed eam absque contradictione in perpetuum soluturos, dantes facultatem monasterio S. Andreæ habendi in dicto stagno naviculam unam ad usum monachorum, modo S. Pontius suam benedictionem stagnum jam maledicto non dederetur: qui devictus precibus rogantium, satisfacta tunc tamen danni prius suscepta, monachis et habitatoribus Podi-Alti congregatis, ad prefatum stagnum solenniter se recepit: ubi gastriarum actione et benedictione premissa, pisces in littore mortuos intro remisisit, qui statim hue atque illuc currentes, profunda et altiora stagni, vivi petterunt.

H 8 Cum tempore mensis Maii nulla spes inessis in toto Comitatu Avenionensi appareret, eo quod nihil prorsus dorum aut herbarum in campis videbatur, convenerunt ante eum omnes Avenionenses admodum dolentes: ut, quid super bac re faciendum es-

caecam illumina-

Job. 2, 7
invulnera-

E

ob decimas
non soluta-

oratione
S. Pontii
piscis morun-

F

post addic-

decentias,

benedictione
ejus

piscis utr-

restauatur,

procurationis
pluviam et
terrualem
frugum.

set

A set consulerent. Quibus ait: Supernam bonitatem imploremus, obviemusque faciem ejus in Confessione, quatenus ejus misericordiam implorare valamus. Congregamini eras devote in ecclesia S. Marie quæ principalis cognominatur, et illic quid vobis faciendum sit, audiatis. In cuius ecclesiae portico summo mane prædicans de caritate fraterna, spopondit tantam pluvie abundantiam atque frugum ubertatem illo anno Avenionensibus affutaram, ut nihil supra. Et statim peractis sacrosanctis mysteriis atque amplis magnisque eleemosynis datis, tanta abundantia aquæ cœlus data est ut nullus hominum uberiorum abundantiam fructuum unquam vidisse meminerit.

ALIA VITA

A Menardo ex Actis majoribus contracta.

Pater S. Pontii divino amore succensus, relicto mundo se monasticae vitæ astrinxit in Andanoensi cœnobio juxta Avenionem, quod titulo S. Andreæ gaudet: secumque dnos filios duxit, quos ibidem Dei servituti mancipavit. Sanctus vero Pontius aliis splendore virtutum praelucens, omnium sufragiis et votis ejusdem cœnobii Abbas est renuntiatus.

B 2 Aliquamodo, ut erat in officio sedulus, præposituras sui cœnobii, quas auctor Vitæ illius honores appellat, visitans, venit Carpenteractum: ecclesiam quindam prætergreidiens, vidit pro foribus ingentem populi turbam, que abreptitum eum circulatorum, peccata cuiusque secreta patefacientem, circumsedebatur. Monachus, qui S. Pontium comitabatur, eum molestius urgebat, ut propius accederet: at contra beatus vir diciat se nolle nisi consortio demoniorum. Tandem socii et populi circumstantis victimus precibus, ad ecclesiam venit premissa peccatorum confessione. Demon S. Pontii præsentiens adventum, indesinenter diebat, ecce vermiculus S. Andreae advenit. Vir Dei ecclesiam ingressus aliquantum cum socio coram altari oravit, et ad demonem accedens, eum percunatus est, quid de se predicaret. Respondit ille: Da te penitus nihil scio, sed hodie scribam aliquid de tuo socio. Ecce quam edificax peccatorum confessio, quæ peccata nostra ex diaboli accusatoris nostri memoria obliterare potest. Sanctus vir a demonе nomen sciens est: respondit ille, se appellari Seductorem, seque olim ad Christum prodendum instigasse. Tum vir sanctus quibusdam exorcismis et aqua benedicta diemonem eliminavit.

C 3 Erat in prefectura quadam sui monasterii, ubi quedam annis, mater Sacerdotis, qui hanc præposituram subministrabat, oculorum lumine orbata, ut rescrivit S. Pontius adventum, præcepit aquam servari, quo ille manus abhieret: quod cum factum esset sancto viro ignorante, ex illa aqua mulier oculos lavit, statimque visum recepit.

4 Lympnata quelam mulier per montes et sylvas errabat: a propinquis deducta est ad monasterium viri Dei, quam ille exorcismis sanitati restituit: qua reliquum vita tempus bene vivendo peregit.

5 Uno a monasterio millario in vicino, qui dicitur Podius-Altus, est stagnum quoddam ex quo decimam piscium monachi acipere solebant: at invilentes inde hanc monachus decimam negrebat. Illi damnum illatum beato viro denuntiarunt, qui eos consolatus est, monitique ut a terrenis cogitationem abducent, nec Dei providentiam ipsis defuturam in necessariis. Panis post diebus S. Pontius adhibitus quibusdam Fratribus cum cruce, et aqua Iustrali ascendit ad montem stagno imminentem, et sublata ad cœlum manu, stagnum aqua benedicta aspersum diris

devovit: et e vestigio omnes pisces mortui ad littus enatarunt: ex quo sutor intolerabilis per totam illum oram manavit. Ipsæ etiam aves, quæ rostro pisces vivos extrahere solebant, mortuos contingere noluerunt. Coloni vero pisces vivos aliunde asportatos stagno intulerunt, qui similiter mortui super stagnum extiterunt; alios tertio atque iterum immiserunt, quos eum etiam mortuus reperissent, tandem conquieverunt. Panis tamen diebus urgente gula, errati poenitentes, sanctum virum convenerant, eumque vehementer efflagitarunt, ut benedictionem suam stagno impertiret: quod ille injuriae immemor libenter fecit, piscesque vivos allatos cum benedictione et gratiarum actione in stagnum misit: quibus brevi multiplicatis, piscescum stagnum, ut antea, fuit.

6 Ejus industria monachi orationi, lectioni sacrae, et silentio hanc segnitè instabant: uno excepto, qui extra septa monasterii cum laicis confabulari solebat: id S. Pontium fugere non potuit, quem deprehensum leviter corripuit eique silentium injunxit. Mirum dictu! ipse monachus motus remansit, quoad in profecto Paschæ Abbas Missam celebrans dixit: Dominus vobiscum: tum Frater ille, soluto lingua vinculo, cunctis mirantibus respondit: Et cum Spiritu tuo, et emendatus posthac cautius vivere coepit. E

7 Nec tacendum est insigne aliud miraculum. Jam mensis Maius advenerat, dum per totum territorium Ayennicum nec flos nec herba pullulabat: ob pluvii penuriam, sterilitas et famæ metuebatur. Populus Rostangum urbis Episcopum alii, ut quid facto opus esset, declararet: ille nihil nisi vota et preces superesse respondit. Interen quidam S. Pontii consilium inquirendum censuerunt. Is forte in sanctæ Crucis domus suæ, quæ in urbe erat, diversabatur hospitio: accessit ad eam plebis multitudo non minima, auxilium deprecans: ille ad poenitentium horatus est, indixitque, ut in erastinum ad ecclesiam convenirent. Interim ille totam noctem in Dei laudibus, psalmis, et orationibus consumpsit. Postero die populis, ut erat indicum, ad ecclesiam S. Marie venit: quam cum numis angustam præ turba confluentे videret S. Pontius, inde egredens ascendit solarium cuiusdam militis, ei plebem adhortatus est ad poenitentiam, et ad ergordam pauperibus stipem, sequè pro Deo fidei jussorem dedit: qui cum viri Dei monitis satifecissent, repente de collo effusus imber agros irrigavit, et maxima fuit præter omnium expectationem eo anno ubertas.

8 Ideo beatus Abbas se ad trajiciendum Rhodanum accingebat, Sacro prius pro more facto, cum amplio satis comitatu: ecce occurruunt ei bubuleus vomerem manu tenens et agricola monasterii, qui alterabantur de vomere: nigrivola bubuleum furem appellare, quod vomerem nuper a se sub terra absconsu sustulisset: alter furtum audierat negabat. Res erat in medio. S. Pontius litis arbiter præcepit, ut vomer in Rhodanum mutaretur, et facto super fluvium Crucis signo jussit eum, de quo magis erat furti suspicio, primum e fluvio vomerem extrahere. Miser ille ausu temerario manum in aquam intulit: quam inde tamquam ex cacabo ferventi elixam sine vomere retulit: et sic furti veritas innovit.

9 Tandem vir Dei tot tamque præclaris rebus gestis ad Christum transit anni Domini millesimi octagesimi septu die vigesimo sexto Marti. Haec Vita scripta est a quoddam monacho Andanoensi jussu Petri Abbatis ejusdem loci, et discipuli S. Pontii ejusque successoris, ut ipsi testatur in epistola dedicatoria, quam iuxta exemplar, quod habui ex præfato monasterio, hic exili stilo contraxi.

D
AUCTORE
GREGOR.
DISCIP.

addictis
decimus, cessat
plaga:

ob gorillita-
tem factus mu-
tus, in Messa
loquela
recipit:

m summa
siccitate

pluvia et
feritius
imperatur
precibus et
eleemosynis:

F
fur castigatus
manu in
Rhodano
adusta,

Vita scripta.

XXVII MARTII.

SANCTI QVI VI KALENDAS APRILIS COLUNTUR.

J esu Christi a morte resurgentis sacra memoria.	
S. Philetus senator,	
S. Lida uxoris,	
S. Macedo,	{ tili,.
S. Theopreprius,	
S. Cronides Commentari- ensis,	Martyres in Illyricō.
S. Ampphilochius Dux,	
S. Romulus,	
S. Aeculus,	
S. Pinnarinus,	
S. Marulus,	
S. Successus,	
S. Misina,	Martyres in Africa.
S. Maturina,	
S. Donatus,	
S. Successa,	
S. Alexander,	
S. Solutor,	
S. Saturninus,	

S. Augusta Virgo et Martyr, Seravalli in ditio-
 ne Veneta.
 S. Alexander Martyr in Pannonia.
 S. Marius Mart. Romanus Antuerpiae in Belgio.
 S. Zanitas,
 S. Lazarus,
 S. Marothias,
 S. Nerves,
 S. Elias,
 S. Mares,
 S. Abibus,
 S. Seinheethes,
 S. Sabbas,
 S. Joannes Eremita juxta Lyeopolim in
 Ægypto.
 S. Rudbertus sive Rupertus, Episcopus Salis-
 burgensis in Germania.
 S. Paulus Episcopus Corinthi in Graecia.
 S. Cerycus sive Cyricus in Apro Castello
 Thracie.
 S. Adalprethus Episcopus Tridentinus et Mart.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S anctorum Bathildis Regine, S. Radegundialis,	{ <i>translatio memorata.</i>
<i>tur in variis Martyrologiis, ut late deduximus ad Vitam pag. 747</i>	xxvi Januar.
F aronoldus et Duce Spoletianorum monachus <i>memoratur a Bucelino, de eo inter Prætermissos egyptius, die quo obiit</i>	xix Februarii.
S. Anianus Presbyter,	{ <i>Martyres sub Dio-</i>
S. Petrus,	<i>ciano referuntur a</i>
et alii septem,	<i>Grevem et Canisio.</i>
<i>Acta passionis dedimus</i>	xxv Februar.
S. Honoria Virgo in castro Conflando refectoria in MSS. Florario et Corintri Colonensis, item a Mauroligeo, Felicium, Gervasio et aliis. <i>Acta ejus et miracula illustravimus</i>	xxviii Februar.
S. Marcellinus Episcopus Dertoniensis, refectoria hoc die in variis MSS. et excusis Martyrologiis. <i>Acta ejus dedimus</i>	vi Martii.
S. Sylvanus Martyr. <i>Officio duplicitate solitur in Archicuriab. S. Antonii in diocesi Trenensi; de ipso et veteris, quorum iste corpora usque rursum, egyptius</i>	xiii Martii.
S. Matrona Martyr Thessalonicae huius dies Officium ecclesiasticum supplet in Graecorum Mensis, de qua equius cum Latinis et Martyrologiis Romano xv. Martii.	
J osephus ab Armathia, qui Christum de cruce depositus, refectoria post Christi resurrectionem a Petro de Natalibus lib. A cap. 2, et a H. Ifordio in Martyrologio Anglie edito ad hunc diem. <i>Nos cum Martyrologio Rom.</i>	xvi Mart.
SS. Baroniulus et Desiderius anachoreta Pistoriorum, <i>Ferrarius in ultraque Catalogo. Nos cum Rom. Martyrologio, de his egyptius</i>	xxv Martii.
T heodosius Episcopus,	{ <i>Martyres in Pentapolite.</i>
I renaeus Diaconus,	<i>Lybie, memorantur ut</i>
S erapion,	<i>MS. Bruxell. S. Gundulpe. Nos cum aliis</i>
A mmonius,	
<i>Lectores,</i>	
xxi Martii.	
A nania Propheta commemorationem apud Graecos ha-	

bet hoc die : fortassis Hanuani ille est, quem Asa Rex Iuda 2 Paralyp. 16 in nervum cum pingi justis, incipitus ab eo, quod neglecto domino, Beuadad, Regem Syrie invocasset in auxilium : in disticho adjuncto dicitur ipsum Triadum habuisse pro triplu, per quam ante finem suum futura praedixerit. Lancea Christi festum feria sexta post Octavam Pascha, institutum anno salutis 1333 ab Innocentio vi, potente Carolo Imperatore hujus nominis iv. Ita Florarium MS. ad hunc diem, qui potest endere in feriam sextam post Pascha, non autem post Octavam Pascha: assignandus potius dies 3 Aprilis, nisi id auctor ob Resurrectionem Christi ad hunc diem retulisset.

S. Joannes Obediens resertur ex Cassiano hodie a Petro de Natalibus, Greveno, Cunisio, et die sequenti a Witsfordo, ut diversus a S. Joanne Anchoreta : nos eundem esse ostendimus.

Sebastianus Comes Cartingino sub Genserico Rege Ariano ob fidem Catholicam interemptus primo loco inscriptus est Martyrologio Gallici Leodii anno 1624 excuso. Alibi de eo nihil reperimus.

Nemensis Virgo et Cyriacus Diaconus memoratur a Greveno in Additionibus Usuardi : nobis haecneus ignoti. Ino serpulus est, num forte ex Eumenia urbe (cujus Episcopum Truseam hoc die a multis referrri, mox dicemus) factum sit nomine Nemensis.

Suarlechus Episc. Foburiensis, | inter Sancto hujus
Fintanus os Psalmorum, | diei ab Hibernico
Mochonius de Mag eo, | rum Martyrologio-
Sillanus, | rum auctioribus no-
minantur. Horum priores duos habent Colganus, pri-
mumque etiam Suarlium vocari ait, et Episcopio
titulum suum in eodem intulisse : secundum suspicatur
eundem esse cum S. Fintano Coraci, de quo ipse ad
21 Februarii : alias duos hic prætermisit : vorum
tamen alibi meminit tamquam hoc die colendorum :
Mochonius quidem cap. 4 Append. ad Acta S. Ge-
raldi 13 Martii. Sillanus vero in notis ad Acta S. Be-
rachii 16 Febr. cuius Tamlaetense Martyrologium

*non natalem hac die, sed adventum Reliquiarum
dumtaxat collocat: ipsum vero nudum nomen die pro-
xime sequenti.*

Gelasius ex Derensi Abbatte, successor in Primatu Ardinchano institutus per S. Malachiam, ea se dignitate abdicantem, postquam annis 38 indecesso studio laborasset in Hiberniensis Ecclesiae vinea, per secula aliquot Normannorum incurvibus, tum civilium bellorum incendis miserere costata: anno demum MCLXXIV, atolis LXXXVII, Feria iv post Pascha, migravit ad celos: vir sane magnus: et a Colgano, Acta ejus ex Annalibus patris colligente, Sancti titulo decoratus: Mariami Gormani, seu forte scholasticus ipsius auctoritatem secuto, quam optaremus certioribus ecclesiastici cultus indicis videre confirmatam.

Ernestus ex Comite de Howestein monachus Zwifaltensis ad Danubium memoratur a Bucelino, Bernhelminus Abbas Spanheimensis laudatus a Tritheim, et ad hunc diem a Bucelino relutus.

Frowinus Abbas Engelbergensis seu Montis-Ange locum in Helvetia in vetusto Chronicu laudatus, ut vir doctissimus, sapientissimus ac religiosissimus, cum Ieati titulo resurgent a Menardo, Bucelino et Murero in Helvetia sacra.

Venerabilis Enfridus, Cidonice Decanus S. Andreæ, simplicitate spiritus, misericordiae operibus et miraculis illustris, hoc die anno Christi 1192 migravit ad Dominum Ita Gelenius in Fastis Agrippinensis. Habemus olimquam picturam delineatam, in qua ingrediens in templum variis ægris eleemosynam distribuit, addita hac sententia, Beatus qui intellexit super egenum et pauperem.

Waldanerus inclusus Sacerdos, monasterii S. Maximini initiator, severissima penitentia clarus, resurgent a Gelenio in eisdem fastis cum titulo venerabilis et piæ memoriae.

Archibaldus Abbas et Confessor in Anglia, citato codice MS. resurgent a Galenio, eumque sequitur Wian, suspicatus esse S. Erenwaldum ex Abbatte Episcopum Londonensem, de quo agemus xxx Aprilis. At Camerarius ex Anglia transfert in Scotiam, asseruntque Abbatem Carnarinensem fuisse, acceptique assecutum Wilsomum in secundâ editione Martyrologii Anglicani. Mojs nos lumen hiscæ tenbris affundi cupimus.

Robertus Conversus in Fonte-Mauriniaco resurgent in Kalendario Cisterciensi hoc die, et 10 Julii cum titulo Beati a Bucelino et Henriquez et inter Pios a Saussatio.

Petrus Abbas xix in Cistercio resurgent in Kalendario Cisterciensi et cum turlo Beati ab Henriquez et Bucelino, Inter Pios recensetur a Saussatio.

Eustachius monachus Cisterciensis magnus cultor Deiparae Virginis, in cuius ore post obitum apparuit Angelica salutatio, videlicet AVE MARIA, aureis litteris conscripta, memoratur in Menologio Henriquez et Bucelini cum titulo Beati. Saussatus piæ memoriae r̄rum appellat.

Andreas Senensis Spoleti Antonius Romanus Eboli Marcus a Bononia Placentine Petrus Ahumada in Marcus a Port-alegra Jacobus Italus Maria Caldrona

ex Ordine S. Franciscum titulo Beati relati ab Arturo du Monstier, an ultum uspiam habent ecclesiastici cultus honorem merito dubitamus, ideoque satis habemus eos hic auctoritate et fide Arturi a Monasterio retulisse. De Marco tamen Bononiensi quia anno 1527 facta corporis translatio dicebatur, ne temere aliquid statueremus, voluimus Placentinos consulere per litteras: sed nihil responsum est quod cultum probaret.

Maria Lusitana Franciscana Ordinis Tertiaria, anno

1575 Hierosolymis in ignem conjecta a Turcis, quaminus Beatis accensa ab Arturo, neandum tamen ab Ecclesia tulis cognoscitur.

Herodionis unius ex lxx discipulis commemorationis hoc die apud Græcos, sed magis ex professo die sequenti

xxviii Martii.

SS. Joaimes et Barachisius Martyres, aliquam hodie commemorationem hubent in Menaxis excusis: coluntur præcipue

xxix Martii.

Pastor et Victorinus Martyres Nicomediu, referuntur in MSS. Atrebateni, Tornacensi, Letieni et varus aliis. In MS. Bruxellensi loco Victorini adjungitur Romulus, sed hic est Martyrum Afrorum hoc die Dux et Antestignanus. De aliis plures agunt xxix Martii.

Eustachius Abbas memoratur in Martyrol. Altempsiano et a Greveno in Additionibus Usuardi. Videtur S. Eustasius Abbas Luxoviensis esse, cujus Vitam damus

xxix Martii.

S. P. Eutychius in Menaxis excusis, in Synaxario Collegii nostri Parisensis Episcopus, incertum quis; fortasse Constantiopolitanus, de quo vi Aprilis.

S. Marcius Episcopus Ravennæ Martyr, traditur ab aliquibus hoc die corunatus teste Rubeo pag. 892. Colunt rum Ravennates.

xvi Maii.

S. Isacius Monachus apud Sarum ex Actis Græcis apud Lipomanum hoc die. Genuna quis habemus Græca 26 Maii mortuum scribunt, et festum Græci in Menaxis agunt

xxx Maii.

SS. Gervasi et Protasii Inventio Sessione celebratur apud Saussatum. Dies natalis est

xix Junii.

Aaron Sacerdos memoratur in Kalendario Copticō, si sit frater Moysis, referendus est ad diem

i Julii.

S. Justini puer: Martyris corpus translatum e Gallia in Corbeianum Saxoniam memoratur: de quo agemus ad diem, quo vel translatum similiter eodem est caput, vel Parisiis Officio sollemniter colitur, xxx Julii vel viii Aug.

Nicodemus, qui rum S. Josephu ab Arimathia Christum de cruce depositum, resurgent etiam a Petro de Natalibus lib. 4 cap. 3 et a Wifardo ad hunc diem. Si aliis non occurrit dies ejus natalis, potest de eo agi, quando ejus corporis Inventio celebratur in Martyrol. Romano

iii Augusti.

S. Eucherius Turonensis Episcopus memoratur in praecipuo codice Usuardi, assertuò Parisiis in monasterio S. Germani de Prutis; id est in aliis etiam illustribus Usuardi exemplaribus: et forsitan melius, quia nullus inter Episcopos Turonenses repertus Eucherius, et ultra in Additionibus Greveni ad Usuardum anno 1351 recensus, omissa loca resurgent Eucherius Episcopus et Confessor. In Florario MS. prepounitur Turonis, et si posset alibi Episcopus fuisse; sed apud Turones aut mortuus aut depositus. In MSS. Altempsiano et Ultrajectino S. Marin ita legitur. In pago Hasbanio S. Eucherii Turonensis Episcopi. In MS. Marchianensi legitur. In pago Hispani. Est S. Eucherius Episcopus Aurelianensis Sarchini in pago Hasbanico apud S. Trudonem defunctus, et ibidem magna in veneratione habetur, ut diximus ad ejus Vitam xx Februario. In MS. Pragensi appellatur S. Euterius Episcopus Turonensis, sed neque inter Episcopos Turonenses repertus. Sunt autem qui nomen adea ab hoc diversum habent. S. Eustochius S. Bricii successor, et contigit xii Septembrius et S. Eaphronius qui 6 seculo floruit, mortuus

iv Aug.

S. Grati Episcopi Augustae Praetoriae translatio recordatur apud Ferrarium. Natalis est vii Septembri.

S. Thraseas Episcopus et Martyr apud Smyrnam memoratur in Adone MS. Leodiensi, Morinensi et Reginæ Suecia, in Usuardo MS. S. Victoris, Pragensi Bruxellensi et aliis. Nos cum aliis et Martyrol. Rom.

v Octobris.

S. Callistis

S. Callistus Papa Romæ inscriptus est MS. Altempsiana. Hunc rjus cultui assignatur xiv Octobr.
S. Andagrisina Virgo, primo S. Ansherto desponsata, deinde eo consentiente monialis facta, ac tandem Abbatisa, refertur hoc die ab Araoldo H'ion, Menardo, Dorgunio, Ferrar. alisque. De ea agemus xiv Oct.

Maria Jacobi et Maria Salome referuntur post Resurrectionem Domini a Petro de Natalibus lib. 4 cap. 4 et 5, et a W'iford ad hunc dieu. Nos cum Martyrol. Roman. agemus de S. Maria Jacobi xxv Maii, et de S. Maria Salome xxii Octobr.

SACRA MEMORIA

G. II.

JESU CHRISTI RESURGENTIS.

XXVII MART.

Dies Resurrec-
tions
plenus
triumpho,

Hec est illes quam fecit Dominus et uero trium-
pho Dominicam diu voluit. Hunc diem Jesus
Christus Dominus noster magno cum labore,
sanguinis precedente effusione uer-
bissimumque crucis sue morte fecit, resurrexus die tertia:
ac iuvius potentissimumque Rex glorie, de morte, dia-
bolo, et Iudea gloriose triumphans, sua victoria gloriam
immortalem et gaudium perpetuum sibi ac nobis compa-
ravit. In hunc ergo die exultemus et letemur, ac Christo
Redemptori nostro gratulemur. Letum Alleluia cantau-
tes. Quiscumque ille et ejusnumque mensis dies
primo fuerit, dies est latitudo et triumphi: de quo,
ut **xxv Martii**, quando sacram Christi in cruce
morientis memoriam celebravimus, a nobis factum est,
poneas aliqui testimonia, potissimum antiquissimo
Martyrologiorum, statuimus hoc die **xxvi Martii** Muri-
ta profere: cum, teste Venerabili Bedu, imito-
rum Doctorum Ecclesiasticorum constet sententia
vulgatum. Christum vi Kalendarum Aprilium die
resurrexisse: quod in suis vel Bedum glossis con-
firmat Bradfetus Anglus, adducta auctoritate S. Hieronimi
in Martyrologio testantur, sexto Kalendas
Aprilis Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi
Hierosolymis celebratam esse.

2 Habetus hujus Martyrologi quatuor apographa
idem nobis mysteriorum attestantia: ex his Carbentense
Parisius excusum, et MS. Blumianum ista habent: vi
Kal Aprilis, Hierosolyma Resurrectionem Domini nos-
tri Jesu Christi. Qua plane eadem verborum positione
byuntur in Martyrologio Radant et pervertitus MSS,
Rinoviens in Suevia, Richenoviensi in Helvetia, Coloniensi
S. Marci uia Graianis, et ultro Cardinals Bar-
berini. At Hierosolymae seculatue, reliqua verba immutatis, in altero MS. Barberiniano, Leodinensi
S. Lamberti, Treverensi S. Maximini, apud Bedum
excusum et Molanum, et priore ex parte apud Adonem
a Masnudo vultum, et Appendicem Rosweidi. In apo-
grapho nostri Martyrologii Hieronymiani, quod cha-
ractere Anglo-Britannico ante milie fere annos exar-
tum est, ita legitur: Resurrectionem Domini nostri Jesu
Hierosolymis. Eadem, sed ror Hierosolymis prrop-

sita ressernatur apud Notherum et in MSS. Bruxellensi
S. Guiditi, Trevirensi S. Maximini parvo sed anti-
quiore, et Regiae Sucie in Franciam composto. Ad-
ditur, secundum carnem, in MS. Centulensi et Flo-
ratio. In apographo Luccensi S. Hieronymi et MS.
Pragensis istu habeatur: In Hierosolymis Resurrection
Domini nostri Jesu Christi. In MS. S. Cyriaci a
Baronio valde commendato, Hierusalem Resurrection
celebratur. At loco omissa, eadem Resurrectione Domini
memoratur in pervertitus MSS. Vaticano S. Petri,
Altrumpiano, Casinensi, Augustino S. Udalrici, Pa-
risensi Labbi, Atribatensi, Ultrajectina S. Mariæ, E
Tornacensi S. Martini, Trevirensi etiam S. Martini,
Culoniensi Carmelitarum, Leodiensi S. Lucentii, et
Regiae Specie. Quibus calculum suum addit Wandelt-
bernius hoc versu:

Agni surgentis resplendet sexta triumpho.

3 Praeterea omnes Patres veteres, qui Passionem
Domini in die vni Kalendas Aprilis constitutum, Re-
surrectionem ejusdem ad vi Kalendas necessario refe-
runt. Aliqui tamen ad diem vni Kalendas Aprilis con-
jugunt mysterium Incarnationis et Resurrectionis, ita
Grati in Meavisensis, Adi MS. Reginae Sucie et
antiquiores Episcopi Gullicani et cum illis S. Martinus
Dunensis, ac potissimum pro his allegatur Synodus
Casarensis in Palestina, sub finem seculi secundi ce-
lebratu. At v Kalendas Aprilis, sen **xxviii Martii**, dies
Resurrectionis Dominicæ statutur a Maurolico, Pau-
rinio et aliis. Nonnulli etiam Resurrectionem conti-
guisse primaveri quinto die Aprilis arbitrantur, sed absque
ullo Martyrologiorum testimonia uti et deducta sunt
xxv Martii. Ceterum, ut tunc de Christo pro salute
mundi crucifice diximus, huc ejusdem Jesu Christi re-
surgentis gloriosa mysteria sunt orbe Christiano omnibus
Christianis notissima, explicanturque in successu
Evangelii ac reliquis novi Testimenti libris, in Ora-
culis Prophetarum veteris legis, tatis bibliothecis humi-
liarum ac tractatum priscorum Patrum, ac integris
voluminibus posteriorum scriptorum: quibus hinc fidei
nostrae celsissimum trophyum exornatur. Quia cum
ubique prostent, ne rem actum agamus, hic omittimus.

ob aliud ad
28 et 29 Mar-
tii,

1 et 8 Aprilia.

Mysticum
Resurrectionis
passim ab
omnibus
explicatum.
F

in Martyro-
pervertitus

DE SS. PHILETO, LYDIA, MARCEDONE THEOPREPIO,
CRONIDE, AMPHILOCHIO, MART. IN ILLYRICO.

D. P.
VIDE SYNAXA.
RIUM TOM. I
MART. PAG. 872

SUB ADRIANO
XXVII MARTII.
Relata in iustis
Gracos 27

et 28 Martii;

Qui Trajano in Imperio Romani administratio-
nem successor fuit Itrianus, secundus eundem
in persecundis Christianis, assidus uteribus
solitus per subjectas sua ditiones provincias dis-
curvare, quemadmodum ex Spartano intelligimus, sua
ubique crudelitatis exempla sparsit, et multos Christo
Martyres fecit: in quibus fuere quos modo retulimus,
omnibus Grecorum fastis, qua excusis qua MSN. no-
minatus; et Menais quidem excusis ac Menologio, tam
ca quod Svetetus Latine veuit quoniam quod a Basilio Por-
phyrogeneta concinnari jussum ex MS. Crypta-ferrata
aceperimus, Synaxario item MS. Chiffletiano, ad hunc
xxvi Martii; ad sequentem vero diem in duplaci Me-
diolanensi bibliothecæ S. Ambrosii et Tauriensi Du-
cis Subandie; quo etiam die excusa Menaxa elogium,

pridie pretermissum, aliorum Sanctorum elogios inter-
serunt. Denique MS. Collegii nostri Parisiensis ad
diem xxix referit corundem memoriam. Nos cum Ro-
mu Martyrologio xxvii diem tenemus: in quo huc
de eis commemoratio fit. Eodem die Sanctorum Phileti
Senatori, Lydiae uxoris, et illorum Macelonis et
Theoprepidis, itemque Amphiochii Eucis et Cronidæ
Commentariensis, qui pro Christi confessione cesi-
sunt: pro quibus sequenti die huc tunc leguntur (in
postremis Martyrologi anno 1613 recogniti editionibus
omissa, ut superflua corundem qui antea repetitio)
Item Sanctorum Phileti et Sociorum, qui sub Hadriano Imperatore Martyrium suscepserunt.

2 Occasionem sic scribendi nactus Baronius est ex
Gracorum, quod dixi, Menologio, ubi ad diem xxviii
augentur
huc

A huc recitantur: Sanctus vero Philetus, et qui cum eo erant Christiani, Adriano Imperatore quotidie Deo ipsi servientes comprehensi, martyrio coronati sunt: idque satis esse creditum Tumayus, poneudo extra fictionis suspicionem Pseudo-dictator, qui pro veteri suo instituto, Hispanum attribuendi quibuscumque locum martyrii non adderet Romanum martyrologium, ita datur, cxxxviii scriberr non est veritus: Barcinonae in Hispania S. Philetus Senator, et Leda uxor ejus et alii quinquaginta quinque Martyres. Studiu nempe quaestio est aliqua, in nomine uxorius mutato, et filiorum suppressis, u Martyrologii textura diversitas, ut fere aliis . satis tamen se prolixi auctor spurius, quo duce non plus de illis i.v sociis credimus, quam credamus Barcinonae pusso: quos chronici istius signi scrivissent ad Illyrios pertinere, si Menza Graeca legere et intelligere potuissent: interim vix possumus capere, quomodo homines, vel hoc ipso quod a Gracis colorantur, qui fugiuntur in Hispania possi, non venerunt saltem in suspicionem fraudis.

et Hispaniae
atribuuntur,

sub Adriano
Imperat.

B Historia porro passionis eorum ab Ecclesia Graeca sub hac epitome recitat. S. Philetus et qui cum eo passi erant Christiani, sub Adriano Imperatore quotidie deserviebant Deo: comprehensus autem ipse Beatus, oblatus est Imperatori, qui cum non posset invicti Martyris sapientiae resistere, et ipsum et socios confessionis tradidit Amphiliocio Duci . qui continuo eos super ligna extendi, et concidi eorum corpora indesinenter jussit, ac deinde in carcere conjiei, simul cum eo, qui crederat, Commentariensi Cronide. Nocte vero ista cum illi psalserent atque uarent, Angelorum oblate cunctis presentia est, ipsos ad certamina animantium. Post que mane facta, adductis coram se Sanctis ait tyrannus: Multo vobis tormenta reposita sunt: et statim in lebetem valde succensum, oleoque et resina mixtum conjiciuntur. Verum subito refrigeratum lebetem animalvertens Dux atque admirans, etiam ipse eum

in lebetem
uiter ferentes
misi

ingressus est, dicens: Domine Deus Christianorum, d adjuva me. Et vox facta est ad eum talis: Exaudita est oratio tua: ascende huc. Quae ut nuntiata sunt Imperatori, discendens Roma in Illyricum venit, in Illyrico plenus furore et iracundia; jussitque septem diebus succendi lebetem oleo mixtum, et simul omnes in illum conjici. Verumtamen etiam hac vice illae permanserunt Sancti: et Imperator verecundia suffusus rediit, qua venerat, via: interimi dum Martyres, orantes et Deo gratias agentes, spiritus suos Domino tradidit, et corona confessionis ornati sunt.

Ita MS. Chiffletianum, postquam aliquot verbis auctius prae impressis aliisque MSS. Quo longe habemus certiora, quam quod compusuisse si Tamayus fatetur elogium, indignum prouide hoc loco referri: cum quo neque hoc etiam voluntus disputare, an Commentariensis titulus, possim pro carceris Praefecto solitus accipi, significet huc loco cum qui custodias seu vigilias cuiusque diei referebant in commentarios ut auctor est Wolfgangus Lazarus lib. 4 cap. 11 de militia Romanorum) nos Praefectum vigiliarum dicere mens: hic enim quid aliud foret quam divinare? Quid solum his addere possumus est, ter geminis hisce Martyribus tria in excusis Menus et MS. Chiffletiano disticha respondere, que sic sanant:

•Ωστερ φίλητες καὶ Δυδία σάρπ μία,
•Οὐτως ἐν αὐτής καὶ περ' εἰρήνης τέλος.
Philetus uia et Lydia ut sunt caro,
Sic unus illis finis in pace obtigit.
Θύσατε Θεοπέπιος εἰς Μακτόνι,
Θεοπρέπως ὄδους θύμους Κυρίο.
Et Maceilo dignos et Theoprepus Deo
Hymnos canentes, ut decet, obeunt simul.
Δοῦς συντεχετέρη τῷ Καμψιταριστῇ,
Τέλεσατέρω εἰντεργετούσιν
Commentariensi commortitur ipse Dux,
Cuius questioni subdito, exercens eam.

pa Menza
et MSS.

disticha de
eisdem.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

ROMULO, AUCTO, PINNARIO, MARULO, SUCCESSO, MISIA, MATUTINA, DONATO, SUCCESSA, ALEXANDRO, SOLUTORE, SATURNINO.

o. u.

xxvii MART.

Romulus,

Donatus,
Saturninus,

Mariolus,
Successus,

Acutus,
Matio,

Solutor,

Alexander,

C sanctorum horum athletarum in Africa pro Christi fide coronatorum Dux et Antesiguanus memoratur Romulus in antiquis MSS. Martyrologii, Atrbatensi Ecclesie Cathedralis, Tornacensi monasteri S. Martini, et Treviensi monasteri S. Maximini. Huius socio assignatur Donatus in MS. Vaticano S. Petri, eisque adiunguntur Saturninus in MSS. Cassinensi, et Beneventano, quod in bibliotheca Vatienni assertur signatum numero 5949, estque eterque codex charactere Lougabardico exaratus. Ita predicto Romulo adiunguntur hi duo suci Mariolus et Successus in MSS. Barberiniano, Pragensi et altero S. Maximini, et in Additionibz Gerreni ad Usnarium: in quo tamquam ubi his foret alia classis Martyrum, non ussignato loco sit memoria, Aguti, Misia, Romoli. In MS. Pragensi eadem nomina magis detorta leguntur, Aguti, Misia, Romoli: At loco indicato cum quarto adjuncto ita reservantur in MS. Augustano S. Udalrici: In Africa Romuli, Acuti, Misia, Solutoris. Eadem quatuor sunt in MS. Pariseasi Labbaei, sed Agathæ et Solutoris scribuntur. In MS. Rhinovensem ista sunt: In Africa Mauroli, Acuti, quibus in MS. Richenoviensi additur, Romuli, Successi, Misia, Donati, Alexandri, Solutoris. MS. Altempitanum hos indicat: In Africa, Romuli, Acuti, Moruli Successi, Matutinæ, Donati, Saturnini,

Apud Nothernum ita recensetur huc classis: In Africa Romuli, Acuti, Mauroli, Pinnari, Misia, Matutina, et aliorum. Item Donati, Saturnini et Matutina: ex his Martinus est Episcopus Dertonensis, de quo hoc die inter Pratermissos et ad altos dies rejectos agiuntur. Demum apographa antiqui Martyrologii S. Hieronymi ostendunt, et Lueruse hec modo: In Africa Romuli, Acuti, Marioli, Pinnari, Successi, Misia, Matutina, Donati, Saturnini. In apographo universitatem Blamianum legitur Pinnari et Successi. In Carbeiensi duodecim. Parisius excuso, Marioli, Successi, Misia. Reliquia convenientur. In MS. Regne Suecic a Luca Holstenio lundato, ista habentur: In Africa Natalis SS. Romuli Acuti et aliorum decem: Hos uniuersum duodecim profert antiquissimum nostrum apographum S. Hieronymi his verbis: In Africa Romuli, Acuti, Pinnari, Mauroli, Successi, Misia, Matutina, Donati, Successi, Alexandri, Solutoris, Saturnini. In MS. Tamlatensi horum nomina habentur: Acuti, Pinnari, Successi, Romuli, Miria, Misia, Successi, Marioli, Matutinæ, Donati, Alexandri, Saturnini, Donati, et aliorum xii. Imo duodecim universum jam diximus, et Miria et Misia, uti boti et Donati nomina eundem Martyrem indicare arbitramur, et deest nomen Solutoris.

2 Haec accurate saeruit deducenda, ut controversia,
quæ

Beda et
Successus
iterum relati
28 Martii.

Aqua occasione aliquorum Martyrum iterum sequenti die ocurrerentium exoritur, scilicet dirimatur Praewisse Rabanus videtur, nisi potius librariorum menum censeatur; ita ergo in ejus Martyrologio excusum est: vi Kalend. Hierosolyma Resurrectio Domini nostri Jesu Christi, v. Kalend. In Africa natale Rogati, Successi, Verum ea verba post Resurrectionem rudentur colloquida, et tunc subiungendus ulius dies. v. Kalend. In Cesarea etc. utrum eum diem plurima antiqua Martyrologia auspicantur. Utroque die vacat genuimus Bedu, aut sub ejus nomine haec tenus indulgatum Martyrologium ista habet ad xxviii dñi Martii seu v Kalendas Aprilis. In Africa natale Rogati, Successi et aliorum sedecim. Rabanus hos Selenian separarat, et in finem istius diei rejecerat, sicut et antiquum nostrum apographum martyrologij S. Hieronymi, in quo tamen tantum xii censentur.

3 In MS. Richebergensi dicuntur xvii Gatesminis,

I. B.

DE S. AUGUSTA VIRG. MARTYRE, SERAVALLI IN DITIONE VENETA.

XXVII MARCI.
S. Augusta
natalis 27
Martii.

BSERAVALLUM Marchiæ Tarvisinæ, Venetorum imperio subiecte, oppidum est comprimis aquilonum, a Ceneta Episcopali urbe, sed juu (Leandro teste) ad riu prope formam reducta, nullo passibus distans. Hic S. Augusta Virgo cultur, quoniam a Matruco patre Forojuiliensi, regionis Prefecto aut tyrranno quad Christianum religionem abducere nolle, interficiam tradidit. Igitur illius natalis xxvii Martii, quo die Ferrarius in catalogo SS. qui Martyrologio Romano dicitur, ista habet: Apud Cenetonam S. Augustie Virginis et Martyris. Agit de ea quoque in Catalogo SS. Italiæ.

2 Omnino suspicuntur eamdem esse quæ xxvii Iulii referuntur in quibusdam Martyrologiis. Ita MSS. S. Laurentii, et S. Lamberti Leonti, MS. Floriarum, et Hermanni Greven in Adlito ad Uenandum: Ipsodio natalis S. Augustae Virginis. Ejus memori MS. retinacissimum Martyrol. S. Hieronymi, sed valerius in Phrygia cum illius interficiam usserere; ita enim habet: Phrygia nat. Theodili, Eusebi Auxonti, Septimi, Auguste Vng. At MS. S. Maximini Treviri, Thophilico aliis junxit socios, et ab his Augustam segregat: ita enim habet: In Laudem Phrygia natales SS. Theophilii, Prudentii, Philippi, Alexandri, et alibi S. Augustae Virginis. In reverentia quodcum MS. reperimus adscriptum xvii Februarii: S. Auguste Virginis.

Acta,
Inventio
mons et
sacer,

Gesta S. Auguste, qualia ex monumentis Ecclesie Seravallensis et pauor majorum traditum erui posse, descripsit Minutius de Minutiis in Seravallo Protomartyrus Apostolicus, is qui deinde Clemente VIII a scriptis fact, eoque Coloniam ad Jacobum Masaniolum misit, a quo in supplemento ad Titulus Sanctorum Suri sive tom. 7, edita sunt. In his dicitur agi illius præcipua celebritas xxvii Martii, Inventio xxii Augusti, templi Dedicatio in Octava Pasche. Isti in Descriptione Italicae videtur Iudacis Honduras primariam sanctæ Virginis solemnitatem in Kalendas Augusti rejecere: ita enim habet Descriptionis particularis cap. 19, ubi de Seravallo: Hoc igitur oppidum in ea regione Tarvisinae Marchio situm, quæ in Forojuiliensi patria olim censebatur, in diocesi Cenetenensi, eos montes claudit, quos antiquitus Optergnos vocabat, nunc Christiana religio pia nomina dedit S. Augusta et S. Antonii, quibus Sanctis illis in montibus templo posita sunt; et quidem Augustæ Virginis ac Martyri valde colitur, cuius ossa ibi posita venerantur proximi et exteri, peregrinationesque inscripunt et votivas tabulas ponunt. Kalendas Augusti frequentissi-

citudo Beda et codice MS. ista habet: In Africa SS. Rogati et Successi et aliorum sexdecim. Quæ eadem iudea descripta leguntur in hodierno Martyrol. Romano, Adjungit Baronius in Notis Africanos Episcopos Rogatum et Successum legi in Synodica ad Cornelium Papam apud Cyprianum epist 34. Extare etiam epistolam 82 Cypriani ad Successum de persecutione excitata per Valerianum Imperatorem. It prudenter adjungit se non audire affirmare, an iudei sint, de quibus jam agimus, qui usquam Episcopi appellantur. In MSS. Richenovicensi et Rhinovicensi ad dictum xxviii ista habentur: In Africa Rogati, Successi et Dorothei. It Dorotheus ad illam diem spectat, et pro Rogata metus in MS. Adone Regiae Sacrie legitur S. Rogatus in Africa passus. Alius eodem die colitur S. Rogatus inter Martyres Cesareo in Palæstina coronatus.

E
basilica,
reliquæ,

simus populi ad eam basilicam fit concursus, quando et celebres sunt oppidi nundinae. In hisdem montibus arces sunt antiquissime, quarum tamen vestigia non adeo diruta sunt, quin declarent magnos ibi Principes praesidium sibi tutissimum et habitationem valde commodam collocaesse: ex quibus celebratur adhuc Matrucus Forojuiliensis Rex, D. Auguste pater, rebus gestis clarus, nisi mors filii ob Christianam fidem illato, omnes ipsius lantes denigrasset. Hæc ille.

Scribit Ferrarius in Annotacione, in hujus Virginis passione annum a Nativitate Domini 100 adnotari: sed eo tempore, inquit, nondum imperium Romanum declinaverat, neque per Italiam tyranni dominabantur. Quid ergo Florus in hb. 4 prologa? A Cæsare Augusto in seculum nostrum laud multo minus anni ducenti: quibus inertia Cesarii consenuit utque deoexit. Cur huius potuit eo tempore Regulus aliquis Carnicus Alpes, Rhaticosus insidere? Quid si Romanorum amicitiam bellis Germanicus promeritus, vorum beneficio illum extremæ Italie tractum clientelari jure obtinuit? Etrum Augusti rex in Alpibus Cottius regnavit, primo hostis, post in amicitiam receptus Princeps: cur Matrucus non potuit, licet ut angustioribus finibus, illa fortassis minori celebritate nominis? Nobis tamen quo illius statutum firmamus nihil occurrit.

Tandem idem Ferrarius, Augustæ memtuisse Petrum de Natalibus hb. 4. Sed nihilnum reperimus in Petro de ea, ne unum quidem,

ACTA

Auctore Minutio de Minutiis.

Cum olim variae ab australibus regionibus nationes, habefactatis jam Imperii Romanum reluis, ad Italiam infestandom confluxissent, ac multi barbari Daces, soli libertate et amenitatem colique temperie illecti, pedem in ea fixissent; constans inter Forojuilienses fama est, Matrucum quendam, Principem et genero et opibus insigneum, natione, ut ferunt, Alemanum, sub ea tempora in agro Forojuiliensi multis prædiis occupatus consedisse, et aream regiunque palatium in editiore monte non procul a Seravallo construxisse. Ubi enim viribus facile auctoritas esset, in loci illius iuicolas tyrannideum exercere cupit, crudellem quidem illam, sed eo multo crudeliorum, quod, cum aerrimus esset idolorum cultor, eos qui Christi fidem profiterentur vehementer inseccaretur;

Matrucus
principes
Christianos
persecutus.

A sectaretur: cuius rei exemplum in Augustam filiam, tenera aetate virginem, edidit.

B Nam cum illa ad Christianam religionem animum applicuisset, atque in ea non parum profecisset, clam patre, sacro baptismate ultra expedito et suscepto, in Christianorum numerum referri voluit: relata autem piissimis verbis religionis ritibus plane addicta sic fuit, ut totos interdum dies in ecclesiis transigret. Quia res patri, quoniam se illa reciperet ignaro, suspecta esse cupit: et cum vereretur ne fugam adoraret, diligentius observandam ratus, cum illa pro more ad pium illum locum secederet, clam exploratorem submisit, qui singula accurate notaret ac referret. Is templum Christianorum ingressam secutus virginem, quod genibus flexis ac manibus vultuque ad celum sublatu, more Christianorum Deum precaretur, ad eam religionem esse conversam intellexit, et ad Matricum mox rediens, rem, ut erat, renuntiavit; qui graviter iratus filiam e templo confestim accersi jubet.

C At illa patris jussa munitanti constanter respondit, sibi cum Deo coelorum Rege esse tunc negotium, ubi ei satisficerit, patri esse obtemperaturam: et precibus cum tandem modum imposuisset, ad patrem se retulit. Quam ille ira vehementer accusans duris admodum verbis exceperit, objurgatam acriter, quod majorum religionem, paternam auctoritatem, familie decus, ac denique castitatem suam tam parvi faceret, ut iis neglectis, ad alienam eamque contemptissimam religionem sese converteret. Ad quae praesenti animo respondens Virgo: Rerum omnium conditorem Deum, inquit, quantum in me est, amo, venuerat et colo: cum ecclesiis frequens mihi est colloquio et consuetudo: castitatem pudicitiamque meam Christo Regi devovi et despondi: quem si tu quoque cognovisses, mi pater, haud dubie totum te illi dederes.

D Matricus filiam sua monita aversantem detestatus, eam in carcere conjici jubet, serio rursus admonitus, ut diligenter potius omnia perpendat, quam temere in se patris iram concitet: ni faciat, gravissima eam manere suppicia. Postero die in carcere ad patrem adducta, cum persistere in sententia, rogaretur; fortiter respondit, Christum se illi dederes.

E Matricus filiam sua monita aversantem detestatus, eam in carcere conjici jubet, serio rursus

admonitus, ut diligenter potius omnia perpendat, quam temere in se patris iram concitet: ni faciat, gravissima eam manere suppicia. Postero die in carcere ad patrem adducta, cum persistere in sententia, rogaretur; fortiter respondit, Christum se illi dederes.

unum et verum Deum agnoscere et colere, cui soli D
perpetuo sit obsecutra. Quia Virginis in dicendo libertate magis etiam exacerbatus pater duos illi dentes evelli jubet. Nec eo tormento tamen quicquam a constantia abducta, sed magis magisque ad Christi fidem profitendam animum obfirmans, patri iisque qui aderant omnibus palam edicit, non invitam se quevis etiam cruciatum et dolorem excepturam, nimurum ut Christi sui sponsi vestigis insisteret, enique aliquotiens imitaretur, qui pro se acerbissimum mortem subire non recusasset.

E *Illustra regis pietatis monumenta cognoscuntur in dictis monasteriis Divionensi S. Benigni et Cubilone S. Marcelli, de quibus retus Chronicon Abbatiz S. Benigni a Dacherio tomo I Spicilegi, pag. 370 ista tractat: Gunthramnum Rex Francorum, cum iam anno vigesimo tertio regnum Burgundie feliciter regeret (is erat annus Christi mXXIX) videns sibi liberos non superesse, eripit thesauros suos in eleemosynis pauperum distribuere, monasteria et loca sancta ex ipsis the amis ditare: inter quae ecclesiam hujus Patroni nostri sedicit Martyris Benigni, donis optimis extulit. Ipse denique Dominus Gunthramnum, prae-excellentissimum Rex, dedit S. Benigno vicum, qui est in prospectu monasterii, tunc magnae amplitudinis, vocatum Elaricum cum omnibus appendicibus suis, super Oscaram fluvium situm: et omnia, que nunc usque ad possessionem pertinent hujus loci, a ponte Divionis usque Floriacum villam, contulit memoratus Princeps sancto martyri Benigno: in Bisico sedicit, in villa Coloneas dicta, in Plomberias, in Salimaco, in Scantio, in Villari, in Campaniaco, in Lentenaco, in Gironi, in Corellis, in Flavimaco, in Prunido, in Jossenco, in Matrimaco, in Barbiriaco. His et aliis locis mansa, vestita et absa, enim manus plenimis utrinque sexus, terris cultis et incultis, vineis, silvis, pratis, pascauis, aquis aquaronque decursibus, ingreditur, exiit et regressis, omnibus rebus exquisitis et inquirendis, totum ad integrum memoria dignus Rex Gunthramnum contulit Deo et S. Benigno ad victum monachorum, Deo in hoc*

* al. Sconcio
** al. Lanter-
naco

elegium ex
Sauvato,

Rex geste
edictum ex
Historia
S. Gregori
Turonensis,

et Chronic
Fægoris

*praeribit
replam mo-
nachorum
Agunensis:*

A hoc loco deseruentium, ut pro se ad sequentium Regum salute et peccatorum remissione, regnique totius statu Divinam exortent clementiam monachi in isto loco degentes. Insuper etiam instituit ut ad similitudinem monasterij sanctorum Agunensium diu nectione divinum in hac ecclesia persolveretur Officium. Ut haec institutio per sucedentia tempora non teperceret, vel monasticis ordo deperiret, constituit, ut Abbates illius loci, Rectores et Provisores in hac domo essent, ut una congregatio, unusque utroque servaretur ordo. Similiter instituit de loco S. Marcelli, ubi ipse Rex corpore quiescebat, quem thesauris et pecuniis, possessionibus etiam multis ditavit, operibusq; miris et edificiis decoravit. *Hec in dicto Chronico apud Dacherum: eorum prior pars etiam edita est u Chafleto in Historia Abbatis Tirodicensis pag. 67. De monasterio S. Beugni seruus egimus et aper ad xv Martii, quo die colitur S. Trinquetus Abbas secundus, aliquot ante hanc novam data- tionem annis defunctus. Extractum hoc monasterium fuit circa annum DXXXV, quando illi Abbas datus S. Eustudius: de quo in Appendice ad diem iii Jeuariorum actum est. Coluator S. Bonivus Martyr ipsius Katen- dis Novembri, S. Marcellus Martyr iv Septembri, ut sancti Agunenses, qui sunt Martires Thebæi, Mauritius ejusque socii, xxii Septembri. De antiquo monas- terio Agunensi legenda Acta S. Severini Abbatia xi Februario. De eodem monasterio a B. Sigismundo Rege inuocato egnans v Februario ad Vitam S. Aveti Episcopi Vienensis § vi. At S. Sigismundus Rex cohier Kalendas Maii. Regula monasterii Agunensis seu Tarnensis edita est a Luce Holsteno tomo 2 Codicis Regularium, pag. 179 et sequentibus.*

6. Ad constitendum monasterium S. Marcelli, omnia disposita Gunthraminus Rex, de quibus hoc ejus diplomata ex Cartularia ejusdem editum est, a Philippo Labbe in Miscellaneis curiosis cap. 2 § 2. Divina dis- ponente gratia, servus servorum Domini Gunthraminus Rex, regnante Deo universis sancta Matris Ecclesie filis saltem. Quoniam culpis exigentibus tum ob inmoderatam Principum ingluvem, tum ob negligientiam Praetatorum et incuriam, colestibus fundatas obsequiis ecclesiæ, heu, pessimali dolens video, indeque doleo, nec me cunctis pro velle efficacem sentio: unum saltum, ne ad Dominicam arcem manu vacui redeam, pretiosissimi videlicet Martyris Marcelli Cabilonensis, quam ei Deo donante con- struximus basilicam, et solidioribus ditare prædictis et ordinacionibus munire et officiis disponimus. Cense- mus ergo regalique auctoritate roboramus, ut ibi marentes servi hospitale construant, solarium vero cum caminata illi de Gergeia et de Aleia faciant: illi autem de Mercuriis et de Canopus Ioldami adi- cent, de Floraco quoque introitis ecclesiæ et secretari atque thesauri, monachi ibidem demorantes, operatores mittant; illi de Vermiaco ad elantri in- trationi preparamandū dirigantur. Porticum S. Petri illi de Rosaco dimidiam: illi de Berineis et de Topiaco et de Blaico dimidiam partem: cellarum illi de Arro et de Ogniaeo et de Liliaco construant: qui vero Frenis et Lingis habitant, refectorium faciant, et de Scociolis, et de Oriengnis, et de Aquis vetera peragant necessaria. Ille autem sic disponimus, ut quicunque ea turbaverint, de vita libro delectantur. Amen.

§ III Concilii jussu S. Gunthramui habita, Hujus præceptio de observando Dominicodie.

Synodus anno DXXXIV, Indictione II, die x Kalendas Janu habita, his verbis Gunthramui Regis, uxoris et filiarum plas donationes confirmat. Cum in orbe Valen- tina, iuxta imperium gloriissimi Gunthramui Re-

gis, nostra mediocritas pro diversis panperum que- rimoniis convenisset, id primo auctore Deo decrevimus sancievdum, quod pro salute Regis et animæ sue salvatione vel religionis statu censuimus opportunum. Id est, ut quia predictus Rex per virum illustrem Asclepiodotum Referendarium datis ad sanctam Sy- nodum epistolis suis injunxit, ut quodcumque tam ipse, quam bone memorie jugalis sua Austrechildis Regina, vel filie eorum Deo sacrate pueræ, id est bona memorie Clodebergis vel Clodehildis, locis sanctis contulissent aut adhuc conferre decreverent, auctoritate Apostolica deberet sancta Synodus pre- senti titulo manum suarum subscriptione firmare. Et quia tam laudabili devotioni non solum Sacerdotali sed etiam Divinam credimus posse convenien- tiam conspirare; idcirco presenti constitutione maxi- mu consensu, Deo medio, Synodus sancta decrevit, ut siquod basilica S. Marcelli vel S. Symphorani, vel quibuscumque locis vel servientibus Deo per quascumque auctoritates vel scripturarum epistolas prefatus dominus Rex, vel supra nuncupata jugalis sua et filiae eorum, sive in ministerio altariorum sive in quibuscumque speciebus, que ad divinum cultum pertinere noscentur, contulisse vel adhuc conferre vulnerent, neque Episcopi leorum, neque potestus regia quocumque tempore temerare successura, de eorum voluntate quidquam minorare aut auferre pres- sumat. Quod si quis hoc quocumque tempore temerare aut auferre presumperit, veluti necator pauperum anthemate judicii divini plectatur, et veluti sacrilegii perpetrator, criminis sui reus, supplicii uterius tenetur obnoxius. Huc constitutione sub- scripserunt, Episcopi, Sapaulus Arelatensis, Priscus Lugdunensis, Evantius Vienensis, Isicius Gratianopolitanus, Ragnaldus Valentinus, Trapidius A- ransius, Eusebius Matisensis, Flavus Cabilonensis, Pappus Aptensis, Urbicus Regensis, Aridius Vappicensis, Artemius Vasensis, Martinus Taranta- tiensis, Pologromus Sigestarcensis, Enisebius Tri- castinus, Cariatio Genavensis, Boetus Carpontor- tensis. Ex his Episcops Supradictum Arelatensem et Evantium Vienensem xi anno regni Childeberti, id est, anno Christi DXXXVI e vita excessisse, testatur Gregorius Turicensis libro 8 cap. 39, ut merum sit a quibusdam hanc Synodum Valentianam datum anno DXXXIX differit.

8 Plura alia Concilia Episcoporum, jussu S. Gun- thrami habita sunt, cum illustri testimonio praeditis ejus et zeli erga religiounem Catholican et functiones Ecclæ- sae: nouissima harum Conciliorum sufficienter a S. Gregorio Turicensi in Actis attingantur; alia ha- bentur tomo primo Conciliorum Gallie, et reliquis tomis Conciliorum detinuntur: exhibens Matisconense primum cum hac Praefatione: Cum ex evocatione gloriosissimi Domini Gunthramui Regis tam pro causis publicis, quam pro necessitatibus pauperum in orbe Mati- coneensi nostra mediocritas convenisset; primo in loco visum nobis est, ut in nomine Domini noua tana- nova quam præsea Patrum statuta sancientes, id ip- sum constituanus, quod titulis praesentibus in canoni- bus legitur insertum. Ac deinde post Canones novem- decim constitutos, ac subscriptus minus et rigenti Epis- coporum indicatur Synodus facta anno xxi regni Domini nostri Gunthramui Regis: Kondi, Novembre, Indictione XV, anno setteh Christi DXXXII. It meus- Mayo anni sequentis habita est Lugdunensis Synodus octo Episcoporum et duodecim Massarum ob aliis Epis- copos: a quibus canones sex praescripti extulerunt. At jussu Regis Gunthramui iterum Matiscone anno DXXXV congruit faciunt Episcopi tres et quadraginta, propter octoletiam Missos aliorum Episcoporum ac tre Epis- copos, qui tum non habebant Sedes. Paucæ et præfatione profiramus: Residentibus Prevo, Evantio, Præpex- tato

*pro hujus
conveniencie
anquila a
quibus confia-
debet, mandat.*

*Omnes con-
tiones in
S. solo
Felicissima
confirmantur.*

Atato, Bertecbranno, Artemio, Sulpitio, Metropolitani Episcopis cum omnibus Consacerdotibus eorum, Priscus Episcopus Patriarcha dixit: *Gratias agimus Domino Deo nostro, Fratres et Consacerdotes mei, qui nos in hac die congregans alterna nos fecit sospitate gaudere. Ceteri Episcopi Metropolitani responderunt: Gaudemus. Frater sanetissime, quod omnes Episcopi, qui in regno gloriose Domini Gunthramni Regis Episcopali honore funguntur, in uno se conspicunt coadunati Concilio. Propterea indesinenter omnes nos orare oportet, ut Dei omnipotentis majestas, et Regis nostri involuntatem solita pietate conservet, et nos omnes, qui membra sumus uno sub nostra capite Christo coadunati, illas nos operari concedat, que serenitatis ac maiestatis ejus rite conplacent.* *Decererunt autem Canaves regnum, inter quos prius est, De intermissio dei Dominice cultu restituendo: ab eis potius observationem post hanc Synaudum habuit edita est a Rege Gunthramno ad Episcopos et judices regni sui huc precepto.*

*Præceptio
Regis ad
Episcopos et
Judices*

*ut fra
der
avertatur:*

*monet Episco
pos officiu
sui:*

Regum Universus Rex Francorum omnibus Pontificibus ac universis Sacerdotibus et cunctis Judicibus in regione Nostra constitutis. Per hoc superiore maiestatis Auctorem, cuius universa reguntur imperio, placari credimus, si in populo nostro justitiae jura servamus; et ille pia Pater et Dominus, qui humanae fragilitatis substantiam suo semper adjuvare conusevit auxilio, melius dignabitur cunctorum necessitatibus quae sunt opportuna considerare, quos cognoscit præceptorum sonorum monita custodire. Domini pro regno ergo nostri stabilitate et salvatione regionis, vel populi sollicitudine attulitos perfractarimus; agnovimus infra regum nostri spatia universa scelera, quae canonibus et legibus pro divino timore puniri consueverant, suadente adversario homi operis perpetrari: et ex hoc procul dubio indignatione colesti per diversas seculi tempestates, homines aperiora aut morbo consuntur aut entur aut gladio, dum divina iudicia non timentur: atque ita fit ut admittendo illicta per ignorantiam multi depereant, et non solum praesentem vitam rebus cogantur amittere, sed et inferni supplicia sustinere. Ad vos ergo, sacrosancti Pontifices, quibus divina clementia potestatis paternae concessit officium, imprimit nostrae serenitatis sermo dirigitur, sperantes quod ita populum vobis providentia divina commisum, frequenti predicatione studeatis corrigit et pastorali studio gubernare, quatenus dum universi diligendo iustitiam conversatione præcipua cum omni honestate studuerint vivere melius cunctarum adversitate remota, colesti beneficio concedatur tranquillitas temporum et congrua salvatio populorum. Et haec absque nostra admonitione ad vos specialiter predicandi causa pertinet; attamen reliquorum peccatis vos omnino credimus esse particeps, si filiorum vestrum culpam non assida objurgatione corrigit, sed silentio præteritis. Nam nec nos, quibus facultatem regundi superni Regis communis auctoritas, itam ejus evadere possimus, si de subiecto populo sollicitudinem non habemus.

Concordia Regum de diversis mulieribus septem filios habuit, id est, de Ingunde Guntharium, Childeircum, Charibertum, Gunthramnum, Sigebertum et Chlotosindum filium, de Aregundo vero sorore Ingundis Chilpericum, de Chunsema habuit Chramnum... Guntharius vero, Chramnum atque Childeriens vivente patre, mortui sunt... Alboinus quoque Rex Longobardorum Chlotosindum filium Regis accepit.

constantii vel Deo placita jugiter prædicatione corrigite, ut et bene viventes mysticus adhortationis sermo muleat, et excedentes ad viam recti itinerary correctio pastoralis adducat: quatenus omnes unanimi deliberatione laudabiliter studeant vivere, vel æquitatem et justitiam conservare: qualiter ab omni peccatorum face liberos suis sancta suspiciat Ecclesia Christiana. Enimvero quicunque Sacerdotum aut secularium intentione mortifera perdentes, cerebrius admoniti emendare neglexerint, alios canonica severitas corrigit, alios legalis poena percellat: quoniam nec innocentes potest reddere collata securitas liberos, nisi culparum probatio punierit criminosos: nec minor est pietas protertos conferere, quam relevare compressos. Convenit ergo, ut justitia et securitas in omnibus vigore servato, distingat legalis ultio Judicium, quos non corrigit canonica prædicatio Sacerdotum: quo fiat ut dum præterita resecantur scelera, nullus audeat perpetrare futura: et ita universos excedentes pro discipline tenore servando correctionis fræna constringant, ut in universa regione nostra pacis et concordia pura præficiant. Cuncti itaque Judices justa, restringant Deo placet, studeant dare iudicia. Nam non dubium est, quod aerius illos condemnabit sententia nostri iudicij, a quibus non tenetur æquitas judicandi. Non vicarios aut quescunque de latere suo per regionem sibi commissionem instituere vel destinare præsumant: qui, quod absit, malis operibus consentiendo, venalitatem exercent aut iniqua quibuscumque spolia inferre præsumant. Clericorum transgressiones cum, adversario instigante, contingint, quatenus illis pro divino amore reverentia major impeditur, tantum convenit ut acerius resentur: quoniam si sancti Pastores aut instituti Judices, quod nelas est, subiectorum suorum scelera potius occultare quam resarcere tentaverint, se ex hoc amplius reus esse vel noxios non ignorant. Cumeta ergo, que hujus officii tenore decrevimus, perpetuaditer volumus custodiri: quia in sancta Synodo Matricomensi haec omnia, sicut nostis, studiannis definire, ipse præsenti auctoritate vulgamus. Subscriptio Domini Gunthramni Regis. Perramus. Data sub die idus Novembris anno xxiv regni supra scripti Regis.

RES GESTE A S. GUNTHRAMNO.

Ex Historia Ecclesiastica Gregorii Turonensis. F

PARS I.

*Genus Regium: Regnum ei datum: Uxores
et liberi.*

Chilotharius Rex de diversis mulieribus septem filios habuit, id est, de Ingunde Guntharium, Childeircum, Charibertum, Gunthramnum, Sigebertum et Chlotosindum filium, de Aregundo vero sorore Ingundis Chilpericum, de Chunsema habuit Chramnum... Guntharius vero, Chramnum atque Childeriens vivente patre, mortui sunt... Alboinus quoque Rex Longobardorum Chlotosindum filium Regis accepit.

2 Rex vero Chilotharius anno quinqagesimo primo regni sui cum multis innieribus Iminus B. Martini expedit, et adveniens Turonos ad sepulcrum antedicti Antistitis, cunctas actiones, quas fortasse negligenter eggerat, replicans, oravit cum grandi genitu, ut pro suis culpis beatus Confessor Domini misericordium exoraret, et ea quæ irrationabiliter commiserat, suo obtentu dilueret. Exinde regressus, quinqagesimo anno regni sui anno, dum in Cotia silva venationem exercebat, a febre corruptus, et exinde Compendium villam redit: in qua cum graviter vexaretur a febre, aiebat, Vnde, quid putatis qualis

*oddient
legalium per
Judices
panam.*

*requiru
judiciorum
æquitatem.*

LIB. IV
CAP. III
Regio genere
natis,

CAP. XII
Chilotharum
patrem Coa-
pendium or-
thon

Suecianis
cum fratre us
sepulci:

a

A qualis est ille Rex celestis, qui sic tam magnos Reges interficit: in hoc enim tædio positus, spiritum exhalavit. Quem quatuor filii sui cum magno honore Sessionas deferentes, in basilica B. Medardi sepeberunt.

CAP. XXII

I
ob'ne regnum Bur-
gundionum,

CAP. XXV

c
gignit ex
tribus mulieri-
bus & filios,
d

e
ex quibus
n. 2 obie-
runt.

CAP. XXVI

CAP. XXVII

CAP. XXVIII

CAP. XXIX

h
hunc Arengo-
rem restituunt.

CAP. XL

3 Chilpericus vero post patris funera, thesauros, qui in villa Brannaco erant congregati, accepit, et Francos utiliores petit, ipsosque innumeribus mollitos sila subdidit. Et mox Parisius ingreditur, sedemque Childeberti Regis occupat. Sed non diu hoc ei licuit possidere: nam conjuncti fratres ejus, eum exinde expulerunt, et sic inter se hi quatuor, id est Charibertus, Gunthrammus, Chilpericus, atque Sigebertus, h divisionem legitimam faciunt: deditque sors Chariberto regnum Childeberti, sedemque habere Parisiis: Gunthrammo vero regnum Chlodomeris, ac tenere sedem Aurelianensem: Chilperico vero, regnum Chlotharri patris ejus, cathedralique Sues sionas habere: Sigeberto quoque regnum Theodoricu, sedemque habere c Mettensem.

4 Gunthrammus autem Rex bonus, primo Venetandom cuiusdam suorum ancillam, pro concubina thoro subiuxxit, de qua Gundobalbūm filium suscepit. Postea vero Marcaturalem filiam Magnari in d matrimonium accepit: Gundobalbūm vero filium suum Aurelianis transmisit. Amula autem Marcaturidis post habitum filium, in hujus mortem grassatur: et transmissum (ut aiunt) venenum in potum ei dari curavit. Quo mortuo, ipsa judicio Dei filium suum quem habebat perdidit, et odium Regis incurrit, dimissaque ab eodem, non multo post tempore mortua est. Post quam Rex e Austrigildein, cognomento Bobilam, accepit, de qua iterum duos filios habuit, quorum senior Chlotharius, junior Chlodomeris dicebatur.

5 Porro Charibertus Rex decepsit: cuius post obitum Theodogildis una Reginarum ejus, nuntios ad Gunthramnum Regem dirigit, se ultra offerens matrimonio ejus. Quibus Rex hoc reddidit in responsis: Accedere ad me ei non pigeat cum thesauris suis: ego enia accipiam eam, facinunque magnum in populis, ut scilicet majore mecum honore quam cum germano meo, qui nuper defunctus est, potiatur. At illa gavisa, collectis omnibus, ad eum profecta est. Quod vernus Rex ait: Rectus est enim, ut hi thesauri penes me habeantur, quam apud hanc que indigne gerunt mei thororum advit.

C Tune ablatis multis, paucis relictis, Arelatensi eam monasterio destinavit.

6 Sighbertus vero Rex Arelatensem urbem capere cupiens, Arvernos commoveri præcepit. Erat enim tunc Firminus Comes urbis illius, qui cum ipsis in capite abit, sed et de alia parte Adovarius cum exercitu advenit, ingressique urbem Arelatensem, sacramenta pro parte Sigiberti Regis exegerunt. Quod cum Gunthrammus Rex compumperisset, Celsum Patritium cum exercita illuc dirigit: qui ubiens Avennicam urbem abstulit. Accedens autem Arelatensis et vallans eam, impugnare exercitum Sigiberti, qui intra muros continebatur, cupit: tunc illi egressi foras bellum parant, sed superati ab exercitu Celsi, fugam ineunt, venientesque ad urbem, portas repudiunt obseruant. Qui nudati a rebus, ab equis destituti, non sine grandi contumelia patrias restituti sunt: Firminus tamen et Adovario discedendi via induita est. Multi ibi tunc viri ex Arvernis, non solum torrentis impetu rapti, verum etiam gladiorum ictibus sunt prostrati. Ac sic Gunthrammus Rex recepta urbe illa, juxta consuetudinem bonitatis suæ, Avennicam ditioribus fratribus sui restituit. Post mortem Chariberti, cum Chilpericus Turonos ac Pictavos pervasisset, quæ Sigeberto Regi per pactum in partem venerant, conjunctus Rex ipse cum Gunthrammo

fratre suo, Mummolum eligunt, qui has urbes ad D verum Dominum revocare deheret. Qui Turonos ve niens, fugato exinde Chlodoveo Chilperici filio, exactis a populo ad partem Regis Sigiberti sacramentis, Pictavos accessit. Sed Basilius ac Siagrius Pietavi cives, collecta multitudo, resistere voluerunt: quos de diversis partibus circumdatos oppressit, obruit, intermit, et sic Pictavos accedens, sacra menta ex egit. Cum autem contentio inter Chilpericum et Sigibertum Reges verteretur, Gunthrammus Rex apud Parisius omnes Episcopos regni sui congregat, ut inter utrosque quid veritas haberet edicerent. Sed ut bellum civile in maiore perniciete cresceret, eos audire peccatis facientibus distulerunt.

7 Gunthrammus vero duos q Muguacharii quondam filios gladio intermit, pro eo quod in Austrigildein Regram ejusque sobolem multa detestabilia atque execranda proferent: facilitatesque eorum fisco suo relegit. Ipse quoque h duos filios suos subito in morbo oppressos perdidit: de quorum funere valde contristatus est, eo quod orbatus absque liberis remansisset. Post hinc Gunthrammus Rex ad Childebertum nepotem suum legatos mittit, pacem petens, ac de precans eum videre. Tunc ille cum proceribus suis ad eum venit: qui ad pontem quem Petrum vocant, conjuncti sunt, consultantes atque invicem osculantes se. Gunthrammus Rex ait: Enevit impulsu peccatorum meorum, ut absque liberis remanerem: et ideo peto, ut hic nepos meus mibi sit filius. Et imponens eum super cathedram suam, cunctum ei regnum tradidit dicens: Una nos forma protegat, unaq hasta defendat. Quod si filios habuere, te nihilominus tamquam unum ex his reputabo, ut illa cum meis, tecumque permaneat caritas, quam tibi hodie ego pollior teste Deo. Proceres vero Childeberti similiter pro eodem polliciti sunt. Et manducantes simul atque bibentes, dignisque se munieribus honorantes, pacifici dissecesserunt, ad Chilpericum Regem legationem mittentes, ut redde ret quod de eorum regno inimicatur: quod si differet, campum prepararet ad bellum. Quod ille despiciens, apud Sues sionas atque Parisius, circos adficare præcepit, eos populis spectaculum praehens.

8 Anno nono Childeberti Regis partem Massilie Gunthrammus Rex ipsi nepoti suo refudit. Chilpericus, Nero nostri temporis et Herodes, ad villam Calensem, quæ distat ab urbe Parisiaca quasi centum stadiis, accedit: ibique venationes exerceat. Quadam vero die regressus de venatione, iam subobscurâ nocte, dum de equo suscipietur, et unam manu super secpulchrum pueri retinetur; adveniens quidam, enim centro percutit sub ascellam, iteratoque ietu ventrem ejus perlorat. Statimque profluit copia sanguinis, tam per os prius per aditum vulneris, iniquum fudit spiritum.

a In quinquagesimo secundo anno legi debere alibi diximus.
— *b* Marcius: Regium huius diesversio inductione IX, anno post Consolatorem Basilius va, is est annus Christi 561, et primus regni florianus a Fredegario numeratur, quem a Gregorio Turonensis ad septuaginta 562 differit supra ostendimus. — *c* Hinc regnum Mellense dictum, post Austrasianum alti Remensem intraverunt, etiam in MSS. — *d* Ex hac relatione diuinandus. Hincnotus, dum lib. 3 cap. 3 ista scribit: Gunthrammus quatuor filios ex diversis habitat conuenientibus, quarum nomina recensere supersedi, maxime cum nec ei legitimo fuerint conjugio et eu adhuc superstite, cum suscepta prole fermantur, aut soritate vite. — *e* Austrigilda Regina obiit mensi Septembri, inductione XIV anno 2 Cons. Tiberii Constantini Augusti. propter cujus transitum interficiunt sunt duo medici Nicolans et Bonatus. Ita Marcius Annus II erat 581, cum illa annos etatis haberet 32, ut in ejus Epitaphio legitur apud Chesnrum tomo I pag. 517. — *f* Ex Synodus Parvensis 4, anno 573 habita, in qua Episcopi putum professi sunt pro causa publicis privatiorumque querelis se congregatis suis. — *g* Magnacartum Duorum Francorum mortuum esse anno 565 constat ex Marci. — *h* Mortuos esse hos filios anno 577, indicat. 10 tradit Marcius, ac senorem Chlotharum annum etatis ejus decimum, et Chlodomerum solum quartum scimus ex Epitaphiis filiorum apud Chesnrum pag. 518. — *i* Leadoldus infra num. 72 dicitur Bojocassius Episcopus

EX DIST.
REG TUR
• II Turones
ii Pictavos:

CAP. XLII
f
per Episcopos
cupi contention-
es sopiri.

g
CAP. XXVII
ocoris 2 plus
Muguacharii
uniuersi pro-
priis filios:
h

Childebertum
ad se vocat:
E

i in filium
adoptat.

Childebert
parte Massilie,

F
Chilpericus
victoriar.

A

PARS II

Fredegundis Regina et Chlotarii filiolus de fensi. Urbs Chariberti occupata. Pauperes adjuti.

LIB. VII
CAP. V
*A Fredegunde
viaua invictus
Parisos venit
S. Gunthram-
nus:*

Fredegundis Regina accepto consilio legatos ad Gunthramnum Regem mittit, dicens: Veniat Dominus mens et scipiat regnum fratris sui. Est, inquit, nichil infans parvulus, quem in ejus ulnis ponere desiderans, meipsam ejus humilio ditioni. Comperto autem Gunthramnum Rex de fratribus excessum, amississime levit. Moderato quoque planetu, commoto exercitu, Parisius, dirigit. Sed Childebertus Rex nepos ejus legatos ad Gunthramnum Regem dirigit, dicens: Scio, piissime pater, non latere pietatem tuam, qualiter utrumque usque praesens tempus pars oppresserit inimici, ut nullus de rebus sibi delatis possit inventare justitiam: idecirco supplex nunc deprecor, ut placita, que inter nos post patris mei obtum sunt indea custodiantur. Tunc Gunthramnum Rex legis illius ait: Omnes et semper perfidi, nihil in vobis verum habentes, neque in promissis permanentes: ecce omnibus quae nihil polliciti estis relictis, cum Chilperio Rege novam pactionem seripistis, ut me a regno depulso, civitates meas inter se dividerent. Ecce pactiones ipsas: ecce manus vestra subscriptiones, quibus hanc convivitiam confirmatis: et qua in me fronte queritis, ut nepotem meum Childebertum suscipere debeam, quem mihi vestra perversitate volvisti facere inimicum? Cui legati diversunt. Si tantum mentem iracundiam cepit, ut nihil nepoti tuo de his que pellicetus es indulgens, vel illa quae de regno Chariberti debentur auferre desiste. Quibus ille ait, Ecce pactiones quae inter nos factae sunt, ut quisquis sine fratribus voluntate Parisos urbem ingredieretur, an tteret partem suam, essetque a Poliocte martyr cum Hilario atque Martino Confessoribus judex retributor ejus. Post haec ingressus est in eam germanus mens Sigebertus, qui iudicem Dei interficiens, amissi partem suam: similiter et Chilperius gessit. Per has ergo trah gressiones, amiserunt partes suas: ideoque quia illi iusta Dei iudicium et maleficios pactionem defecerunt, omne regnum Chariberti cum thesauris ejus, nec ditionibus lege optulante, subiaceat: nec exinde alieni quidquam nisi spontanea voluntate indulgetur. Absistite igitur vos semper mendaces ac perfidi, et haec Regi vestro referite.

C 10. Quibusdam cedentibus, legati iterum Childeberti ad antefictionem Regem venimus, Fredegundem Reginum requirentes atque dicentes: Redde homicidiam, que hancitam meam suggillavit, que patrem interfecit, et patrum: que ipsos quoque consobrinos meos gladio interfecit. At ille: In placito, inquit, quod habemus, enetta decernimus, tractantes quid oporteat fieri. Nam Fredegundem patronum suum favebat, ipsamque siepius ad convivium evocans prouulgebatur se ei fieri maximum defensorem. Qualem veredie dum pariter ad mensam epularentur, Regina consurgens, et vade dicens, a Rego de tundebatur dicente illi: Adhuc aliquid ciborum, Cui illa: Indulge, inquit, deprecor, Domine mihi, quia iusta consuetudine nobis contigit nihili, ut pro conceptu consurgam. Haec ille audirem obstat, sciens quartum esse mensum ex quo alium eliderat filium: tamen permisit eum consurgere. Prior quoque de regno Chilperici, ut erat Ansulius et rebuci, ad illum ejus qui erat quatuor mensum se collegerunt, quem Chilperium vocitaverunt, exgentes sacramenta per civitates, quae ad Chilperium prius aspicerant, ut scilicet fideles esse delectant Gunthramnum Regi, ac nepoti suo Chlotario, Gon-

thramnum vero Rex omnia, que fideles Regis Chilperici non recte diversis abstulerant justitia intercedente restituit. Multa et ipse ecclesiis conferens, testamento quoque defunctorum, qui ecclesias haereses instituerant et ab Chilperio compressa fuerant, restauravit, multis se benignum exhibens, ac multa pauperibus tribuens.

D
*benefacit
ecclesiis et
pauperibus.*

CAP. VIII

*ad statim
us uadias
exigit:*

11. Sed quia non erat fidus ab omnibus inter quos venerat, armis se munivit, nec unquam ad ecclesiam aut reliqua loca, quo ire delectabat, sine grandi pergebat custodia. Unde factum est, ut quadam die Dominica, postquam Diaconus silentium populis ut Missa auscultarentur, indixit, Rex conversus ad populum diceret: Adjuro vos, o viri cum mulieribus qui adestis, ut mihi fidem inviolatam servare dignamini, nec me ut fratres meos muper fecistis, intermitatis: licetque mihi vel tribus annis nepotes meos, qui mihi adoptivi facti sunt filii, enutrire, ne forte contingat, quod divinitas aeterna non patiatur, ut cum illis parvulis me defuncto, simul pereatis, cum de genere nostro robustus non fuerit qui defenset. Hae co dicente, omnis populus orationem pro Rege fudit ad dominum.

12. Igitur Gunthramnum Rex, Comites suos ad comprehendendas civitates, quas quondam Sigibertus de regno Chariberti fratris sui accepérat, direxit, ut exigentes sacramenta, suis eas ditionibus subjugarent. Turonici vero atque Pictavi ad Childebertum Sigiberti filium transire voluerunt. Sed Turonici legationem mituit, dientes, melius sibi esse ad tempus Gunthramno Regi subli, quam eneta incendio aut ferro vastari. Pictavi quoque, sacramenta Gunthramno Regi dederunt, non longo tempore ea custodiéntes. Praetextatum e vero Episcopum agre Fredegundi suscepit, quem eives Rotonnagenses post excessum Itegis de exilio expetentes, cum grandi laetitia et laude civitati sue restitueront. Post redditum vero sumum ad urbem Parisiacam advenit, ac se Gunthramno Regi representavit, exorans ut causam suam diligenter exquireret. Adsereret enim Regina cum non debere recipi qui fuissest per iudicium quadragesima quinque Episcoporum a Sacerdotali officio segregatus. Cumque Rex pro hac causa Synodus exentiare vellet, Ragmenodus bojus orbis Episcopus pro omnibus responsum reddidit, dicens: Scitote ei per iudicium iudicatum a Sacerdotibus, non timen enim prorsus ab Episcopatu remotum. Et sic a Rege susceptus, atque convivio ejus adscitus, ad urbem suam regressus est. Promotus vero, qui in Dunnensi castro ordinante Sigiberto Rege Episcopus fuerat institutus, et post mortem regis amotus fuerat eo quod castrum illud esset diocesis Carnotene, contra quem ita iudicium latum fuerat ut Presbyterii tantum officio fungeretur; accessit ad Regem, deprecans ut ordinationem Episcopatus in antedicto castro recuperet. Sed obstante Pappolo Carnotene urbis Episcopo, ac dilecente, quia diocesis mea est, ostendente presentim iudicio Episcoporum, nihil aliud potuit obtinere cum Rege, nisi ut ei que sub ipsis castri termini proprie habebat, recuperet, in quibus cum genitrix adhuc superstite moraretur.

13. Coronante vero Regem apud urbem Parisiacam, venit quidam pauper dicens: Audi Rex verba oris mei. Noveris enim quia Flaranus embicularius quondam fratris tui, querit te interficere. Audiri enim constituebas, ut emte te matutina oratione ad Ecclesiam, aut cultu appeteret, aut hostia transfoderet. Obstupfactus autem Rex, misit vocari eum. Quo negante de Ius, Rex metuens, armis se valde munivit, nec penitus ad loca sancta vel alio, nisi vallatus armatis atque custodibus procedebat. Flaranus autem non post multum tempus mortuus est. Cum autem clamor fieret magno adversus eos, qui potentes cum

E
CAP. XII

*Ubi, Char-
berti subiicit:*

CAP. XVI

c

S. Prex-
tatio-
na Epis-
tola Ro-
manorum
restitu-
er iudicio
Episcoporum
S. Promotum
Episcopu-
s ad
quoniam
viam redi-
git:

CAP. XVII

P

*ut Promotum
Episcopu-
s ad
quoniam
viam redi-
git:*

CAP. XVIII

*invidens et
stru intelligi-
git:*
*invidens et
stru intelligi-
git:*

CAP. XIX

*avauo, restitu-
er mandat*
Regie

CAP. VII

b

*Fredegundem
protigit:*

*et Chlotarii
ejus filius:*

D
EXHIBIT.
GREG. TUR.
Ab Aurelia-
nenibus
excipitor
lexissimus
acclamacioni-
bus:

Judeis non
sicut.

Episcopos
reverentur:

CAP. II
locu sancta
obit: a

Gregorium
Epic. Turo-
nensem invisi:

CAP. III
inter pranden-
dum mandat
qui psalmos
cantari.

thrauros
astranit
pauperibus
et ecclesiis:

CAP. IV

A Rege fuerant Chilperico, scilicet quod abstulissent vel villas vel res reliquias de rebus alienis, omnia quae injuste ablata fuerant, Rex reddit praecepit. Fredegundem quoque Reginam ad villam Rothojalemsem, que in Rotomagensi termino sita est, abire praecepit. Sicutque sunt eam omnes meliores natu regni Chilperici Regis: ibique relinquentes eam cum d. Melanio Episcopo, qui de Rotomago submotus fuerat, ad filium ejus se transtulerunt, promittentes quod ab eis studiosissime nutritur.

14 Posthaec Gunthrammus Rex arcersiri nepotem summum Childebertum jobet, et data in manu Regis Childeberti hasta, ait: Hoc est indicium quod tibi omne regnum meum tradidi. Ex hoc nunc vade, et omnes civitates meas tanquam tuas proprias sub tui juris dominationem subjice. Nihil enim, facientibus peccatis, de stirpe mea remansit, nisi tu tantum qui mei fratris es filius. Tu enim haeres in omni regno meo succede, ceteris exbaeredibus factis. Tunc relatis omnibus, assumpto seorsum pueru clam locutus est, prius obtestans diligentissime ne secreta colloquio ulli hominum panderetur. Tunc indicavit ei, quos in consilio haberet aut sperneret a colloquio: quibus se mederet, quos vitaret, quos honoraret munieribus, quos ab honore depolleret. Deinde eum ad convivium convenienti, cohortabatur Gunthrammus Rex omnem exercitum, dicens: Videte, o viri, quia fannus Childebertus iam vir magnus effectus est: videte et cavete, ne eum pro parvulo habeatis. Relinquo nunc perversitates atque presumptiones quas exercet, quia Rex est, cui vos nunc deservire debetis. Hecet his similia locutus, per triduum epulantes atque jocundantes, multisque muneribus complectantes, cum pace discesserunt. Tunc ei reddidit Rex Gunthrammus omnia, quae pater ejus Sigibertus habuerat.

15 Leodegis I Dux cum thesauris omnibus Gundobaldi, ad Regem venit: quos postea Rex pauperibus et ecclesis erogavit. Adprehensa vero uxore Mummoli, inquirere Rex coepit, quid thesauri, quos ille congregaverant, devenissent. Sed illa cognoscens virum suum interfectum fuisse, et connemictantiam eorum prorsus in terram corrisse, omnia pandit, dixitque multum adhuc apud urbem Avinionensem anni atque argenti esse, que ad Regis notitiam non venissent. Statimque misit Rex viros, qui bac deferre delicerent eum uno pueru, quem valde creditum Mummolum habens, haec ei commendaverat. Abennites autem acceperunt omnia, que in urbe reliqua fuerant. Ferunt autem ducenta et quinquaginta talenta argenti fuisse: alii vero amplius quam triginta. Sed haec, ut ferunt, de reperto antiquo thesauro abstulit. Quod Rex divisum cum Childeberto Rege nejope suo, partem suam maxime pauperibus est largitus: mulieribus amplius quam ea quea de parentibus habuerat, relinques.

a 8 Polictetus, alter Polycletus Marly Melitensis, colitur xiii Februario, ubi varum epis Acta dedimus, et purpura in ejus templo ostendimus panitas esse. In intelliguntur Gallesi cum sutori Brundibaldis, atroque mulierter Childeberti, tam huius patris Sigibertus, patrum Chilpericus, et huius filii Meroveus et Chlodoveus illius consubstantia, seu potius fratres. — c Colitar, 8. Prætestatus 21 Febr., ad quem dum omnia examinavimus d. Melanius sive Melantius, ejusdo S. Prætestato, sedem invaserat.

PARS III.

S. Gunthramni pietus, eleemosyngue; reverentia erga Episcopos Aurelii exhibita, et Puri-
siis erga nepotes mortuos.

Igitur Gunthrammus Rex anno xxiv regni sui de Cabillone progressus, Nivernensem urbem aggreditur, invitatus enim Parisios veniebat, ut Chilperici cluci, quem iam Chlotharium vocabat, a sacro re-
Marti. T. III.

generationis fonte deberet excipere. Digressus vero a Niverno ad Aurelianensem urbem venit, magnum se tunc civibus suis praebens: nam perdomos eorum invitatus abiit, et prandia data libabat, multum ab ab his muneras, mineraque ipsis profum benignitate largitus est. Sed cum ad urbem Aurelianensem venisset, erat ea die solemnitas B. Martini, id est, iv. Nonas mensis quinti: processusque in obviam ejus immensa populi turba cum signis atque vexillis, canentes landes. Et hinc lingua Syrorum, hinc Latinorum, hinc etiam ipsorum Judæorum in diversis landibus varie concurrebat, dicens: Vivat Rex, regnumque ejus in populis annis innumeris dilatetur. Judæi vero qui in his laudibus videbantur esse participes, dicebant: Omnes gentes te adorem, tibique genuflectant, atque tibi sint subditæ. Unde factum est, ut celebratis Missis, cum Rex ad convivium resideret, diceret: Væ genti Judaicae, malitia et perfida, ac subtilo semper sensu viventi. Ob hoc enim mihi, inquit, hodie laudes adulatorias acclamabat, ut me cunctæ gentes quasi Dominum adorarent, ut Synagogam eorum, quæ dulum a Christianis diruta est, E juherem ope publica sublevari: quod inhibente Domino nunquam ero facturus. O Regem admirabilis prudentia clarum. Sic intellexit dolositatem hereticorum, ut ei penitus non valerent subripere, quæ erant postmodum suggesturi. Jam enim, mediante epulo Rex locutus est Sacerdotibus qui aderant, dicens: Rogo, ut in domo mea, crastina die vestram promerear benedictionem, fiatque mihi salus in ingressu vestro, ut ex hoc salvus fiam, eum super me brumalem vestrarum benedictionum verba defluxerint. Haec eo dicente, omnes gratias agentes epulo expleto surreximus.

17 Mane autem facto, dum Rex loca Sanctorum orationis gratia visitaret, ad metatum nostrum advenit: erat enim ibi basilica a S. Aviti Abbatibus, cuius in libro miraculorum meminimus. Surrexi gavisus, fateor, ad occursum ejus, et data oratione deprecor, ut in mansione mea eulogias B. Martini dignaretur accipere. Quod ille non respuens, benigno animo ingressus, hausto poculo, admotis nobis, ad convivium letus accessit. Tunc ablitus Rex manibus, accepta a Sacerdotibus benedictione, ad mensam resedit letto vultu et hilari facie, quasi nihil de contemptu suo fuisset effatus. Interea jam medio prandii peracto, iuliet Rex ut Diaconum nostrum, qui ante diem ad Missas Psalmum responsorium dixerat, canere juherem. Quo canente, jubet iterum mihi, ut omnes Sacerdotes qui aderant, per meam communionem datis ex officio suo singulis Clericis, eorum Rege juherentur cantare. Per me enim secundum Regis imperium admoniti, quisque ut potuit in Regis praesentia Psalmum responsorium decantavit. Cum autem ferenda proferrentur, dixit Rex Argentum omne quod certus, Mummoli illius perjurum fuit: sed nunc, gratia Domini tribuente, in nostram dominationem translatum est: nuna quindecim ex eo catinios, ut istum majorem certus, jam concidi, et non exinde amplius quam hunc et alium de centum septuaginta liberis reservavi. Et quid amplius quam ad opus quotidianum necesse est me retinere? Non ego, quod pejus est, alium filium præter Childebertum habeo, cui satis sit de thesauris quos ei pater reliquit, et quae jam de hujus miserrimi rebus, ipso Avenione inventae sunt, transmittere curavi. Reliqua vero pauperum et ecclesiarum erunt necessitatibus tribuenda.

18 Unum vos tristunmodo, Sacerdotes Domini, deprecor, ut pro filio meo Childeberto Domini misericordiam exoretis. Est enim vir sapiens atque utilis, ut de multorum annorum aeo vix ita cantus homo riperiri possit ac strenuus. Quia si hunc Deus

EX HIST.
GREG. TUR.
peit. merces
pro Ch. lae-
berto :

Ahis Gallis concedere dignabitur, fortassis spes erit de eodem gentem nostram, que valde exinanita est, posse consurgere. Quod fieri juxta ejus nosericordiam non d. fido, eo quod tale fuerit pueri nascitatis praesagium. Nam in die sancto Pasche stante fratre meo Sigiberto in ecclesia, procedente Diacono cum sancto Evangeliorum libro, nuntius Regiadvenit, una que vox fuit pronuntiantis lectioem Evangelicam, ac nuntius dicens : Elias natus est tibi ; unde factum est ut omnis populus in utraque annuntiatione proclamaret pariter : Gloria Deo omnipotenti. Sed baptismum in die sancto Pentecostes accepit, et Rex nullius in die sancto Dominicae Nativitatis est elevatus. Unde si oratio vestra prosequitur, poterit hic Dominus annuente regnare. Haec Rege dicente, omnes orationem fuderunt ad Dominum, ut utrumque Regem ejus misericordia conservaret. Adjecitque Rex : Verum mater ejus Brunichildis me minatur interimere : sed nihil mihi ex hoc formidinis est : Dominus enim qui me criquit de manus inimicorum meorum, et de his insidiis liberabit me.

CAP. VI
Con. item
Burdegolens-
sem altumque;

I9 Rex igitur in crastinum in venationem progressus est : quo redeunte, Garicharius Comes Burdegalensis atque Bladastes a nobis representanti sunt : qui in basilica S. Martini confugium fecerant, pro eo quod Gundobaldo coniuncti fuissent. Nam cum prius pro his deprecatus, nihil obtinere potuisse, haec in sequenti locutus sum : Andiat, o Rex, potestas tua : ecce a Domino meo in legatione ad te directus sum, sed quid renuntia ei qui me misit, cum nihil mihi responsi reddere velis ? At ille obstupescuit : Et quis est Dominus tuus, qui te misit ? Cui ego subridens, B. Martinus, inquit, misit me. Tunc ille jussit sibi representari viros : sed eum in ejus conspectu venissent, multas eis perfidias ac perjuria reprobravit, vocans eos sepius Vulpes ingeniosas : sed restitutos gratia sua, reddens quae illis ablataruerant. Adveniente quoque die Dominicæ, Rex ecclesiæ ad spectanda Missarum solemnia petit : fratres vero Consacerdotusque qui aderant, locum Palladio Episcopo ad agenda festa prebuerunt. Quo incipiente prophetiam Rex interrogat, quis esset ? Cumque Palladium Episcopum initiasse promuntias- sent, statim connotus Rex ait. Qui mihi semper infidelis et perfidus fuit, ille nunc sacra verba prediebat. Ego predictus prorsus ab hac ecclesia, ne iniuriam mentis audienda predicanterem : et haec dicens, egredi et per ecclesiam, Tunc conturbati Sacerdotes

ob honor: m
S. Martini

in gratiam
suscipit,

CAP. VII

egre fert
Missam
celebrari ab
Episc. Santo-
nico alii
hosie,

sed interce-
denibus
Episcopis
aequescit :

CAP. IX

de Chilolaris
natatibus,
dubitis

C de fratribus humilitate, dixerunt Regi : Vidimus enim eum convivio tuo adesse, ac de ejus manu te benedictionem accipere : et cur eum nunc Rex aspernatur ? Si enim scissimus tibi exossum, declinassemus antique ad alium, qui haec agere debuisset. Nunc si permittis, celebret que empti : in posterum autem si ab eundem ipsorum, canonice sanctionis censura finitur : jam enim Palladius Episcopus in sacraurum cum grandi humilitate discesserat. Tunc Rex jussit eum reveri, et sic que agere cooperat, expeditiv.

20 Post haec Rex Parisius venit, et coram omnibus loqui coepit, dicens : Germanus mens Chilpericus moriens dicitur filium reliquisse : enjus nutritores matre deprente petierunt, ut eum de sancto Iavaero in Dominicæ Natali solemnitate deberem excepere, et non venerant. Rogaverunt deinceps ut ad sanctum Pascha baptizaretur : sed nec tunc allatum est infans. Deprecati sunt autem tertio, ut ad festivitatem S. Joannis exhiberetur : sed nec tunc venit. Moverunt itaque me per tempus sterilo de loco ubi habitabam; vici igitur, et evo absconditur, nec ostenditur nisi puer : unde quantum intelligo nihil est quod promittitur, sed, ut credo aliquis ex lendibus nostris sit filius : nam si de stirpe nostra fuisset, ad me utique fuisset deportatus. Ideoque no-

veritis, quia a me non suscipitur, nisi certa de eo cognoscantur indicia. Haec audiens Fredegundis Regina, conjunctis Prioribus regni sui, id est, tribus Episcopis et trecentis viris optimis, sacramenta dererunt hunc a Chilperico Rege generatum fuisse : et sic suspicio ab animis Regis abliata est.

21 Denique cum interit Merovei atque Chlodovei steppius lamentaretur, nesciretque ubi eos, postquam interfecerant, projectisset, venit ad Regem homo qui diceret : Si mihi contrarium in posterum non habetur, indicabo in quo loco Chlodovei cadaver sit positum. Juravit Rex nihil ei molestum fieri, sed potius muneribus ampliari. Tunc ille, Veritatem, inquit, me loqui, o Rex, ipsa ratio quæ acta est comprobabit. Nam quando Chlodoveus interfecitus est, ac sub stillicidio oratori cuiusdam sepultus, metuens Regum, ne alii prando inventus eius honore sepeliretur, jussit eum in alveum Matronæ fluminis projici. Tunc intra capsum, quod opere meo ad cæpiemorunt pescum necessitatem preparaveram, reperi. Sed eum ignorarem quisnam esset, a cœsarie prolixa cognovi Chlodoveum esse : apprehensu in humeris ad litus detuli, ibique eum cospite superposito tumulavi. Ecce salvatis artibus quod volueris effice. Quod cum Rex compriisset, configens se ad venationem procedere, detectoque tumulo reperit corpusculum integrum et intacsum ; una tantum pars capillorum quæ subter fuerat iam defluxerat : alia vero eum ipsis crinum flagellis intacta durabat : cognitumque est, hunc esse quem Rex intento animo requirebat. Convocato igitur Episcopo civitatis cura Clero et populo ac cereorū innumerabilium ornatu, ad basilicam S. Vincentii detulit tumulum, non minus plangens nepotes mortuos, quam cum viatis filios proprios jam sepultos. Post haec misit Pappolus Carnutense urbis Episcopum, qui Merovei cadaver requirens, juxta Chlodovei tumulum sepelivit.

22 Cum Rex maxima intentione Theodorum Episcopum iterum persequi conaretur, et Massilia jam in Childeberti Regis dominationem revocata fuisse, ad dissentandas causas Ratharinus illuc quasi Dux a parte Regis Chihleberti dirigitur. Sed postposita actione, quæ ei a Rege injuncta fuerat, Episcopum vallat, fidejussiones reponit, et ad presentiam Regis Gunthramni dixit, ut scilicet ad Synodum, quæ Matiscone futura erat, quasi ab Episcopis damnandus adesset. Theodorus vero Episcopus a Gunthramno Rege detentus est : sed nihil ei Rex nocuit. Igitur legatos ad nepotem suum Childebertum Rex dirigit, qui moralator tune ad castrum Confluentis, quod ab hoc nomen accepit, pro eo quod Mosella Rhenusque annes pariter confluentes in eodem loco jungantur. Et quia placitum fuerat, ut Treccas Campanie urbe n de utroque regno coniungerent, Sacerdotibusque de regno Childeberti congruuo non fuit. Felix legatus salutatione premissa ostensis litteris ait. Patruus tunis, o Rex, diligenter interrogat, quis te aliae promissiones retraxit, ut Sacerdotes regni vestri ad Concilium, quod simul decreveratis, venire differrent : an forsitan mali homines aliquam inter vos discordie radicem faciunt pullulare ? Tunc vocato secretus Felice legato, Childebertus Rex rogavit, dicens : Deprecor Dominum et patrem meum, ut Theodoro Episcopo nihil injuria inferat : quod si fecerit, confessum inter nos scandalum germinabit, erimusque discordia impediens disjuncti, qui debemus amorem tuendo esse pacifici. Acceptoque et de aliis causis responso, legatus discessit. Interim dies plenti advenit, et Episcopi ex jussu Regis Gunthramni apud Matisconensem urbem collecti sunt. His diebus Gunthramnus Rex graviter agrotatus, ita ut putaretur a quibusdam non posse prouersus evadere : quod

fit certior.

CAP. X
Chlodoveum
et Meroveus
filos Chilpe-
ri curas
honeste
sepetiri :

CAP. XII
Theodorus
Episc. Massi-
tensem dell-
net

F
nec nocet
CAP. XIII

intercedens
Childeberto :

CAP. XX
in Synodo
Matisconensi

remitti.

EX HIST.
GREG TUB.sancte inge-
misiit.

A quod credo providentia Dei fuisset: cogitabat enim multis Episcoporum exilio detrudere. Theodorus itaque Episcopus, ad urbem suam regressus, favente omni populo cum lande susceptus est.

a *Hic est S. Arthus abbas Metacensis in agro Carnoleensi, cuius corpus in solium iurebanense translatum est, ubi ei Childebertus S. Guntherium patrum in ejus memoriam extraxit ecclesiam. Colitur 17 Junii.* b *Ea erat Ingvardis Regis filia Chariberti soror que S. Hermenigildum maritum ad fidem Catholicam convertit.*

PARS IV

Inimicitiae et bellum cum Levigildo et Reccareolo Regibus Gothorum. Acta cum Childeberto Rege ejusque filiis

CAP. XXVII
Ob S. Herme-
nigil um-
bezum
Levigildo
bellum indicit.in Septima-
nam nullum
exercitum,sed ob impia-
tacerapunitum et
castrumet 3 millibus
amus et
reversum,

quinque milia in his stragibus fuisse peremptos. Sed non eos qui remanserant, coerebat aliorum interitus. Tunc et Arvernae regionis ecclesiae, quae via publicie propinquae erant, a ministeriis denudatae sunt. Nec fuit terminus male faciendo, nisi cum ad propria singuli pervenerunt.

24 Quibus reversis, magna Guntherium Regem amaritudo cordis obsedit. Duces vero sopradiuti exercitus ad basilicam S. Symphoriani Martyris expetierunt. Veniente itaque Rege ad ejus solemnitatem, representati sunt sub conditione authentiae in postuodum futuræ. Postea vero quatuor convocatis Episcopis, neconu et majoribus natu laicorum, duces disenterè cœpit, dicens: Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere possumus, qui ea quæ patres nostri consecuti sunt, non custodimus. Illi vero ecclesiæ ædificantes, in Deum spem omnem ponentes, Martyres honorantes, Sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentesque adversas, divino opulente adjutorio, in ense e' parnia saepius subdiderunt. Nos vero non solum Deum non metuimus; verum etiam sacra ejus vastamus, ministros interficiamus, ipsa quoque Sanctorum pignora in ridiculo discripiimus ac vastauimus. Non enim potest obtineri Victoria, ubi tanta perpetratur. Ideo manus nostræ sunt invalidæ, ensis tepestit, nec clypeus nos, ut erat solitus, defendit ac protegit. Ergo si hoc mee culpe adscribitur, jam id Deus capit meo restituat. Certo si vos regalis jussa contemnitis, et ea quæ præcipio implere differtis, jam debet securis capitì vestro submergi. Erit enim documentum omni exercitui, cum unus de prioribus fuerit intersectus: verumtamen jam experiri debemus quid agi oporteat. Si quis justitiam sequi destinat, jam sequatur: si quis contemnit, jam ultio publica cervici ejus immineat. Satius est enim, ut pauci continuaces pereant, quam ira Dei super omnem regionem dependeat innocuum. Haec Rege dicente, responderunt Duces: Bonitatis tue magnanimitas, Rex optime, narrari facile non potest: qui timor tibi in Deum sit, qui amor in Ecclesiæ, quæ reverentia in Sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæ ve dispensatio regnos: sed quia omnia, quæ gloria vestra protent, recta veraque esse censentur, quid faciemus, quod populus unius in vitium est dilapsus, omnemque hominem agere quæ sunt iniqua delectat? Nullus Regem metuit, nullus Ducem, nullus Comitem reveretur: et si fortassis alium ista displicant, et ea pro longevitate vita vestra emendare conatur, statim seditione in populo, statim tumultus exortur, et instantum uniusquisque contra Señorem stœva intentione grassatur, ne vix se credit evadere, si tandem silere nequiverit. Ad hæc Rex ait: Si quis sequitur justitiam, vivat: si quis legem mandatunque nostrum respuit, jam pereat. ne nos diutius hoc blasphemium prosseguatur.

25 Post hæc Childeberto Regi filius natus est, qui a b Magnerio Treverorum Episcopo de sacro fonte suspectus, Theodebertus est vocatus: de quo tantum gaudium Guntherius Rex habuit, ut statim legatos dirigens, multa ei munera transmitteret, dicens: Per hunc enim Deus erigere Francorum regnum propria majestatis sue pietate dignabitur, si huic pater, aut ipse vixerit patri. Anno denique c undecimo regni Childeberti Regis, legati iterum de Hispanis venient, pacem petentes: sed nihil certi ontinentes, regressi sunt. Cum autem legati de Hispanis erubro ad Regem Guntherium venirent, et nullius pacis gratiam obtinere potuerint, sed magis inimicitia pullularer: Rex Guntherius Albigensem urbem nepoti suo Childeberto reddidit. Post mortem Leovioldi Hispanorum Regis, Richardus filius ejus febus iunctus cum Goisinthia, relicta patris sui, eamque

de remedio
consultat:b
c. XXXII
Licitur ob-
natum. Theo-
dibertum
a tum Childe-
berti,c
Gothicam
pactum nou-
admissit

CAP. XLV

que

EX MIST.
GREG. TUR.
LIB. IX
CAP. I
ne quidem
cum Recaredo.

A que ut matrem suscepit. Haec enim erat mater Brunichildis Reginae, matris Childeberti junioris. Richaredus vero de alia uxore erat filius Leuvieldi: denique cum novacula habito consilio, legatos ad Gunthramnum Regem atque Childebertum dirigit, dicens: Pacem habete nobiscum, et in eamus fodus, ut adjuti praesidio vestro, cum necessitas poposcerit, simili nos conditione intercedente caritate muniamus. Venientes vero Legati qui ad Gunthramnum Regem directi erant, apud Matasense oppidum jussi sunt residere: ibique transmissis viris Rex caussas cognovit, sed recipere noluit verba eorum: unde talis postmodum inter eos iniurie pullulavit, ut ad civitates Septimanias nullum de regno ejus transirem permittent. Hi vero qui ad Childebertum Regem venerunt, cum caritate recepti sunt, datis que munieribus accepta pace cum munieribus sunt regressi.

B 26 Interea advenit festivitas S. Marelli, quem apud Urberum Cabillonensem d' mense septimo celebratur, et Gunthramnus Rex adiunxit: verum ubi peractis solemniis ad sacrosanctum altarium communicandi gratia accessisset, venit quidam quasi aliquid suggesturus. Qui dum properat contra Regem, culet ei de manu delabatur. Apprehensoque repente, alium cultrum evaginatum in manu ejus reperitur. Nec mora, eductus a basilica sancta, vinclis et tormentis adductus, confiteatur se emissum ad intercedendum Regem, dicens: Sic enim tractavit qui me misit: quia cognovit Rex multorum in se odia aggregata, et suspectus ne percutiatur, omnino se a suis vallari praecepit, nec reperitur aditus qualiter ad eum cum gladio possit accedere, nisi in ecclesia, in qua securus et nihil metuens stare dignoscitur, transverbretur. Sed et his de quibus locutus fuit apprehensis, multis interemptis, hunc verborum plagiis dimisit vivum, quia nefas putavit, si is qui ab ecclesia eductus fuerat, truncaretur. Eo anno Childeberto Regi aliis illius natus est, quem Veranus Cabillonensis Episcopus suscipiens a lavaero, Theoderici nomen posuit. Erat enim eo tempore ipse Pontifex e magnis virtutibus praeditus, ita ut plenarumque iudicis signum Crucis imponens, statim sanitati, tribuente Domino, restauraret.

C 27 Post haec Rauchingus conjonctus cum Prioribus regni Chlotharii, filii Chilperici, confingens se quasi traetnaturum de pace, ut inter terminum triusque regum nulla intentio aut direcacio gereretur, consilium habuerunt, ut se habeat interfictio Childeberto Rege. Rauchingus cum Theodoberto seniori episcopi filio, regnum Campaniae teneret. Ursio vero ac Berthefredus, juniori filio nupor gentio, qui Theodericus cognominatur, ad se suscepto, et excluso Gunthramnuo Rege, reliquum regni teneret; multa etiam contra Brunichildem Reginam frementes, ut eam in contumeliam redigerent, sicut prius fecerant in viuitate sua. Rauchingus ergo summum elatus potentia, et at ita dicam ad ipsius regalis sceptri se jacens gloriam pervenire, iter preparat ad Childebertum Regem accedendi, ut consilium quod inerat posset expiere. Sed pietas Domini haec verba in aures Gunthramni Regis prins imposuit. Qui missis nuntiis clavis ad Childebertum Regem, omnes ei molitiones has in notitiam posuit, dicens: Accelerate velociter, ut videamur a nobis: sunt enim causae quae agi debent. At ille diligenter inquirens quae ei nuntiata fuerant, veraque esse cognoscens, arcessiri Rauchingum jussit.

D 28 Iterum misit Gunthramnus Rex ad nepotem suum Childebertum, dicens: Moris omnes abscedant, et veni ut te videam: est enim certe necessitas causa, tam pro vita nostra commodo, quam pro utilitatibus publicis, ut videamur a nobis. Haec

ille audiens, adsumpta matre cum sorore et coniuge ad occursum patrum destinat. Rex vero Gunthramnus cum nepote suo ac Reginis, pacem firmavit, datis sibi invicem munieribus, ac stabilitis caussis publicis, epulati sunt pariter. Landabat enim Dominum Gunthramnus Rex, dicens: Refero tibi maximas gratias, omnipotens Deus, qui mihi praestisti ut vide merear filios de filios meo Childeberto: unde non me polo usqueque a tua maiestate relatum, qui mihi haec praestisti, ut videam filios filii mei. Tunc Dynamum et Lupum Duceum redditos Rex Childebertus recepit, Cadureum Brunichildi Reginae refulit. Et sic cum pace et gaudio iterum atque iterum Deo gratias agentes, conscriptis pactiobus se remunerantes et osculantes, regressus est uniusquisque ad civitatem suam.

E 29 Igitur eo tempore in Hispania Richaredus Rex compunctus insertione divina, convocatis Episcopis religionis sue ait: Cur inter vos et Sacerdotes illos, qui se Catholicos dicunt, jugiter scandalum propagatur, et cum illi per fidem suam signa multa ostendant, vos nihil tale agere potestis? quia de re convente queso simul, et discussis neutrusque partis creditibus, que vera sunt cognoscamus: et tunc intelligens veritatem Richaredus, postposita altercatione, se Catholicice legi subdidit, et accepto signaculo beate Crucis cum christatis inunctione, credidit Iesum Christum Filium Dei aequalem cum Spiritu sancto regnante in secula seculorum Amen. Post haec Richaredus legationem ad Gunthramnum atque ad Childebertum direxit pacis gratia, ut scilicet sicut in fidem se asserebat unus, ita et caritate se praestaret unitum. Sed a Gunthramno Rege repulsi sunt dicente. Quia mihi fidei promittere possunt, ant quemadmodum a me eredidissent, qui neptem meam Ingundem in captivitatem tradiderant, et per eorum insilias, et vir eius interfactus est, et ipsa in peregrinatione defuncta? Non recipio ergo legationem Richaredi, donec me Deus ulisci jobeat de his inimicis.

a Ingaudia Siegerbe Regis filia, Chariberti soror, S. Hermegildum maritum ad fidem Catholicam convertit. — b S. Magnevens colitur 25 Iuli — c Is est annus 586. — d Die 4 Septembri. — e In virtutibus et miraculis S. Veruni habemus variata acta, illustranda ad 21 Novemb.

PART V

Pacta S. Gunthramni cum Childeberto. Alia F praelare gesta.

A ume et xiii Regis Childeberti, cum ad occursum ejus usque Metensis urbem properassemus, jussi sumus ab Gunthramnum Regem in legationem accedere: quem apud urbem Cabillonensem reperimus, dicentes: Salutem uberrimam n' ittib' gloriosissimus nepos tuus Childebertus, o milite Rex, immensas referens gratias pietati tuae, quod a te jugiter commonetur, ut ex agit que et Deo placeant, et tibi sint accepta, et populo congrua. De his vero que locuti simus fustis, omnia implere promittit, nec quidquam de pactiobus que inter-vus conscriptae sunt, irrumpere pollicetur. Et Rex ad haec ait: Non sim illiter ego, gratias ago, quod taliter irrumpitur, quod nihil promissum est. Pars mea de urbe Silvanectensi non redditur: homines quos pro utilitate mea, quia inibi infensi erant, migrare volui, non permiscentur: et quonodo dicetis, quod nihil de pactiobus scriptis transcedere vult dulcissimus nepos meus? Et nos ad haec: Nihil vult contra pactiones agere illas, sed omnia implere promittit, ita ut de praesenti, si ad divisionem Silvanectensem vis mittere, nec tardetur: statim enim recipies tuum. De boniobus vero quos dicis, nomina scripta tradentur, et omnia que promissa sunt implebuntur. Haec nobis loquentibus

CAP. IV
Nascitur et
Theodericus
principus

conspicitio-
nem in necem
Childeberti

mire intelligi
et que indicat.

CAP. X
excipit Chil-
debertum
cum suis,

CAP. XI
pactio-
nem
conspicitio-
nem et latum
dimidit:

CAP. XV
Recurredum
ad adam
Catholicum
converuum

E

CAP. XVI
et pacem
prudentem ob
cudem S.
Uerungildi
non adiunxit.

CAP. XX
excipit
Lentum
Childeberti
S. Gregorium
Talonensem

mandat
partionem
recepit.

A quentibus, pactionem ipsam relegi Rex coram adstantibus jubet.

31 Cum in Christi nomine praecellentissimi Domini Gunthramus et Childebertus Reges, et gloriissima Domina Brunichildis Regna, b Andelaum caritatis studio convenissent, ut omnia que undecimque inter ipsos scandalum poterant generare, pleniori concilio definit; id inter eos mediantibus Sacerdotibus atque Proceribus, Deo medio, caritatis studio sedit, complacuit, atque convenit, ut quandom eos Deus omnipotens in praesenti seculo superesse voluerit, fidem et caritatem puram et simplicem sibi debeant conservare. Similiter quia Dominus Gunthramus juxta pactionem, quam cum bonae memorie Domino Sigiberto inierat, integrum portionem, quae est de regno Chariberti, illis fuerat consecutus, sibi diceret in integrum reddiberi; et pars Domini Childeberti, ea que pater suus possederat, ad se vellet ex omnibus revocare: id inter ipsos constat fixa deliberatione finitum, ut in illam tertiam portionem de Parisiensi civitate cum terminis et populo suo, quae ad Dominum Sigiberto de regno Chariberti conscripta pactione pervenerat, cum castellis Duno et Vindocino, et quidquid de pago Stampensi, vel Carnotano in pervio illo antefatus Rex cum terminis et populo suo perceperat, in jure et dominatione Domini Gunthrami, cum eo quod superstite Domino Sigiberto de regno Chariberti antea tenuit, debeant perpetualiter permanere: pari conditione civitates Meldoneses, et duas portiones de Silvanectis, Turonos, Pictavos, Abrincatas, e Vicum Juliensem cum d Consorauia, Lapurdo et Albige Domus Childebertus Rex cum terminis a praesenti die sue vindicet potestati. Ea igitur conditione servata, ut quem Deus de ipsis Regibus superstitem esse praeceperit, regnum illius, qui absque filio de praesentis seculi luce migraverit, ad se integratatem jure perpetuo debeat revocare, et posteris suis, Domino auxiliante, relinquere. Illud specialiter placuit per omnia inviolabiliter rouservari, ut quidquid Dominus Gunthramus Rex filii sue e Chlothielli contulit aut adhuc, Deo propitiante, contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam in civitatibus quam agris vel redditibus, in jure et dominatione ipsius deheant permanere: et si quid de agris fiscalibus vel speciebus atque praesidio pro arbitrii sui voluntate facere, aut quidquam conferre voluerit, in perpetuo, auxiliante Domina, conservetur, neque a quoquam ullo unquam tempore convellatur, et sub initio ac defensione Domini Childeberti, cum his omnibus que ipsam transitus genitoris sui invenerit possidentem, sub omni honore et dignitate secura debeat possidere.

32 Pari conditione reprobmitur Dominus Gunthramus. Rex, ut si (ut habet humana fragilitas, quod Divina pietas non permittat, nec ille vide-re desiderat) contingent Domum Childebertum, eo superstite, de hac luce migrare, filios suos Theodoletum, et Theodoricum Regem, vel si adhuc alios ipsi Deus dare voluerit, ut pins pater sub sua tuitione et defensione recipiat, ita ut regnum patris eorum sub omni soliditate possideant: et genitricem Domini Childeberti, Domnam Brunichildem Regnam, vel filiam eius Chlodosundam, germanam Domini Childeberti Regis, quandom intra regionem Francorum fuerit, vel ejus Reginam Faleubam, tanquam sororem bonam, et filias in sua tuitione et defensione, spirituali dilectione recipiat, et sub omni honore et dignitate cum omnibus rebus earum, cum civitatibus, agris, redditibus, vel cunctis titulis, et omni corpore facultatis, tam quod praesenti videntur tempore possidere, quam quod adhuc Christo Prasule juste potuerint augmentare, sub omni se-

curitate et quiete possideant: ut si quid de agris fiscalibus vel speciebus atque praesidio pro arbitrii sui voluntate farere, aut cuiquam conferre voluerint, fixa stabilitate in perpetuo conservetur, nec a qui-buscumque voluntas illarum ullo tempore convellatur. De civitatibus vero, hoc est Burdegala, Lemovica, Cadureo, Barnarno et Begorra (quas Bai-lesindam germanam Domini Brunichildis, tam in dote, quam in f morganegiba, hoc est, matutinali dono, in Franciam venientem, certum est aquisisse quas etiam per judicium gloriissimi Domini Gunthrami Regis, vel Francorum, super titibus Chilperico et Siegerbo Regibus, Domna Brunichildis noscitur acquisisse) ita convenit, ut Carducam civitatem cum terminis et cuncto populo suo, Domna Brunichildis de praesenti in sua proprietate percipiat: reliquias vero civitates ex hac conditione superius nominatas Domus Gunthramus, dum ad vivit, possideat, ita ut quidquid post ejus transi-tum, in dominationem Dominae Brunichildis haeredumque suorum cum omni soliditate, Deo proprio, revertantur. Nec superstite Domino Gunthramo, neque a Domina Brunichilde, neque a filio suo Childeberto Rege illiusque suis, quidlibet ingenio, vel E tempore repertantur. Simili modo convenit, ut Silvanectum Domus Childebertus in integritate teneat, et quantum tercia Domini Gunthrami exinde debita competit, de tertia Domini Childeberti, quae est in g Rossantensi, Domni Gunthrami partibus compen-setur.

33 Similiter convenit, ut secundum pactiones inter Dominum Gunthramum et bonae memoriae Domum Sigibertum initas, leudes, illi, qui Domina Gunthramo post transitum Domini Chlotharii sacramenta primitus prebnerunt, et si postea convincentur se in parte alia tradidisse de locis ubi comanere videntur, convenit ut debeant removeri. Similiter et qui post transitum Domini Chlotharii conviruntur Domino Sigiberto sacramenta primitus prebuisse, et se in aliam partem translulerint, modo simili removeantur. Similiter quidquid antefacti Reges ecclesiis aut fidelibus suis contulerint, aut adhuc conferre cum iustitia, Deo propitiante, voluerint, stabiliter conservetur, et quidquid unicunque fidelium in utriusque regno per legem et iustitiam redihibetur, nullum ei praecordium patiatur, sed licet res debitas possidere atque recipere. Et si aliquod cyeniique per interregna sine culpa sublatum est, ambientia habita restauretur. Et ille quod per iniurias praecedentium Regum unusquisque usque ad transitum gloriosae memorie Domini Chlotharii Regis possedit, cum securitate possideat: et quod exinde fidelibus personis ablatum est, de praesenti recipiat. Et quia inter praefatos Reges pura et simplex est in Dei nomine, concordia diligata, convenit ut in utroque regno utriusque fidelibus, tam pro causis publicis quam privatis, quirumque voluerit ambulare, pervium nullis temporibus deaegetur. Similiter convenit, ut nullus alterius fondos nec sollicitet, nec venientes excipiat: quod si forsitan pro aliqua amissione partem alteram crediderit ex-petendam, juxta qualitatem colpa excusat redi-hantur. Hoc etiam huic addi placuit pactioni, ut si qua pars praesentia statuta subiquumque cal-liditate, tempore quoquam transcenderit, omnia beneficia tam reprobmissa quam in praesenti collata amittat, et illi proficiat, qui inviolabiliter omnia suprascripta servaverit; et sit de sacramen-torum obligatione in omnibus absoluta. His itaque omnibus definitis, jurant partes per Dei omnipotentis nomen et inseparabilem Trinitatem vel divina omnia, ac tremendum diem iudicii, se omnia, que superius scripta sunt absque ullo dolo malo vel fraudis ingenio

D
EX HIST.
GREG. TOR.

gur ipse ex
regno Porti-
vnu Chari-
berni debebat
habere:

c d

e
el filii sua
Chlothielli
possit dare

adduci, si
Childebertus
moratur,
procreaverit
N. orum,
genitricis,
iurora,
urora:

utique rata
sunt iura
clientium.

dona ecclesiis
vel utilis facta,

ex parte trans-
grecentibus
magistrorum:

EX HIST.
GREG. TUR.
h

exposita suam
eum Frede-
gundus am-
bitus:

permul-
tuas
Chlodofor-
tina cum
techo de
Rege:

negoti exer-
citorum in
Italiis
naturae.

petiti in Synodo

futuram de
cide S. Pr-
textatis e tuo
lucriva vita
Sacerdotum
corrigentia:

A ingenio inviolabiliter servato. Facta pactio sub die quarto Calendis Decembri anno h vicesimo sexto regni Domini Gunthramni Regis, Domini Childeberti vero duodecimo anno.

34 Lectis igitur pactionibus, ait Rex, Indicio Dei feriar, si de his quicquid transcendere que hic continentur. Et conversus ad Felicem, qui tunc noscum legatus advenerat, ait: Die, o Felix, jam enim plenissime connessisti amicitias inter sororem meam Brunichildem, et intimam Dei et hominum, Fredegundem. Quia negante, ego dixi: Non dubitet Rex, quia ille amicitiae inter easdem custodiuntur, que ante hos annos plurimos sunt ligatae: nam certe scias, quia odium, quod inter illas olim statutum est, adhinc pullulat, non arescit. Utinam tu, o Rex glorioissime, tamen cum ea caritatem haberes. Nam, ut saepe cognovimus, dignis ejus legationem quam nostram excipis. Et ille, Sebas inquit, Sacerdos Dei, quia sie ejus legationem suscepio, ut caritatem nepotis mei Childeberti Regis non omittam. Num ibi amicitias ligare non possum, de qua sapienter processerunt, qui nobis vitam presentem auferrent. Haec eni dicente, Felix ait: Pervenisse ad gloriam vestram credo, quod Richardus legationem ad nepotem vestrum directi, quae nepotem vestrum Chlodosindiam filium fratris vestri erin matrimonium postularet: sed ille absque vestro consilio nihil exinde promittere voluit. Rex ait: Non est opinione ei, ut illuc nepotis men ambulet, ubi soror sua est imperfecta: sed nec illud rationabiliter complacet, ut non ueliscatur mors nepotis metu Ingundis. Felix respondet, Multum se exinde excusare voluit, aut quererat, aut quibuslibet ab his conditionibus iusserratis: tantum vos consensum præbete, ut ei Chlodosindiam, sicut postulat, desponetur, Rex ait: Si enim nepos mens implet, que in pactionibus conscribi voluit, et ego de his facio voluntatem ejus. Promittentibus nobis cum omnia impleturum, adiecit Felix: Deprecatur etiam pietatem vestram, ut ei solatium contra Longobardos tributatis, qualiter expulsi de Italia, para illa quam genitor sum venirebavit vivens, ad eum revertatur, reliqua vero pars per vestrum sumunque solatium Imperatoris distinctionibus restituatur. Respondit Rex, Non, inquit, possum in Italiam exercitum meum dirigere, ut ultra eos morti tradam: gravissima enim lues Italiani nunc devastat.

35 Et ego: Indicasti etiam nepoti vestro, ut omnes res regni Episcopi in unum convenient, quae multa sunt que debeat indulgari: sed justa consonantia dicendum canonum, placuerat gloriosissimo nepoti vestro, ut unusquisque Metropolitanus cum Provincialibus suis conjugetur: et tunc que irrationaliter in regione propria liebant, sanctione sacerdotali emendarentur. Quae enim causa extat, ut in unum tanta multitudo convenient? Ecclesie fides pericolo ultro non quotidie: heres nova non surgit. Quae erit ista necessitas, ut tanti debeat in unum conjungi Domini Sacerdotes? Et ille, Sunt multa, inquit, que debeat discerni, que iniuste gesta sunt tam de incestis, quam de ipsis quo inter nos aguntur caassis. Sed præcipue illa Dei causa extat omnilius maior, ut inquirere debeat, cum Praetextatus Episcopus gladio in ecclesia fuerit interemptus. Sed et de his, qui pro luxuria necessantur, debet esse discussio, ut miti vieti sanctione Sacerdotali debeat emendari, aut certe si innocentes inveniuntur, publice error criminis anferatur. Tunc jussit, ut in Kalendis mensis quarti haec Synodus prolongaretur. Et iis dictis, ad ecclésiam processimus: erat enim dies illa Dominicale Resurrectionis solemnitas. Dictis igitur Missis, convivio nos adseruit, quod fuit non minus oneratum in ferulis, quam letitiae opulentum. Semper enim Rex de-

Deo, de ædificatione ecclésiarum, de defensione pauperum sermonem habens: ridebat inter dum spirituali joco delectans: addens etiam unde et nos aliquid letitiae fruoremur. Dicebat enim et haec verba: Utinam mihi nepos meus promissa custodiat, omnia enim quæ halo, ejus sunt: tamen si eum scandalizat illud, quod legatos Chlotarii nepotis mei suscipio, numquid demens sum, ut non possim temperare inter eos, ne scandulum praepagetur? Novi enim id magis incidere quam in longius promulgare: dabo enim Chlothario, si eum nepotem meum e se cognovero, aut duas aut tres in parte aliqua civitates: ut nec hic videatur exhaeredari de regno meo, nec huic inquietudinem praeparent quae isti reliqueru. Haec et alia locutus, dulcei nos affectu lovens, ac muneribus onerans, discedere jubet, mandans ut ea semper Childeberto Regi insinuentur, quæ vitæ ejus commoda fierint.

o Is est annus 588. — In Andelaum, aliquibus Andelauum, rugo Andela in agro Bassianaco et Lingonico, que' dito tunc uidi Augundis erat. Apud Ferdegatuum cap. 38 exercitus Lingonis dirigitur per Andelaum, Nesus castri capto, Tullum. — e Vitis Juliani in Vasconia ad fluminum Alberum, unde nunc Adurnus, rugo Are, etiamnam urbs Episcopalis. d Cruciferanum rugo uita S. Lucerii eisdem Vasconis Episcopalis, ubi etiam Lapurdum in Comitate Augorrensis. Reliquæ urbes salis nota sunt: e Chlodobergo sorore mortua, haec restabat Deo sacrae pueri. — f Morgangilia, seu Morgengelia sapia in Legibus antiquis reperitur et donatio nuptialis fieri solita ante contrarium matutino tempore: ex voce Teontoteca Morgen mane seu matutino tempore, et gab seu gave donum. — g Videatur Romanum dum dies inter Matronam et Albam fluvios Campanie. — h Is est annus Christi 588. — i Aucti 588.

E

PARS VI

Illustres Regis virtutes et miracula: Chlotharius de fonte suspicitur.

I pse autem Rex, ut siepe diximus, in elemosynis magnus, in vigiliis atque jejuniis promptus erat: nam tunc cerebatur Massilia a tunc ingunaria valde vastari; et tunc morbum usque ad Lugdunensem vi- cum. Octavum nomine, fuisse celeriter propidatum. Sed Rex, aesi bonus Sacerdos, providens remedia quibus cœtrices peccatoris vulgi mederentur, jussit omnem populum ad ecclésiam convenire, et rogationes summa cum devoteō celebrari: et nihil aliud in asu vescendi nisi panem hardeacem cum aqua manna assumi, vigilisque adesse instanter omnes jubet: quod eo tempore ita gesum est. Per triduum enim ipsius elemosynis largius solito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, ut iam tunc non Rex tantum, sed etiam Sacerdos Domini putabatur; totam spem suam in Domini miserationem transfundens, et in ipso jaetans cogitationes quæ ei supervenientib, a quo eas effectu tradi tota fidei integritate putabat. Nam celebre tunc a fidelibus cerebatur, quod mulier quadam, cuius filius quartano typo gravatorum et in strato anxius decubabat, accessit inter turbas populi usque ad tergum Regis, abruptisque clavi regalis indumenti fimbriis, in aquam posuit, filioque bibendum dedit statimque restincta febre sanatus est. Quod non habetur a me dubium, emneque e sepius larvas, energias famulante, nomen ejus invocantes audierunt, ac criminum prioriorum gesta, virtute ipsius discernente, fatui.

37 Amalo quoque Dux, dum coniugem in aliis villam per exercenda utilitate dirigit, in amore puerum quædam ingenuum erat; et facta nocte erapulatus a vino, misit pueros, ut detrahentes puerum, cum thoro ejus adserirent. Ille quoque repugnante, et violenter in ejus mansione deducta, dum eam aliquis eredunt, sanguinis unda ex naribus meatibus decurrente perfunditur. Unde factum est, ut ipse quoque stratus Dux antedicti hoc rivo cruentaretur, quam et ipse pugnis, cohaphus, aliisque ictibus verberatau in ulnam suscepit, et statim oppres-

CAP. XII
Rex deuidus
elemosynis
vigiliis,
jejuniis,

ea suis pre-
terribus,

clareb
miracula;

CAP. XXVII

puerum quæ
Dux, ne
storum
patereque,
occidit,

sus

Asus somno dormire coepit. Atilla extensa manu trans caput viri gladium reperit: quo evaginato, caput Dueis, velut Jndith Holofernis, ietu virili libravit. Illo quoque voces emittente, concurrunt famuli: quan cu[m] interficere vellent, exclamavit ille, dicens: Ne faciatis queso: ego enim peccavi, qui vim castitati inferre conatus sum. Nam, haec que pudicitiam studuit conservare, omnino non pereat. Haec dicens, spiritum exhalavit. Cumque super eum familia cuncta lamentaretur, adjutorio Dei eruta puella domini egreditur, et per noctem Cabillonensem urbem adit, quae est sita ab eo loco quasi millia xxxv: ibique basilicam S. Marcelli ingressa, Regis prostrata pedibus, cuncta que pertulerat pandit. Tunc Rex misericordissimus non solum ei vitum donavit, verum etiam preceptionem tribui jussit, ut in verbo suo posita, a nullo unquam parentum defuncti illius in aliquo molestium pateretur. Verum tamen hoc Deo prestante cognovimus, quod pueræ castitas non est ab erectoro saeo ullatenus violata.

B 38 Brunichildis qui que Regis jussit fabricari ex auro ac gemmis mira magnitudinis clypeum, ipsiusque cum duabus patris lignueis, quas vulgo Bacchini non vocant, ei demque similiter ex gemmis fabricatis auro, in Hispaniam regi mittit: in qua Ebregilsum, qui sa pe ad ipam Regionem legationis gratia accesserat, direxit. Quo abeunte, nuntiatum est Regi Gunthrammo, dicente quodam, quia Brunichildis Regina ad filios Gundobaldi munera dirigit. Quod Rex audiens, jussit enstodias arduas per vias regni sibi fieri, ita ut nullus penitus præterire possit, qui non discuteretur. Inquirebant etiam in hominum vel vestimentis vel calceamentis aut in reliquis rebus, si occulte littere portarentur. Ebregilsum vero Parisius accedens cum his speciebus, ab Ebbaehario Duce comprehensus, ad Gunthramnum deducitur: dixitque ei Rex: Non sufficit, o infelicissime hominum, quod impudico consilio Ballomerem illum, quem Gundobaldum vocatis, ad conjugium arcessistis, quem manus mea subegit, qui voluit ditioni sua regni nostri superare potentiam: et nunc filii ejus munera mittitis, ut ipsos iterum in Gallias provectis ad jugulandum? Ideoque non accedes quo volueris, sed morte morieris: quia contraria est legatio tua genti nostrae. Illo quoque recusante, non se his verbis esse communem, sed potius ad Richaredum, qui Chlodosuindam sororem Childeberti Regis sponsare debuerat, haec munera mitti: creditur Rex loquenti, et dimisit eum, aliquid in itinere, quo directus fuit cum ipsis minoribus.

C 39 Interea Childebertus Rex exercitum commovet, et Italiam, ad debellandam Longobardorum gentem, cum eisdem pergere parat. Sed Longabardi his auditis legatos cum muneribus mittunt, dicentes: Sit amicitia inter nos, et non pereamus, ac dissolvamus certum diuini tue tributum: ac ubicumque necessarium contra inimicos fuerit, ferre auxilium non pigebit. Haec Childebertus Rex audiens, ad Gunthramnum Regem legatos dirigit: qui ea que ab his offerebantur, in ejus auribus intimarent. Sed ille non obvius de hac connivencia, consilium ad confirmandam pacem praebuit. Childebertus vero Rex jussit exercitum in loco residere: misitque legatus ad Longobardos, ut si haec quia promiserant confirmarent, exercitus revertetur ad propria: sed minime est impletum, a Aptacharins Longobardorum Rex legationem ad Gunthramnum Regem cum hujuscemodi verbis direxit: Nos, piissime Rex, subjecti atque fideles vobis gentique vestre, sicut patribus vestris, sumus et esse desideramus: nec discedimus a sacramento quod prædecessores nostri vestris prædecessoribus juraverunt. Nunc autem desistite a persecuzione nostra, et sit pax nobis et concordia, ut ubi

necessarium fuerit contra inimicos auxilium præbeamus, ut vestra scilicet nostraque gente salvata, ac nos pacificos cognoscentes, terreantur magis adversarii, qui in circuitu obstrepunt de auctoritate, quam de nostra discordia gratulentur. Pacifico haec Gunthrammus Rex verba suscepit, misitque eos ad nepotem suum Childebertum Regem.

*Ex miss
GREG. TILA.*

D 40 Post haec Fredegundis legatos ad Gunthramnum Regem mittit, dicens: Profectus est Dominus meus Rex usque Parisius, et arcens filio meo nepote suo, jubeat eum baptismatis gratia consecrari: ipsumque de sancto Iavaero exceptum, tamquam alumnus proprium habere dignetur. Haec audiens Rex, commotis Episcopis, id est b. Aetherio Lugdunensi, et Siagrio Augustidunensi. Flavioque Cabilonensi, et reliquis quos vohit, Parisius accedere jubet, indicans se postmodum secentum. Fuerunt etiam ad hoc placitum multi de regno ejus, tam domestici quam Comites, ad preparanda regalis expensæ necessaria. Rex autem deliberatione acta, ut ad haec deberet accedere, pedum est dolore prohibitus. Postquam autem convalluit, accessit Parisius: exinde ad Rotovalensem villam ipsius urbis properans, evocato puerò jussit baptisterium preparari in vico d. Neinpudoro. Dum autem haec agerentur, legati Childeberti E Regis accesserunt ad eum, dicentes: Non enim ista nuper nepoti tuo, Childeberto pollicitus eras, ut cum inimicis ejus amicitias colligares? Sed in quantum cernimus, nihil de promise tua custodis: sed potius quae promiseras prætermittis: et puerum istum in urbis Parisiacae cathedra Regem statuis. Judicabit enim Deus, quia non reminisceris quae retro pollicitus es. Haec illi dicentibus, Rex ait, Promissionem quam in nepotem meum Childebertum Regem statutam habeo, non omitto. Nam illam non oportet scandalizari, si consobrinum ejus, filium fratris mei, de sancto suscipiam Iavaero: quia banc petitionem nullus Christianorum debet abnovere: eamque ego, ut Deus manifestissime uox, non calliditate aliqua, sed in simplicitate puri cordis agere cupio, quia offensio divinitatis incurra formido. Non est enim humilitas genti nostræ, si hic a me excipiat. Si enim Domini proprios famulos de sacro fonte suscipiant, cur et mihi non licet propinquum parentem excipere, ac filium facere per baptismi gratiam spirituali? Abscedite nunc et nuntiate Domino vestro; partiem quam tecum pepigit, custodiare eni[m] illibata[m], quam si tua conditionis noxa non consentit, a me prorsus F omitti nequit. Et haec dicens legatis discedentibus, Rex accedens ad lavacrum sanctum obtulit puerum ad baptizandum. Quem excipiens, Chlotharini vocitari voluit, dicens. Crescent puer, et huius sit nominis executor, ac tali potentia polleat, sicut ille quondam, cuius nomen indeptus est. Quo mysterio celebrato, invitatum ad epulum parvulum multis minoribus oneravit. Similiter et Rex ab eodem invitatis plerisque de nos resertus abscessit, et ad Calalonensem urbem redire statuit.

a Auctiarius duxit Paodo Inuono et Ammonio. Annus tabebatur 15 Childeberti, ac Christi 510. — Aetherius in Lituus peculiaribus Ecclesie Lugdunensis inter alias Sanctos solitum iam olim tamquam Sanctum invocari scribat. Ramundus in Indentu Sanctorum Lugdunensium, quem consule. — c. 8. Siagrus cultor 27 Augusti — d. illus Nemophoro, in qua parochia, septem ferme milibus Parisi distante, natus est S. Genovefa: at ultraque huius vita habet ad m. Januarii

CAP. XXX

*rarijnos ad
tuplissimum
Chlotharisi
necessitatibus*

b

d

*legatis
Childeberti
obligentibus
satisfacit :*

*c. Clotharum
ac fonte
suscepit.*

APPENDIX *Ex Chronico Fredegarii.*

Gunthrammus Rex Francorum eum jun annos a xxii, Burgundie regnum homitate plenus feliciter regebat, cum Sacerdotibus utique Sacerdos instar se ostendebat, et cum leuidis erat aptissimus, elemosynam pauperibus large tribuens, tanto prosperitatis

**EX HIST.
GREG. TUB.**
b
Gunthramnus
ob bonitatem
et meritis
genibus
laudatur;
ecclesias et
monasterium
S. Marcelli
constituit;

debet illi
Gundobaldum

Clotharium
de sacro fonte
excepit;

Mummolum
cura; interfici.

D. P.

Atatis regnum tenuit, ut omnes etiam vicine gentes amplissimas de ipso lande canerent. Anno b. xxiv, regni sui divino amore ecclesiam B. Macelli (ubi ipse pretiosus requiescit in corpore, in suburbano Cabiliomensi, sed tamen in Sequano est territorum) mirifice et soleter adificari jussit, ibique monachus congregatus monasterium condidit, ipsamque Ecclesiam rebus plurimis ditavit. Synodus xl. Episcoporum fieri praecepit, et ad instar institutionis monasterii Sanctorum Agaunensium (quod temporibus Sigismundi Regis ab Avito et ceteris Episcopis, ipso Principe jubente, fuerat confirmatum) hujus Synodiconjunctione monasterii S. Marcelli Gunthramnus institutionem firmandam curavit. Hoc anno Gundobaldus cum solatio Mummob et Desiderii mense Novembri partem regni Gunthramni praesumpsi invadere, et civitates evertere. Gunthramnus Leudigildum Comitem stabuli, et Egilalem Patricium cum exercitu contra ipsum direxit. Gundobaldus terga vertens, Comitatem civitatem latebras dedit, et inde de rope ab Osone Duce precipitatus intereat.

B Cumque Gunthramno perlatum soisset, eo quod frater eius Chilpericus esset interlectus, festinans perrexit Parisios, ibique Fredegundem cum filio Chilperici Chlotharico ad se venire praecepit, quem in Riolo villa baptizari jubet et eum de sancto laicario exipiens in regnum patris firmavit. Anno xxi regni Gunthramni Mummolus Senovie jussu Gunthramni interfectus, uxore eius Synodus una cum omnibus thesauris ejus Domus domesticus et Valdamarus Camerarius Gunthramno presentavit. Anno xxvi regni sui exercitus Gunthramni Hispanias ingreditur, sed loci infirmitate gravatus, primum

ad propria revertitur. Anno xxvii, ejusdem regni Lengisistus a Gunthramno Patricius partibus Provincie ordinatur, quod filius Childeberti Regis Theoderici natus fuisse nuntiatur. Eo anno nimia inundatio fluminum in Burgundia fuit, ut eorum terminos nimium transcenderent. Ipsoque anno Singrius Comes Constantinopolim jussu Gunthramni in legatione pergit, ibique fraude patricius ordinatur. Cepta quidem sed ad perfectionem haec fraus non pervenit. Anno xxviii, regni Gunthramni alius filius Childeberti, nomine Theodoricus natus nuntiatur. Gunthramnus cum Childeberto pacem firmat dum Andelaum compinxit. In illicinata etsor, et conjunctus Childeberti regis pariter fuerunt, ibique speciali convenientia inter Dominum Gunthramnium et Childebertum fuit conventum, ut regnum Gunthramni post ejus discessum Childebertus assumaret.

C Anno xxix. Gunthramni exercitus in Hispaniam ejusdem jussu dirigitur, sed negligentia Bosonis, qui caput exercitus fuit graviter a Gothis exercitus ille trucidatur. Anno xxx, regni Gunthramni, ita a manu usque ad medium diem sol minoratus est, ut tertia pars ex ipso vix appareret. Anno xxxii regni Gunthramni v. Kal. April. ipse Rex moritur, sepultus est in ecclesia sancti Marcelli, in monasterio quod ipse construxerat.

Annus indicatur 593, quo S. Gunthramnus iudicatur tertio anno vivere. — In anno 593, relictus de hoc monasterio supra relata multa e qua hic per modum allecitus Apparicis posset addi de S. Gunthramno a lepra mandato per S. Soranum eremita. Legi potest in hujus 1*Acta* u. nobis edito 1 Februario cap. 3 pag. 201, et a Philippo Labbe inserta tomus 2 Novi bibliophae pag. 687 et seqq. Sed quia auctor hujus *Acta*, ut tam praeannuntius, aliquod scutis junior est, non omnem habet rerum narratarum certitudinem.

**multis contra
Gothos
munit.**

**Constantino-
polim:**

**cum Childe-
berto pacem
firmat.**

**pugnat infe-
criter contra
Gothos,**

**post eclipsim
solis moritur
28 Martii.**

E

DE S. HILARIONE JUNIORE ABBATE MONASTERII PELECETES, APUD GRÆCOS.

XXVIII MARTII.
*A S. Josepho
Hymnogra-
celebratus,*

Si qualem Vita sua scriptorem habuit magnus Hilarius, ille tota Palestina imo orbe uarreto noctis annus, xxi Octobris reculamus, talem etiam noctua fuisse hujus junioris spectatissima sanctitas; quis, quando, ubi et quomodo viserit, quantis miraculis meruerit percepimus dei hujus apud Græcos cultum, palum crucis fore: nunc obscuras quasdam sequi cogimur umbras, in ecclesiastice Officii uolis descriptus a S. Josepho Hymnographo, illo qui xv Juli obiit S. Theodori Studiti frater, et cum eadem virtutibus, doctrina, et insigne claruit confessione intra seculi xi annos xx ac xxx, evigil fastuaria fuisse fertur ecclesia-stri, quis panegyrit, canthus aeristicu[m] concretere, illoque notum sui additamenta sub fine quodam modo signare; quid non auge de altero Josepho, unus quadrangula crester junior, ac fere extempore Poeta, intelligi posse credit Simon Wagnerius monachus in Prolegomenis ad Mariana Graecarum pietatem num 22 uade colligas Hilariu[m] saltem hunc dum post unum uice visuisse aut ne ad hunc quidem perremesse.

2 Ut autem ex dictis ovis erigimus sumatur ad historiam subsidium, magnum tamen ex iissem inueniuntur habebimus probanda virtus supra communem modum riteceret venerations hac de causa eadem ab omnibus deitate cuius ut hoc die prime, præter dictum officium, alterum habemus argumentum v.e illo metris Kalendarii, unicuius quovis die Sanctum membrantibus, versu

Οὐδεῶντα Νάρισσα κείσθε τεκάδι ποτύος

Nicena octavo mors Hilariou[m] prehendit.

3 Addit et quidem Hierosolymitanum Typicum (ut illud Venetus excusum iacens Marti festa exhibet) neque addit tantum, sed propter etiam S. Stephanum Thaumaturgum, verum per errorem huc ex precedenti

die relatum opinamur; hoc autem die solum Hilarius fuisse nominandum, de qua sola est tatus Offici canon, author, ut dicimus, S. Josepho; præter quem aliquod ejus elegium aliquando in Menzies extitisse suspiramus ex disticho, ejusmodi elegius præmittit solito: *seb suspicuntur huius; ipsam autem hujusmodi est:*

Δέος Ήρωιον γῆ τῷ γῆτιν σφρίγοις

Τὴν παχαπίον ἀγρεῖς τὴν παχαπίαν

Terrestre terræ corpus Bilarion dedit,

Terras beatas incolens Beatorum.

4 Quod autem hoc luce excedit elegium ipsum illud esse videtur quod dir. v. Mui tam in excusis Menzies quam Synaxariis MSS. Claramontane et Mariano Parisiis, Ambrosianis varis Mediolanum, et Taurinensi, nec non in Cliffletiano atque ex ea quod in Cryptæ-ferrate monasterio est Basili Imperatoris, inveniatur sub cognomine Thaumaturgi sed ita ut in duabus postremis Hilarii nomen pro Hilariione legatur: quod etiam fit in versibus pœnitentia elegio Cliffletiano MS. jam citato, qui sunt tales:

***Εγών τὸν Δέρπιον θάρον φύγει**

Οἱ δευτεραγγεῖλοι καὶ ταῦτη τελετήνος.

Hilarius Hilariou[m] nosco naturæ virum,

Etimam in sepulcro mira qui positus patrat. Hie a puero cruce Domini affolens in humeros, crucifixum ducem secutus est, et eum apertus subiecens spiritum, milia uero Deo accepit gratiam ad curandas quilibet infirmitates et daemones effugandas. Item in arctis-sina cellula ipsum se concludens, extraque omnem tumultum positus et velut insensibilis absque passionibus effolgens, divinum Sacerdotio charisma suscepit. Multis autem annis in tali vita austerritate perseverans, omnibus admirabilis effectus est propter infinita sua miracula. Brutos

F
el cum titulo
Thaumaturgi

**translatum
esse ad 4 God**

**proprium
apud Græcos
of seruum
habet:**

**videatur
e togam
excusasse,**

D
EX HIST.
GREG TUR.

quoniam quoad
acro tichi
leges similares
Latine:

A tis namque imperitavit sata vastantibus, grandinibus plagam stiti, procurrentem fluvium instar Elisæi visit, aretem sanavit manum, cæco visum concessit, claudorumque debilium lassus correxit, et alia plura patavit miracula, ad gloriam veri Dei nostri, et sic priosam animam suo tradidit Creatori. Quæ ex mox adfrendis odis constabat in eum, de quo hic agnitus, tam apte quadrare, ut aliud nihil possit dresse ridenti, quam ut cum Menæis excusis et MSS. Synazarus addatur quod eidem monachus sub titulo τοῦ νεοῦ Junioris ultitur, ἡγουμένος τῆς πόνης τῆς πενitentias Hegumenus monasterii Peleceps, sed non ubique eodem die, nam quod Menæi et MS. Basiliatum Crypta-Ferrata, Chiffletianum item et Ambrosianum duo habent XXVII, Martini, ut in synuario Claramontana XXXVII Taurinensis XXIX, in Mazariensi etiam XXX reperitur In Menologio quod Sirtetus e Graeco veritatem editioque Causias. Pelaceta monasterium scribitur hoc pessenti.

Hoc porro Peleceps monasterium, Noni hujus Hilarius (quem ab altero Dalmatarum Hegumenus sexta Iuli colendo et suadere cognominato distinguas aperte) monasterium, unquam, Peleceps (Latine Dolatoris redderemus) arbitrariam in Asia fuisse, et quidem hodie procul ubi Hellestante: hoc autem indicatur us quod ex S. Stephani Confessoris Vita ad 12 diem januarii protutius, agentes de XXXVII Monachis sub Constantino Copronymo, quos Lachanodracou quidum. Asiam cum imperio ubi tenuis, ex pio illo monasterio quod Peleceps nuncupatur, abstractas, ad extremos Ephesi fines relegavit, et in veteri balnei fornici occlusas extinxit, incusa monasterio, et ceteris iniquitatis crudeliter vexatis, quorum unum se fuisse S. Theasterictus commemorat, refutus a nobis XVII Martii. Simili in causa sed non simili tempore reuelatum hunc de quo agnitus S. Hilarionem ex proferendis moris Officiis ecclesiastici odies videamus, in quibus expressis verbis dicitur, quod Divi honoraus imaginem inter persecutiones Martyrum se exhibuerit: au autem simili tempore talia sustinuit non ausim dicere. Cetero quæ dicti de eo nonne possunt, quavis auditus letisque tam odis quam antiphonus intelliget: ex quibus primum Antiphonas (Ἐγενός Graeci dicit) huc verbatenus reddimus.

ANTIPH. I. Vitam immaculatam, tolerantiam, mansuetudinem, caritatem non sicutam, abstinentiam immodicam, stationem per vigilem, compunctionem divinam, fidem et spem firmam, in eadem cum reliquo passibiliitate possidens, Pater, sicut Angelus vixisti, solo super terram corpore commorans. Beate Hilarion, legate animarum nostrarum ad Deum. II. Terrestris Angelus et ecclæstis homo existens, vir sancte, posse disti fontem compunctionis, commiserationis fumen, pelagus miraculorum; et fidejussor factus pro peccatoribus, et tamquam oliva vere Deo fructifera oleolaborum tuorum exilaras facies fideliter te laudantium, o Beate Hilarion. III. Meus tua divinis illustrati nationibus, corporearum passionum cohortis obtinuit principatum, et ab infimis hisce imperiis ferens characteres, expersus in seipsa divinae pulchritudinem: itaque cooperante Spiritu sancto, totus summo in gradu deiformis apparuit Pater noster Hilarion, gloria monachorum. IV. Vitam tuam beatissimam consecrasti Christo, effectus vere optimus ejus Sacerdos, o Sanctissime: quippe post nullitas labores et sudores in tabernacula immundiora gaudens translatus es, et sane deriva in nos fluenta enarrationum.

Hæc ita nunc S. Josephum audamus et simul hunc per infernum exemplum sacrarum apud Graecos ordinum, quarum nobis toties fauenda est mentio. Quas tu cave ne metris postularum tegulis indistinctas putes: cantantes sunt, non carmina; modulos autem ad quos cypalæ sunt indicat naturam vulgo in ecclesia cantatio-

num initialia verba, singulis odis præfigi solita in Menæis, que uidel attinet Latine hic reddere. Ita enim se habent atque si novo alieni hymno, iis aptando modulisque notissimus hymnus. Veni creator spiritus conciu solet, præfigerentur ipsa hæc verba, subi toni significativa; circa quem pronuntiatæ Odæ ista cum nihil a solita differant oratione, nos quoque Latine eas dalmus pene verbatenus, quantum permitte Aerostichorum lex, certi litteris initialibus adstringens singularem stropharum initia: haec enim hic volumus intitari, nec omittere Deipara invocatorias strophas, quibus Graeci concludunt odas singulas, quemadmodum Latina Ecclesia hymnos suos omnes per Sanctissime Triados appellatissimam terminat: nam et haec ad Aerostichon constituentia factunt; quod in præsenti festitratione hujusmodi portunata cum ipsius auctoris nomine.

Σοῦ τοῦ ἀρχούς ζωῖσθαι τρόπου; Πάτερ, ΙΩΣΗΦ. quoniam tandem litteris Latine sic reddi postest.

Cantabo mores nunc tuos hilares, Pater. JOSEPH.

Ωδὴ ἡ. Εὐ βροῦ κατέτρωσετο.

Compatiens ac mitis exercitatione effectus, et spiritu commiserationis vere hilaris atque comis; tua me intercessione dignare, Hilarion, ut in cordis hilaritate nunc tibi hymnos canam.

in his laudatur
S. Hilarion

▷ b infanta sanctificatus, Pater, tuamque tollens crucem secutus es Christum, et corporis passiones abstinentia assidua atque oratione extenuans, magna earumdem tranquillitate fuisti exornatus. a piele.

▷ cibis divinis usqueque obediens, jugum ejus levissimum subivisti, Hilarion Sancte; et gravissimo peccati onus alijiciens, o Beatissime, sanctimoniam assumpsisti.

▷ dum filium Deumque deprecans meorum peccatorum vincula disrupisti, o Castissima, et tyramenie mihi dominantem iniquitatem, semper Virgo prosterne, ut salvatus teæternum laudem, o inculpatissima.

Ωδὴ β' iuxta Officii Graeci ritum aliunde quam ex Menæis accipiendo, in usidem nou solet annutari: suscipitcamur ex Pentecostario seu ut Latine loquimur Ordinario de tempore acipi solere, ideoque nullam illius rationem in Aerosticho haberi.

Ωδὴ γ'. Εἰ ἔρθησεν ἔρημος.

▷ d instar solis resplendens tua vita, o Sancte cornis radiis monachorum illustravit choros, et dæmonum tenebras effugavit.

ab exercitu-
tione mona-
stica,

▷ e nene hilaris corde et humilis spiritu extitisti, o Sancte, et divina plenis caritate affabilitatem perpetuam tenuisti.

▷ f nolis obertis stillantibus extinxisti prunas peccatorum: et sicut ante finem ita et post mortem deducis accusantium pelagus sanitatum. AD DEIP.

▷ g edere animæ meæ vulneribus, obsecro, et mentis motiones gubernia ad ejus voluntatem, qui ex te caro factus est, Virgo purissima.

Ωδὴ δ'. Εἴ τικαὶ εἰ τρόπεν.

▷ h culo irretor contemplaturus Dei meretam pulchritudinem et radiis capricordentibus illustrandus, nobiles in corde tuo dispositi ascensus et alias menti addidisti.

a Scriptura-
rum scientia

▷ i ecclæstis divinorum eloquiorum arcana, scientiam ex iis, Pater, divinam hancisti, et benignè tradidisti cunctis ad te venientibus, Hilarion.

▷ k hilarabas corda appropinquantina tibi, tu cum verborum suavitate: faciens enim ipse quidquid docebas, susceptibilem in commiserationis affectu sermonem habebas, o Beate.

AD DEIP.

▷ l statuit Dominus heram te dominumque universorum, Immaculata: ex tuo enim utero carnem assumpsit, creaturam suam, redempturus Dominatur.

Monasterium
quoque Pele-
ceps:

videtur du-
cere minori
facta.

Episcopus sub
economachis
virose
Confessor.

ixi codem
ex Menæis

Gregorius
dilectus
et a

DE S. CONONE SEU CONO MONACHO ORDINIS S. BASILII, NESI IN SICILIA.

a. u.

ANNO
MCCXXXVI
XXVIII MARTII.

S. Cononis
templo.

reliquia,
cultus sacer-

28 Martii,

1 Septemb.

3 Junii.

Plia.

- H**ugo ex Decimo Ecclesie Cameracensis, ne ad Episcopatum promoveretur, factus est monachus Valellensis Ordinis Cisterciensis: in enjus morte beatissima ex innumerabilium Angelorum presentia tanta dilectio resultasse, ut omib; qui præsentes erant, singulari gratia videbatur infundi. *Hec* aliaque *Cantipratanus* lib. I de *Ipsibus* cap. 20. *Dicitus Hugo* refertur hoc die ab Henriquez et Bucelinio in *Menologio* et a *Raussio* in *Actario* ad Molanum de *Natalibus Sancti. Brgni*, qui Beatum compellant. *Contipratanus* Venerabilem dixit. *Saussus* inter Pios recenset.
- W**alterus Conversus monasteri Villariensis in Brabantia Ordinis Cisterciensis landatur in *Chronico Villariensi*: et refertur cum titulo Beati ab Henriquez et Bucelinia.
- S**. Quirinus Tribonus, Martyr Romæ memoratur in MS. *Trevreusibus S. Martini*. *Acta ejus* damus **xxx Marti**.
- S**. Secundus Martyr Astensis in Italia memoratur *Galesino* et in hodierno *Martyrol. Rom.* pro quo substitutus S. Secundus Martyr *Brixiae a Ferraria* in *Catalogo Sunetorum Italiz* et in *Catalogo generali*, et S. Secundus Martyr Astensis in Hispania a *Tamano Salo ar.* quem unum Astensem in Italia Martirem arbitramur coronatum **xxx Martii**.
- SS. Regulus et Nicenus** referuntur hoc die in *Martyrol. Cassinensi* primus est *Episcopus Silvanectus* mortuus, alter *Nicanus Episcopus dictus est*, de quo nonnullus discutimus post *Martyres The salinenses*. Ambos ergo referimus ad **xxx Martii**.
- S. Dominicus,** Thessalonicae egregie corona **ii. Ia** *Gasellinus citato* MS.
- S. Victor,** Spectant hi ad tres dies et tria loca. Ex his Victor, alius Victorinus Martyr *Nicomediensis* hoc die referitur. Dominus Thessalonicensis die sequenti **xxx Martii**.
- S. Balbina Virgo Romana**, sed ad Martyr non liquet **xxx Martii**.
- S. Acenius, aliquibus Achatius et Achartius**, *Episcopus Meletinensis* in Armenia et Confessor memoratur a *Rabano, Beda excuso, Molana, Canisio, Ferrario* et in nonnullis MSS. *Colitur xxxi Martii*.
- S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus** citatus hujus Ecclesie tabulis refertur a *Ferraria*. *Ib* alius cum *Martyrol. Romano* **1 Aprilis**.
- S. Maria Egyptiaca** memoratur hoc die a *Felicio*. *Ib. aliis* **ii Aprilis**.
- S. Tertulla,** Virgines, **Martyres referuntur** in MS. *Flo* alia habens duos germanos, **iiii** *In Martyrologio Romano et alius* **xxix Aprilis**.
- S. Roberti Abbatis** *Translatio memoratur in Additionibus MSS. Parthus Bruxellensis ad Grevenum*. *In S. Robertus Molmensis*, qui et *Cisterciensis Ordinis fundator?* *Colitur hic* **xxix Aprilis**.
- S. Gregorius Nazianzenus Episcopus** memoratur in MSS. *Martyrol. Trevreusibus S. Martini et S. Mariniani*. *Dies illi sacer est* **ix Maii**.
- S. Torpes Martyr** *Pise* sub *Nerone* cum longo encenso refertur a *Rabano*, ejusque memoria est apud *Notherum*. *De en aprimis* **xvii Maii**.
- Guericus Senonensis Episcopus** et Confessor memoratur in MS. *Florario, Eius et Ebbonis*, ejus is aruaculus dicitur *commemoratio habetur xx Martii*, ubi dirimus si certius de Guericu cultu accipiamus, nos ad Vitam S. Ebbonis etiam de illo acturos **xxvii Augusti**.
- S. Materni Episcopi Reliquiarum Translatio** Leodium refertur in MS. *Idone Leodiensem monasteri S. Laurentii et in MS. Florario*. *Colitur is* **xiv Septemb.**
- S. Sophia Virgo et Martyr** Rome, inscripta est *Martyrol. MS. Carmeli Colonensis*, et MS. *Florario*, item *Martyrologus Coloniae et Lubeca* anno MCCCCC excaustis. *Iustario Greveni ad Usuardum et Martyrol. German. Comitis*. *Iacobum nobis est*, quia in antiquioribus fastis non reperitur, nam vox Virgo hec videtur sit intrusa, et sit mater SS. Fidelis, Spes et Caritas: *quod poterit examinari ad hujus Vitam* **xxx Septemb.**
- F**ridiburga per S. Gallum Abbatem liberata a dæmonio, et spretis nuptiis regiis facta Abbatissa monasteri S. Petri Treviris, inscripta est *Gynaco sacro Arturi a Monstier* eum titulo Sancte. *Needum legitimus eam illis Fastis sacris adscriptam*. *Si alius non occurrat dies multa de ejus nuptiis dubia erunt discutienda ad Vitam S. Galli* **xvi Octobris**.

Simplici,

Simpleci,	Abbatum,	inventio corporum in	nos, quando de aliis varia diximus	xxii Martii,
Constantini,	{	monte Casino me-	Colituo etiam S. Sosthenes	xxviii Novemb.
Carolomanni Regis,		moratur hoc die a	et S. Apollo	xxxi Julii,
Wione, Dorganio, Menardo, Buccino in Fastis mo-			Hor eremita multum lundatur a Ruffino abb. 2 de Vni	
nasticis et Ferrario. Ex his referuntur Carolomannus			Patrum cap. 12 et a S. Hieronymo in epistola ad	
xvii Augusti.			Ctesiphonitem. Origenista habitus est, sed non in ea	
Constantinus,	xvii Octobris.		heresi obserat non constat. Memoratur hoc die in	
Simplicius	xvii Octobris.		M.S. Florario, Martyrologio Coloniae et Lutetiae anno	
S. Agrippinus Episcopus Neapolitanus memoratur in			ccccxc excusis, Anselmo Gremet ad Usuardum,	
MSS. Additionibus Carthusie Bruxellensis ad Gre-			Viota Sanctorum et Hilfordi Martyrol. Augstie	
renum. Dies ejus natalis est	ix Novemb.		edito. Nos seponimus iudicium, iterum actum de co-	
S. Columbanus Abbas refertur hoc die in M.S. Adone			cum Graecis Menaxis ad	vii Augusti.
caroli Leodiensis ad S. Laurentium et alio, ut in			et cum Manuilien et aliis	xii Novemb.
Calendario MS. Breviaru S. Wulstetulus. Colitur			aut cum Coptis	xxviii Novemb.
hoc die S. Eustasius Abbas discipulus S. Columbani:			Cecilia, omnia Clara Gegebergadieta, filia S. Romarici	
unde videtur nomen magistri pro discipuli nomine			Abbatis, et ipsa Ablatissa Montis-Romarici sancte	
Martyrologio iuxta. Colitur autem S. Colum-			defuncta refertur a Menardo in Appendix 2 quod	
banus	xxi Novemb.		dum natalem non habuerit perspectum. Nam Artu-	
S. Sosthenes,	discipuli Domini memorantur hoc		rus a Monasterio ad hunc diem retulit, sed more suo	
S. Apollo,	et sequenti die in Menaxis excu-		ut renar ex beneplacito. Si proprius dies natus non	
S. Cephas,	sis: iterum apud Graecos de his		occurrat, cultusque et veneratio probetur, poterit re-	
S. Caesar,	agitur vii viii et ix Decembris,		ferri enim S. Romarico parente	viii Decemb.
S. Epaphroditus,	et S. Epaphroditus apud Latini-			

B

DE SANCTO EUSTASIO EPISCOPO NEAPOLITANO

E
G. R.SECOLO II
ACT III
XXIX MART.Officium
ecclesiasticumcorpus trans-
latum,C
depositum sub
altari majore:pars crani in
capite argen-
teo;

Decius Carafa Archiepiscopus Neapolitanus et S. R. E. Cardinalis curavit typus excidi anno MDCCXIX Catalogum Sanctorum, de quibus Neapoli et per totam ducesim ab omnibus Ecclesiasticis celebrari mandat Officium diuinum, et aii XXIX Martii ista praecipiantur: S. Eustasius Episcopus Neapolitanus. Duplex. Omnia de Communis Contessoris Pontificis, et Missa fit sine Credo. Additur dem pro Nutita dicti Sancti alio charactere: Joannes Diaconus in Chronico Episcoporum Neapolitanorum de hoc sancto Episcopo sic scribit: Eustasius septimus Episcopus Neapolitanus in altari Dei Genitricis semperque Virginis Marie, que dicitur Cosmelein, populis devote exequentibus conditus est atque translatus. Sacra ejus ossa novissime reperta sunt atque recondita sub eodem altari S. Marie Cosmelein, que alio nomine dicitur Porta-nova: vigetque in ea ecclesia cultus hujus sancti Presulis. Hoc ibi. Cesar Engravius Caracciolum in Neapoli sacra anno MDCCXVIII excusa agens de ecclesia S. Marie de Porta-nova tradit pay. 50 has sacras reliquias S. Eustasii Episcopi Neapolitani sub altari majore in tumba maruore ad servari, repertas et recognitas ad petitionem Juanis Simonis Moccia, magna devotione erga hunc S. Eustasiu affecti: qui vel ideo ad hujus honorem suis expensis curavit fieri caput aliquod argenteum, affabre elaboratum atque ornatum, atque in ea collocari partem crani illius, ut majori cum veneratione a Neapolitanis posset collet honorari. Hoc Cuarciolum. Scriptis dein de Episcopis et Archiepiscopis

Neapolitanis Bartholomeus Chievarellus, adiisque, marmoreae et antiquae urnae, in qua S. Eustasii depositum est sacrum corpus, appositam hanc inscriptionem: HIC REQUIESCIT CORPVS S. EUSTASI CONFESSORIS. Ceterum Acta temporum injuria excidisse: ac nihil ad nostram notitiam de ejus vita ac gestis pervenisse. Demum Ferdinandus Ughellus tomo 6 Italiæ surer anno MDCLX scribit S. Eustasium Agripinæ successisse septimum Neapolitanum Episcopum, circa annum Christi clxxx, et hanc ecclesiam præclaris virtutibus exornavisse: ossa autem sacra B. Eustasii a Clericis Regularibus S. Pauli, quos Barnabitas vocant, in loco, ubi olim confituerant, esse reperta anno Domini MDCLVI, die xvi Kalendas Decembris. Solvi autem XXIX Martii potissimum sollempne officium, et cum ob temporis vetustatem et scriptorum inopinata natalis ejus dies ignovet, ideo hoc die, quotidianum Divi Eustasii Alihatas Luxoviensis natalitiam celebrantur, ideo ea nomina solitidine, aperte huc relatum esse. Quod deinde variis exemplis prolat Ughellus, et passim potest ex hoc nostro opere: ita ad diem xv Martii tres. Sancta preferuntur Matronæ dicitur. Successores S. Eustasi statuuntur S. Eaphenus et S. Marcellus, quorum ille colitur xxiiii Martii, isti xxx Octobris. Hisce successor Zosimus sen. Cossus qui sub Constantino Magno Imperatore floruit. Quar vel ideo iudicamus, ut videat lector de annis, quibus prefuit Ecclesie Neapolitanæ S. Eustasius, nihil certi constare.

inscriptio
antiqua:

cultus 29

Marti 2

F

tempus Sedit.

DE S. LIMINEO MARTYRE CLAROMONTE IN GALLIA.

CIRCA ANNUS
CCV
XXII MAR.S. Limineus
Martyr sub
Croco
Alemanno,

Andreas Saussains ab hoc Martyre auspicatur hunc XXIX Martii in suo Martyrologio Galliæ cano his verbis: Claromonte Arvernorum S. Limini Martiris, qui fidei incredibili ardore accensus, a Chiroco Alemannorum Due impio, Gallias invadente, exquisitissimis impetibus suppliciis, a Christi confessione nulla vi potuit avelli: sed in pio proposito constanter permanens, nobile martyrii

certamen veritatis extrema testificatione confecit. Cuius sacratissimum corpus in basilea S. Venerandi sepultum, magno saepe splendore decorator: gloriosi autem capituli pignore sacratissimo illustrato gloriatur asceterish Thureti ecclesia, que festa ejus solemnia hodie peragit. Idem Saussains ad diem xiiii Martii ista habet: Arvensis translationis capituli S. Limini Martiris in Priorato Thureli. In eadem irruptione

sepultus in
ecclœsa S.
Venerandi,

Croci

*caecilius
Priscianus
Thurillus*

*Gregorius
bonorum omnium
scripta*

*an ab. ab.
eo s. Lingui-
tus.*

A *Chroci Arverniensem passus est S. Antholianus, cuius Acta deducuntur vi Februario, ubi late hanc Chroci tyrannidem deduximus, factamque diximus curia annum Christi eccl., quæ omnia cum spectent etiam ad S. Liminum, ibidem valeri passant. De Chroco agit Gregorius Turonensis lib. I Historie Francorum cap. 32, et de ea cap. 33 ista habet. Juxta hanc urbem Arvernorum Linginus Anatoliusque Martyres requiescent. Idem Gregorius de Gloria Confessorum cap. 30 et sequentibus agit de variis Sanctis Arvernis, et cap. 33 et duobus sequentibus de Basiliis S. Venerandi apud cosdem Arvernos, deinde cap. 36 tunc alia sic scribit: In hac basilica S. Venerandi, et beatus Martyr Linginus est sepultus: cuius agonta historia cum ab involis feneatur, nullus tamen ei cultus venerationis impenditur. Quæ inde descripta refert Molanus in Appendice ad Usuardum, quod diem epus utulum significavit. Latet hoc tenens illa tunc notissima vnguis seu martyri historia.*

B *2 Joannes Savaro Arverniensis Proses cum Originibus Claramontani ex antiquis MSS. libro duos de Sanctis, ecclesiis et monasteriis Claramontani et suis Notis illustravit, et cap. 20 descriptus ecclesias S. Venerandi his verbis. In ecclesia S. Venerandi altare S.*

Juliani et S. Basilice Antiochenae, altare S. Quintini et S. Dionysii, altare S. Mariæ ubi S. Venerandus et S. Linginus, et S. Nepotianus et S. Avitus et S. Clara et alii sex milia ducentorum in corpore quiescent, quorum nomina Deus sicit. Hoc tamen ad quæ obseruat Savaro de S. Linginio in veteri tabula S. Ildebrandi, cuius ecclesia proxima est hinc S. Venerandus, ista legi. S. Linginus Confessor, et pluribus agit de S. Lamino Savaro, de quo ibidem alium est silentium, et loca Gregorii Turonensis ac Molana a nobis citato indicat, et ex MS. Collectario S. Ildebrandi indicat hor die festum et xvi Marti Translationem celebrari: et deinde subiungit quia in rebus, que ad religionem spectant, nihil temere tentandum est, secundum vindictas Ecclesiæ S. Venerandi huc appendi S. Liminum Martyrem, non expungo S. Linginum Confessorem, Interim hujus diem natalem, usquam indicat: quem Sansanus retulit ad diem xxiv Marti: ut quem diem, dum, quia a Savarone dubit fortis sumus, malumus omittit ad hunc recipere: et cum illo usserimus nihil temere tentandum. Hinc cum Gregorio Turonensi S. Liminum propinquus, et non idem aliud statuerit sed S. Langinum, iudicamus divinare.

*retros ad 24
Marti.*

E

DE SANCTIS MARTYRIBUS NICOMEDIENSIBUS

PASTORE, VICTORINO SEU VICTORE, SATURNINO, DOLA, JULIANA, SEU JULIANO ET IV SOCHIS.

SIX. MART.

Martyres ix

Pastor,

Pastoris,

seu Victor

Saturninus,

C

Julianus,

et Julianus,

Dola,

et IV anonymi

Duae classes Martirum hoc die proponuntur in antiquioribus Martyrologiis: hanc altera passa est Nicomedia in Bithynia, altera Antiochiae in Syria. Primum classem constituent nomen athleticæ, de quibus in MS. Trevirensi S. Martini isti habentur: In Nicomedia S. Pastoris Martyrus et aliorum viii. Ex his alter profertur in MS. Hyginus Sacris ab Halsterni fundato. Nicomedie natale SS. Pastoris, Victorini et aliorum vii. Idem duo exprimuntur apud Usuardum absque sortis, sed non indicato numero inducti in hodierno Martyrolog. Rom. In MS. Leadensi S. Lamberti appellantur Pastor et Victor et tribunum Niceron. In Lartuosa salua Victor legitur et Nicomedie passus. Hoc tertius auditur in Tornacensi S. Martini et Atrebarense. In Nicomedia natalis SS. Pastoris et Victorini et S. Saturnini. Idem ita efficiuntur in Kalendario prefiso MS. libro S. Isidoris de Officiis Ecclesiasticis. Romæ in bibliotheca Vallicelliana inserviunt. In Nicomedia Pastoris, Victoris, Saturnini. At rectus Saturnini legitur in MSS. Vaticano S. Petri, Cuelvensi et S. Cyriaci, sed in hoc Antiochæ tribuantur, qui alterius classis ibidem omisso palastro fuit. At Saturninus non induta, alius substitutus in MSS. Casinensi, Pleschauensi et Vasciana. Nicomedia Pastoris, Victorini, Julianus. Nec keras dictos quatuor exprimit: In Nicomedia Pastoris, Victorini, Saturnini, Julianus. In MSS. Barberiniano et Pragense additur et aliorum trienni. In MS. Augustino S. Edalvici quatuor nomina exprimuntur, Pastoris, Victoris, Dolæ, Julianæ. In Parisiensi vero Labore et Aquigranensi, Pastoris, Victorini, Dolæ, Julianæ. In MS. Hieronymianum et nostro Richmondense ista habeatur; Nicomedia Pastoris, Victorini, Saturnini, Dolæ, Julianæ et aliorum iv. probris vii legitur in MS. Rhinomensi; sed solum quatuor referuntur in

ulus apographis S. Hieronymi, Louensi, Bluminus et Corbetensi. Partis excuso sed in his tribus absent nominis: le: quod in Tamlaetensi et sex indicatis repertur: quo etiam nomine omisso, reliqua sunt in Martyrologio Coloniae Lubet. anno 1490 excusis, item apud Molonum, Galensem et Canisium. In MS. Bruxellense Victor et Victorinus at diversi exprimitur, utriusq; Hieronimus Julianus et Julianus. Bononiæ tres partes satis notabiles ossium S. Pastoris Martyrис in ecclesia S. Francisci adserenti annuntiatur ad hunc diem Masinus in Bononia perillustrata, sed an hujus Nicomedensis non liquet. Aliqui ex hisce Martyribus ad alios dies translati sunt. In MS. Bruxellense S. Gudlif ad xi Junij: In civitate Nicomedie passo SS. Pastoris et Victoris. It Pastor et Victorinus Martys Nicomedie referuntur die xxvii Marti in MSS. Atrebatense, Tornacense, Lartuensi Aquitanum, et ulius. Et iterum xxvii episodum Martia Pastor et Victor cum sociis iv et Pastor ac Victorinus referuntur in MS. Marchuanensi et Florario. F Denique xxx. Martii depositio Pastoris et Victoris, alias Victorini, et aliorum quatuor celebratur in MS. Trevirensi S. Martinae Grevena et Canisio, quoniam enim de S. Paulorum Martym Leonii in ultima veneratione esse seruit Sossius. Prae quatuor anonymi miscantur Liberini, Tenerus, Medebus et Julia in MS. Tamlaetensi, sed nam loco illorum collucandi, non satis liquet ex solidis nominibus, quo omnia in sequenti classe referuntur. Fursus magore ratione substituentur forent sequentes, in resto MS. S. Maximini da rebeti: Nicomedia, Castoris, Eusebi, Eumeli, Saturnini, ubi loco Custodis videtur Pastoris legendum: Julianæ Virgo referuntur in Kalendario prefiso MS. Breviariorum, cuius usus fuit circa partes Rheni, quam huc referendum arbitramur.

*Reliquie S.
Pastor.
Bononia.*

*catus 12
Iunij
F*

*27 28 et 30
Junij*

*et pro au-
to in miss
ionibus aut ex
Tambactensi*

*aterr. mis-
tatio MS.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS ANTIOCHENIS

THEODORO, PRESBYT. POENTALE, JULIANO ET ACHATIA.

G. R.

XXIX MART.

Theodorus
Presbyter

Julianus

Poentals,

A littera hæc classis, sed aliquanto minor, est Martyrum Antiochenorum, ex quibus primus subinde Theodulus scribitur nec Theodericus, passim Theodorus. Scorsim Theodulus Presbyter mormonatur in MS. Martyrol. Pragense. It Pastor et Theodulus referuntur in MS. Kalendario Hieronymiano Lucensi, sed Pastor est Antesiquanus Martyrum Nicomediensium, de quibus jam agimus, Theodericus Martyr inscriptus est Kalendario Missalis Mediolanensis S. Ambrosii anno non excusa. Accuratus additum loco istu habentur in MSS. Romano Cardinali, Barberini, Tornacensi S. Martini, et Latiensi S. Lamberti: Antiochiae S. Theodori Presbyter et Juliani. MSS. Augustanum S. Udaltrice et Lubbennum: Antiochiae Theodori, Saturnini, Poentalis, alibi Achacie.

It Saturninus spectat ad Nicomedienses, ubi usque in utroque Martyrologio translatus. MS. Romannu-

Ducis Altempis ista tradit: In Antiochia Theodori an Achacia Presbyteri, Julianæ et Acacie, Martyrologium Hieronymianum in apographo Lucensi ita habet: In Antiochia S. Theodori Presbyter, Poentalis, Juliani, Acacie. Conservant alia in tribus prioribus: ost in Bluviano Archacie, in Corbieno Parisus eten. o Achaci, in nostro perpetuus, alibi Achacie legitur: quum dicto controversia de vere alihi indicata, cum aliis hie relinquamus. In MS. Tumtletensi ista nomina præponuntur, Pastoris, Liberii, Victorini, Saturnini, Teueri, Medicii, Bole, Julie, Julianæ, Julianam, et aliorum ccclvi. Achacie. Ex his spectant vel priorem classem Nicomediensem, Pastor, Victorinus, Saturninus, Bola, Julianus. Ast huc spectant Achacia et Julianus: sed an illis juncti socii ccxlii sunt, non satis liquet. De S. Avacio, aliis Achatio et Achutio, qui a varia hæc die refertur, et est Episcopus Melennensis in Armenia et Confessor, agemus xxxi Marti-

B

G. R.

DE SS. JONA ET BARACHISIO MONACHIS, MARTYRIBUS IN PERSIDE

VIDE SINAXA
RHMI TOM. I
MART. PAG.
87.ANNO
CCCXYI
SSIS MART.Persecutione
sub Simeone
Rege exercitataplorans
Martyris
coronavit,protra se
accipere te
C. ex antiquo
M. mon.Romani Asia
magis Eusebi
n. II. oculata.Forum
et in cunctum
in Menologio
Basili Imp.

Cum sub Constantino Magno Imperatore Christiano, Ecclesia Christi tutissimo pace frueretur, filios Christianos per totum Persarum regnum magno incremento angobatur: quad usque frumentates Iudei ut plurimi Persarum, Christianos apud Saporem Regem criminanti sunt: unde horrenda persecutio curvata plurima pro Christo martyrum corona fuere decorata. Imo in præcipuis urbibus, nobilissimi quaque vel decem et octo milles erubetis burrensis, et ub humana penitus alienis uictori Martires fuere consummati. Quibus auditis sacratissimus Imperator Constantinus, ut Christianorum sanguini fundendo parceret et uita crudelitate abstineret, per litteras additis etiam preceibus, Sapori et abhortatus, sed durum Regis munere fletere non valuit: ut en omnia Theophanes in Chronographiæ ad annum Constitutæ xxii, Christi ccxxv ad sequentem acutius describat. In hac persecutio passi sunt ad diem xxix Marti SS. Jonas et Barachisius fratres: quorum illustre certamen ac trophani excaeravit elegante stilo Eusebius Adamii filius, Eques Regis Persarum, qui omnia, quæ in hoc certamine contigerunt, audierat et perspergit. Acta illa Graece erant in celeberrima bibliotheca illustrissimi Domini Venetorum, in qua ipsi ea repertus, et nobis descripsi curavimus: quæ etiam inde desumpta habuit Iohannes Lippmannus, ac per Petrum Franciscum Zizanium Latinitate donata edidit tomo vii Vitarum sanctuarum Patrum, et ex eo Laurentius Surus ad hunc xxix Marti: quæ et hic ex illis ipsius datus.

2 Ex hisce Actis formatione illustrè compendium continetur in Menologio Graeco, jussu Basili Porphyrogeniti Imperatoris seculi Christi decimo confecto: in quo et tempus martyrii et monachatus horum Athletarum additur, et sic Latine redditur: die xxix Martis certamen SS. Jonæ et Barachisii. Florebant hi monachi sub Imperio Constantini Magni atque inde discesserunt in regnum Persicum, et cum ibidem reperirent novem sanctos Martires careeri inclusos, eos ad fortiter pro Christo certandum animarunt. Qua de causa comprehensi et ipsi sunt et ad Principes Persarum adducti: qui et plurimis institerunt modis, ut eos cogerent fidem Christi negare: sed

seu-traneo conato, Primus ergo Jonas vinculis constringitur secundum legem Persarum: soleut enim Persæ, si aliquem verberibus excepturi sint, ilham in terram deponere, ejusque manus ac pedes vinculis alieni ligno adstringere. Ita hic Martyr, vinclis instar lapidis immensus plaga accepit, dum asperis virgines exciperetur: quem ita inventum proiecserunt foras et glaciis concretæ per totam noctem exposuerunt: digitos dentes manuum pedumque abscedunt, ac corpus reliquum in coelæla compressum, serra mediorum secarunt, atque in lacum proiecserunt, et sic Jonas martyrum consummavit. At Barachisius nudus per spinas tractus, et in coelæla conjectus, cum bulliens pix in eis guttur esset effusus, a martyrum complevit.

3 Hæc dictum Menologium Basili Imperatoris, quæ satis antiquo monumenta confirmant: ex quibus extractum majoris eloquorū contractum in maiis Graecorum Menologiis et apud Maximum Episcopum Cytherorum. In Menologio Cardinalis Serleti ad xxvii Marti, quo nomen alii Martyris, ab hisce duobus ad mortyrium uniti, fuerunt coronati, hec panca referuntur: Eodem die Martyres Jonas et Barachisius securi percutiuntur. Verum non videtur hujus Menologii auctor antiqua Acta ab Elia conscripta habuisse, post que a Lapponio apud Gessu edita hoc eis eloquorū formavit Galatinus: In Persia beatorum Martyrum Jonæ et Barachisii, qui fortissimi Dei milites, Sapori Regis, rei Christianæ hostis, iusta, omni cruciatum genere torti, præclaro et fidei et virtutis Christianæ exemplo dato, stolam lucis induit, sempiterna perfruuntur gloria. Accurritus precipua singulis illata tormenta paucis inducantur et in Martyrologio Romano his verbis: In Persia sacerdotum Martyrum Jonæ et Barachisii sub Sapori Rege Persarum, quorum Jonas pressus in coelæla, confractis ossibus, medius dissectus est: alter oppletis fructibus pice ardentibz sufficatus. Eosdem celebrant Felicius, Molanus, Canisius et alii. Barovius meminat etiam horum Martyrum in Annalibus ad annum ccxlv, sed tum Constantinus imperabat, patre Constantino jam septem annis rita funeto, sub quo hosce sub initium persecutionis martyrio coronatos tradunt cum

A cum Menologio Basili Imperatoris Menxa Græca, et
Esatas in Actis satis innat.

ACTA MARTYRII

Auctore Esaia Equite Regis Persarum.

ex MS. Graeco Veneto, a Lipomano edita.

CAPUT I.

Persecutio iusta. Novem Martyres animati :
hi duo comprehensi.

Shaberius Periarum Rex, xviii anno regni sui aduersus Ecclesias Christi, et eos, a quibus Deus omnipotens celebatur, persecutionem exercuit: jussit enim Magis ut sancta Christi templi dicuerent et Christianorum monasteria inculerent: præterea imperavit, ut Christiani conquererendur, inventique coegerentur diis sacrificare: et qui parere, magis afficerentur honoribus; qui vero parere recusarent, variis tormentis et suppliciis gravissimis exsucerentur. Eo tempore erant in regione Periarum, in quadam vico, qui vocatur Jasa, duo fratres Jonas et Barachisius, viri justitia fideisque pleni, qui magna cum reverentia mandata Domini observabant. Hi Sancti, auditâ Christianorum persecutione, mansio- nes suas reliquerunt, et ad eum locum, ubi impii magi Christianos omnes acerbissime exeventabant, profecti sunt.

Bardiaphochi compremul- rucaveratos Christianos

2 Cum autem essent in vico, qui dicitur Bardia- phochi, et ad carcavem, in quo Christiani inclusi te- nebantur, accesserunt, orarunt carcavem custodem, ut sibi ad Christianos damnatos ingressi permitteret. Cumque ingressi essent, novem invenierunt viros condonatores, qui nupi Regis Saborii decretis ad- versabantur. Cum igitur SS. Jonas et Barachisius vidissent eos in cruceibus, et salutassent, cope- rirent illos cohortari ac dicere: Fratres ac Patres, nihil timeamus: sed in nomine Crucifixi certame- um sustineamus, ut coronam assequamur sempiternaum: quemadmodum et fratre patresque nostri martyrio ipsam quoque sunt assecuti. Hac SS. Jonas Barachistisque oratione illi magis adhuc confirmati, se mutuo cohortabantur, et gratiae, ut ita dicam, oleo se vicissim ad patientiam et tormentorum atque martyrii perfectionem ingebant et corroborabant. Sanctorum autem Martyrum, qui in carcere vinceti erant, nomina haec sunt: Zanitas, Lazarus, Miro- thus, Nerses, Elias, Mares, Abibus, Semibethes et Saldas. Hi pro Christi nomine cum multis erue- tis pertulissent, et in ipso martyrii certamine vita cursum praecipere conseruant; sicutum fidem servan- choris adulorunt.

G3 Post autem quidam magi SS. Jonas et Barachisium apud tres magorum principes, Masdrath et Seroth et Maernesem, a quibus Sancti damnati fues- rint, accusarent, quod neque immolarunt, nec Regis mandatis obedirent, nec solem et ignem et aquam adorare volent: quodque novem illi Martyres eum sermonibus adduxerunt, Regis decretis non detin- perassent.

4 Tunc magorum Principes indignatione pleni, eos ad se adiicii jusserrunt, atque in allocuti sunt: Adjuramus vos per nostrum Regem Regum Saborium, ut vere nobis ad eum, de quibus fueritis interro- gati, respondeatis: Paretis Regis voluntati, et obeditis decretis eius, et adoratis solem et ignem et aquam, ut jubet ipse Rex, an non? Respondentur SS. Jonas et Barachisius: Loquimur vobis, vos autem ita nos audite, ut Principes et Regis Persarum Judices decet. Vos cuius delegit Judices, et omne judicium sumi in manibus vestris collocavit, ut

jusste judicetis. Nonne debetis, praclari Judices, D magis quam terrenum Regem timere eum, qui vobis sapientiam et intelligentiam dedit, et Deum, qui cœli et terræ atque omnium spirituum imperium habet, agnoscere: quique temporum distinguunt varie- tates, atque omnia moderatur, et vobis prudentiam largitus est, ut judicetis eos, qui in carne sunt si- milies vobis? Adjuramus igitur vos, ut vere sincere- que dicatis nobis, quem Deum abnegare debeamus: celestem, an terrenum? aeternum, an caducum? Nos enim credimus in Deum, qui fecit cœlum et terram: non autem mortali homini credimus. Neque enim debemus homini credere, qui exiguo vivit temporis spatio, et moritur, ac sepelitur, quemadmodum nos, et in aliorum hominum numero ponit.

CAPUT II.

Singuli seorsim questioni subjecti, et varia tormenta passi.

S. Jonas
scorsus
examinatur,

E

His auditis, magorum Principes vehementer in- dignati, atque impio sorore pleni, quod Rex ipsorum coniunctum esset affectus a Sanctis, qui mortale- um assererent, virgas asperas e malis punicis atque spinosis afferrari jusserrunt, ut cederentur. Sed impe- raverunt prius, ut separarentur, quod neater posset, quid ab altero dictum esset, intelligere, atque ita in Christi certamine confirmari. Tum Masdrath et Se- roth et Maernes, tres magorum Principes consi- dentes, ut de Sanctis questionem haberent, iracunde jusserrunt, ut S. Jonas solus adduceretur. Quo qui- dem adducto: Quid tibi, inquit, faciendum sit, despicere. Si deos veneraris et adoras, solique et igni et aqua sacrificas, et quae a Rege Regnum Saborio jussa sunt, perficias, liber eum honore dimitteris: alioquin te acerbissimis tormentis et suppliciis gra- vissimis afficiemus. Neque vero putas nos tibi esse inimicos: ipsi enim tibi nihil mali faciemus, nisi tute saluti tuae male consulueris. Respondit S. Jonas: Istius, inquiens, ego salutis non egeo propter Jesu Christi vitam: præterit enim nec unquam permaneat. Quamobrem numquam negabo Dominum meum Iesum Christum viventem in secula, quoniam ipso est spes omnium Christianorum nec confun- dantur qui sperant in eum: sic enim nolis pollicatus es: Amen, amen, inquiens, dico vobis, quisquis me negeaverit coram filii hominib, et ego negabo eum coram Patre meo qui in celis est et coram sanctis Angelis. Veniet enim in umbibus cœli in gloria Patris sui et Angelorum atque Archangelorum: jam- que paratus est ut unicuique homini reddat secun- dum opera ipsius. Quae eum ita sunt, facite in me quod vobis mandatum est: neque enim patetis, nos dominum dei relicturos, aut ab eo ullis terroribus defec- turos, qui nobis concessit, ut sancte domini ejus serviremus, et nobis dixit: Vos estis lux mundi. Et rursus: Vos inquit, estis sal terreni: quod si sal examinatur in quo salientur eu que salienta sunt! Quare si, ut suadetis, vestro Regi Regnum obtemperemus, et jussa ejus faciamus, non solum negabimus Dominum nostrum; sed causa erimus ut vos omnes illum negetis, et perniciem omnibus afferemus.

respondet se
a Christo
judice nullis
tormentis
dimovendum
F
Math 10

Math 5

iracuter
negallatur:
audat peccare:

6 Hac enim audiuerunt magorum Principes, ira coneitati, jusserrunt, ut lege Persica vinciretur. Tra-jecta igitur virga inter manus et crura, iners humi jacebat vir sanctus tanquam lapis: ministri autem eum virgis e modo punica spinosis verberabant, nec prius destiterunt, quam ejus lacerata sunt latera. Ipse vero dum vapularet, non repugnabat, sed Deum laudans, dicebat: Gloria tibi, Deus Patrum nostrorum, Abraham, Isaæ et Jacob, qui eduxisti nos ex hoc mundo, et dignatus es nos ad amorem et fidem

Sanctam

Judicia perse-
cutio SS.
Jonas et
Barachius
habitacionem
deserunt;

Bardaphochi
compromul-
rucaveratos
Christianos

Novem deha-
Martyres
effecto.

debetur
quod Chris-
tiani, et
et auctor
confortavent:

ad Principes
Magorum
adducti
ostendunt Deo
magi quam
homini bus
obedientum.

A sanctam tuam adducere. nam per fidem Abramam justi cognovimus fidem sanctam tuam cum tamen pauca pro multis patiamur. Et nunc, Domine, da nobis patientiam, ut perficiamus omnia, quae nobis spiritus sanctus tuus praecepit : qui et eanticum novum cecinist per os Patris nostri David. Fas nos dignos, qui faciamus ea quae dicit : at enim : Unam petti a Domino, hanc requiram, id est, ut semper sim tecum, Domine. Hoc mihi, Deus, quod expecto quotidie, per martyrium clargire. Hec S. Jonas cum dixisset magna voce magorum Principibus : Ego, inquit, a Rege vestro peccatore, et omnibus amicis ejus quicunque sint (sunt enim omnes Satanae Principes) discedo, et omnes ipsos abuego : et a sole ac luna et stellis atque igne et aqua, quos esse deos asseritis, alienus sum, nec ullo modo illos adoro. sed credo in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, veram Trinitatem, quam servat nouum universum, fecitque deos etiam vestros, quos nobis per vim adorando censetis.

7 Hec audientes magorum Principes, jusserunt ut pes ejus fanicum vinciretur, atque ita in pruinam et glaciem extraderetur, ibique totam noctem jaceret, (rat enim hyenus) observareturque, quid frigoris causa faceret. Ministri fecerunt imperata, et illic enim usque ad sequentem diem reliquerunt.

8 Iniqui Judges rursum considerantes in tribunali, S. Barachisium adduci imperarunt. Quo adducto et coram ipsis consistente, Quid agis, inquit, Barachisi? Innolasse, et Scilicet atque Ignem et Aquam adoras et veneraris; quemadmodum et frater tuus Jonas, mutato consilio, fecit : an tormentorum certamen vis in corpore tuo suspicere? Respondit S. Barachisius. Quenadmodum frater meus adoravit, sic ego adorabo et venerabo et colo. Vos de ipso falsum retulisti: nam veritas non perimit, ut id faceret. Quis enim mentem ejus excercare potuisset, ut refleto eo a quo ipse creatus est, adoraret ea, quae creata sunt ut hominibus serviant? Si adoranda essent, non servirent hominibus, sed homines illis inservirent: dedecus enim esset igni, si nobis serviili ordine deserviret. Nunc autem videmus homines non solum divites, verum etiam pauperes, non bonos tantum sed et malos, igni uti servitio. Cum igitur ignis constitutus sit servus noster ab eo qui fecit illum, iniquum est, velle vos cogere, ut ignem adorremus, quem Deus ad humanos usus creavit; et abnegemus ipsum Deum, qui fecit celum et terram et mare et omnia quae in eis sunt. Äquum est potius ut gloria et adoratio atque omnis honor a Regibus et Principibus et Duciis et omni spiritu tribuitur ei, a quo et sublimia et profunda facta sunt: cuius arcana consilia nemo potest comprehendere, neque valet ad sublimitatem glorie ejus pervenire, cum tamen auxilio ipsius egeant omnes filii hominum. Ipse enim alit omnes, nullus indiget, omnia moderatur: illud tantum a nobis requirit, ut nobis Iacobum cognoscamus, nec sinamus nos figmentis et erroribus decipi. Sic enim jubet : Ne feceritis vobis idola, nec adoraveritis operam manuum vestrarum, nec ullam adam rem procreavatis: quoniam ego sum Dominus Deus vobis er, qui a principio sum et sine fine permaneo, et non est aliis Deus praeferre me, et gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas sculptilis neque honorem meum idolis: ego occido et vitam praecho, et non est qui manus meas possit effugere.

9 Tunc reatu magorum Principes, cuperunt eos admirari et ipsorum constantiam, ac dicere : Ne judicemus illos hoc tempore, ne qui eorum qui pii sunt, et solem et ignem et aquam adorant, auditum eorum sermonibus, a religione nostra deficiant, et immolare recusent : noctu potius illos audiamus,

cum omnes dormiunt et conquiscent, ne quis cognoscat, qua ab ipsis dicuntur aut quae fiunt a nobis. Tunc igitur iudicium intermisserunt. Nocte autem, cum magna esset quiete, considerentes, jusserunt S. Barachisim adduci, et magno cum silentio eum induerant. Cumque multa ultra citroque dicerentur, et in ea disputatione S. Barachisius, divina sapientia munitus, victor existebat: indignati, jusserunt duas glebas æneas ardentissimas sub axillas ipsius admoveri, et dixerunt ei: Per Regis Regum Saborum coronam, alijice alteram e glebis in terram, ut intelligamus, te Deum tuum abnegasse. Respondit S. Barachisius : Ministri Satanae et Principes scelerati, per salutem Dei mei et interitum Satanae patris vestri, non timeo Regem vestrum, et neutram glebam in terram alijicam, sed utramque propter nomen Christi perferam. Quin etiam vos adjuro per viventem Deum, ut ad hunc cruciatum maiores alios, si quos habetis, adjungatis. Quis enim ad bellum proficiscitur, et in praelium ingreditur, qui non promptus sit mortem oppetere, ut magnam gloriam et præmia multa et locum Principis a Rege consequatur?

10 Hec cum a S. Barachisio dicerentur, ingenti dementia victi magorum Principes, jusserunt plumbum liquefieri, et in palpebras ejus et naribus compisci: rursumque liquefieri plumbum jusserunt, et in fauces ejus et aures infundi, ne audire loquive posset. Post autem ministris illum tradiderunt, dicentes : Adducere eum in carcere, ibique uno pede suspensus includite.

CAPUT III.

*Generosa mors utriusque inter dira tormenta.
Corpora abluta. Acta conscripta.*

T une imperarunt, ut B. Jonas iterum ad conspectum suum adduceretur. Quo quidem adducto, Quomodo, inquit, se habet corpus tuum? et quomodo noctem illam totam glacie ac frigori expositus transegisti? Respondens B. Jonas, Nullam, inquit, mili credite, Regum Principes, Deus meus, in quo animus meus conquiscit, noctem unquam mili sequere tranquillam largitus est, ex quo me peperit mater mea: nec memini unquam, ex quo scire potui quid sensus sit, ullum omnino noctem ita mili quiescenti suavem extitisse: consolatio enim mili praesto fuit ex sancto illi ligno, cui affixus fuit Dominus meus Jesus Christus.

12 His auditis, iniqui magorum Principes dixerunt: Atqui frater tuus Barachisius Deum tuum abnegavit, et tu adhuc in sententia permanes obstinate? Respondit S. Jonas. Scio, inquit, et ego, fratrem meum abnegasse diabolum et omnes angelos ejus, seque perfecte Christo domino addixisse. Nonne, dixerunt magorum Principes, neq; expediti, ut a Deo tuo deficias, quam ut vitam amittas? Respondit S. Jonas: O cacti et stulti, quomodo vos esse prudentes pietatis? Expedit, queso, prævestra prudenter, veritatem. Non potest homo, qui tritum habet in horreo reconditum et servat illud, quanavis, et imbres et nives, et fulmina et reliqua aeris injuria vigante, sub temperare quin ipsu triticum sumat, et mambus suos in terram jacerat, seminans in nomine Domini: sperat enim ex semine exiguo se messis tempore, Christo favente, aream repleturum. Quod si triticum in horreo suo reliquerit, et non seminaverit, deficit et crescere non poterit. Idem in hominibus licet considerare: si quis in hoc mundo pro nomine Domini nostri Jesu Christi animam suam perdidit, in novo mundo, cum venerit ad hominum filios renovandos, eos, qui in ip-

D
ACTORES
ESMA COLEVO
HORA EXAMIN-
ATUR:

glebos cerasus
ardentes sub
oxillis detinunt

E
in carcere
suspenditur
uno pede.

S. Jonas
naturam in
glaciaribus
fondissima
mam ob
memoriam
crucis Christi

F
negat fratrem
deficiere:

ostendit po-
tius morien-
dum, quam a
pide Christi
derelendum
esse;

AUCT. ESSIA
COLEVO

A sum credunt et voluntatem ejus faciunt, renovabit in lumine suo, quod nunquam præterit neque dissolvitur: eos vero, qui præcepta ipsius mandataque negligunt, in ignem conjiciet, qui nunquam extinguitur: neque enim carbones habet ignis ipsorum, ut scriptum est, nec lucem habet eorum flamma.

comprimit
tormenta
cum contrito:

13 Ille cum dixisset, illi magorum Principes obmutterunt, sermonem ipsius admirati. Postea vero dixerunt ei: Ne erres, Jona, neque Scriptorū se quaris: multis enim Scripturā decipiunt. Respondit B. Jonas et: Recte, inquit, dixisti, scriptorū decipere: decipiunt enim Scripturā Graecorū: nec aliud magis homines decipit, quam vita mundi hominū: quisquis autem Christi gnostat afflictionem, is nunquam fallitur. Quemadmodum enim cum dives aliquis amicos ad convivium vocat, illi, relictis propriis aedibus, accedunt, sciunt enim se ad latitudinem invitari: cum autem discubuerint ac vinum degustarint, si suave sit, gaudent et largius bibunt, nec postquam ebria facti sunt domum reverti possunt, sed eorum domestici apprehendunt illos, dominique deducunt; postridie autem mane, cum iam vinum edornierint, et eruplam exhalarint, valde laetantur, quod apud domesticos suis sint: sic et Christi servi,

generose fert
ardentis
digitos na-
num ac
pedam;

B cum se a Principibus in carcere vocari sentiunt, se ad certamina et tormenta ire non ignorant: cum igitur accesserint et liberint et eructatibus atque amore Christi ebri evaserint, nec familiae nec liberorum amplius nec famae recordantur, nec aurum aut argentum aut quidquam aliud curvant; sed Reges et Principes aspernuntur, et Regem unum expectant magnum Christum: cuius nos uultus sunus, in secula seculorum permanens, cujusque regnum non præterit, sed manet in aeternum.

14 His auditis, jusserrant magorum Principes, ut S. Jonae, tamquam plura quam opus esset locuto, digitū manuum ac pedum præciderentur, quod quicquid ministeri eum efficerent, amputatos digitos in conspectu ipsius proficiens, dixerunt. Ecce nunc quonodo digitos tuos in terra disseminavimus: expecta igitur, et cum missis tempis advenerit, aderint tibi multi digiti. Respondit S. Jonas: Ego digitorum et manuum non ego multitudine: Deus, a quo factus sum, nō ea, in ea renovatione, quam in nobis est effecturus, ipse renovabit.

15 Audientes haec magorum Principes, iracundia pleni, jusserrant pieam in magno vase liquefieri, et caput ejus a ministeriis abrudi, tum ipsum Sanctum in saceum ita conjici ut caput extaret. Fecerunt ini-qui ministeri quod fuerit imperatum, et sancti viri ceterum caput ac lingua in vase pie penitus immiserunt: deinde totum etiam ipsum Sanctum in pieam in medio vasis vehementissime astutus conge-remunt. Verum S. Jona in vas conjecto, statim tota pie in vase deluxit, ita ut eum non attigeret, nec ultra in parte laceret.

in ardenti
pietate us-
mune;

16 Rem mirabilem ac novam admirati homines impī, et videntes virum sanctum nullum ex tanto tormento damnum accepisse, cochlearum afferri jusserrunt, et in ea Sanctum ponit vehementerque compri- mi ac dissolare. Fecerunt ministeri imperata, ipsumque in cochlea compresserunt, et omnia illius ossa confregeron, deinde ipsum medium dissecuerunt. Cum autem dissecatus esset, imperarunt impī magorum Principes, ut corpus ejus in lucum profundissimum conjicerent ac diligenter observarent. Atque ita factum est.

17 Sancto igitur Jona martyris coronam assecute, jusserrant rursum ad questionem S. Barachisium

adduci: atque ita eum allocuti sunt: Parce membris D tuis, Barachisi, et noli intempestive te ipsum perdere. Respondit eis vir sanctus: Neque ego, inquiens, me ipsum formavi neque perdim. Dominus, a quo factus sum, me virtute sua renovabit eripietque me et manibus vestris, et et manibus Principis vestri nequissimi: qui opificem suum Deum non agnoscit, sed dialoli voluntatem defendit studetque perficere. Hoc cum a Sancto dicta essent, duo ex magorum Principibus Masdrath et Seroth ad Maarnensem conversi: Nos, inquit, Regem Regum Saborium afflicimus ignominia. Isti enim errore suo confisi, neminem verentur. Ita locuti, ardentes ira vultus suos ad B. Barachisium converterunt, jusserruntque ipsum in spinas conjici, deinde arundines afferri finitiae medias et sancti viri carni admoveri, tum, funculo tenui ipsum circumvinciri atque comprimi, donec arundines in carnem penetrarent. post autem nuperarunt, ut arundines extraherentur, ut ejus carnes dilacerarent. Sic igitur fecerunt ministri, et carnes ipsius dilaniarunt. Tunc in cochleam, in qua sanctus Jonas sectus fuerat, injici jusserrunt impī atque ita omnia ossa ejus perfringi: quæ cum essent contracta, magorum Principes ministris impearunt, ut in lanceis ipsius pieam ardente conjicerent: atque ita B. Barachisius animato reddidit, et ad sanctorum Martyrum numerum asscriptus est.

18 Cum autem vir quidam pietate insignis, nomine Abdissotas, SS. Jonam et Barachisium martyrio coronatos intellexisset, accessit, et Sanctorum tabernacula quingentis miliarisis Bariens et tribus vestimentis serici enit ab illis a quibus servabantur. Neque vero sola SS. Jonae et Barachisii corpora mereatus est, sed illorum etiam qui ante ipsos martyrum pertulerunt. Juravit autem emptor, neminem e Principibus resicuturum, custodes Sanctorum corpora vendidisse: dixitque se illorum, qui martyrio essent affecti, veterem amicum esse. Custodes enim jusjurandum exegerant; verit, ne, si res ad Prin cepum aures pervenisset, in aliquid periculum inciderent.

19 Sanctorum qui martyri palmarum tulerunt, nomina haec sunt, ut superius diximus, Jonas et Barachisius, Zanitas, Lazarus, Marothas, Mersedes, Elias, Mares, Abibus, Sembethes et Sabbas. Undecim hi pugiles, gloriose Martyres, ad finem usque pro Christo decerterant, passique sunt se variis cruciatum generibus torqueri, ut in Christi fide constantes apparerent, et præclarorum virtutis specimen et exemplum ac formam posteris relinquere. Hi sancti beatissimū et Christi milites invicti, strenue pro Duce suo pugnantes, et victorian de Christi hostibus reportantes, stolam lucis induiti sunt, et incorruptam ab ipso gloria coronam obtinuerunt, et nos omnes eorum precibns et supplicationibus apud Deum adjuvamur. Interfecti sunt novem ex iis Christi Martyribus vi Calend. Aprilis, reliqui autem duodecim iv Calend. eisdem mensis.

20 Hanc autem sanctorum Martyrum historian conscripsit Esaias Adami filius, qui cum Eques es set Regis Persarum Saborii, et cum magorum Principibus, ut auditor tantum et spectator eorum que fiebant, interesset, atque ita omnia que in hoc certamine contigerunt ab initio ad finem usque audisset ac perspexisset; ea ad omnium adificationem atque utilitatem et salutem litterarum monumentis mandauit, ut tales pro Christo virtutem omnes studeant imitari: cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

S. Barachisius
coronatus n
paucis,

spinis et
arundinibus
comprimitur,

et membris
in cochlea
conficitur, et
pie ardente
in nubes
conjecta
n oritur.

Abdissotas
corpora ix
Martyrum
eant.

H. Martires
Orant pro
hominiis,

ix cert. de
27. duo 29
Marti.

Ea. ac
oculatus
teus huc
script.

DE S. MARCO

CONFESSORE ARETHUSIORUM EPISCOPO,

S. CYRILLO

DIACONO ET MARTYRE, ALIHSQUE IN SYRIA SUB JULIANO.

Synopsis historica.

§ 1. Cædium multitudo; et tormentorum tum
sacris virginibus a Gazæis, tum S Marco
ab Arethusiis, illatorum immanitas.

Ut primum merite mortis supplicum ab ultore
Dio retulit Julianus, respirare ubique caput
Christiana res sub Jovianum Imperio: sed com-
muniis ecclesiis omnibus latitia intuorū sensu
Orientalis afficit, quibus potissimum affligendis incu-
buerat. Florebat tunc eloquentia imprimis laude Gre-
gorius, is qui deinde Susinorum Episcopus, ab admini-
stratore aliquandiu Nazunzi Ecclesia notiore appella-
tione Nazanenus cognominatus est. Hic in publica
gratulatione fidelium altissime se effervens, aerrimus
duabus invetivis omnem Apostulata vitam, studia, vita,
imprimis autem exercitata ejus nata permisso n Ge-
nitibus in Christianos immanitatem, exposuit atque ex-
agitavit; et veluti blasphemum Philistæum suo oc-
cisoris gladio, in illis conscribendis effudit infinitum
quondam externe et profane disciplinæ copiam, utpote liberalium artium studio atque professione
non ita pridem defunctis: atque ut in illa seitate
(non intra pueriles annos constituta, ut unquam Camer-
arioris) acer imprimis ac vehemens zæpius perjoxe-
ravit, ut Himericus verbis utar. Ita Nazunzeni
illustrator Jacobus Billius in synopsi, suo et Elie Cre-
tensis commentario præfixa post epistolam ad Iectorem:
in qua anactori sui nomen contra obrectatorem ejus Ca-
mariarum cyregit, demonstrativa plusquam
quadraginta quatuor annos habuisset, cum in Julianum
recens mortuum invertitus, et ab illius vafritie traxiens
ad crudelitatem illius, hanc ita proposuit detestandam,
ut purior noscendum admirandam reliquerit posteris
vixit in quos ipsi se exercuit fortitudinem, ita lu-
quens:

C 2 Quamquam ea mente esset [Julianus] ac vafritie
multa uteretur; nequaquam ad extremum usque
permansit in sententia, Martigri scilicet decus Chris-
tianis substrahendi, nec palam in eas persecutionem exer-
cendi: verum quemadmodum Æthnaeum ignem nar-
rant. Ethnas radicibus abscondi, ab ima parte exun-
dantem; ac vi retentum atque compressum prius
quidem horrendum quemdam sonum edere, fumum
que propinquai mali indicem vertice suo evinere;
deinde vero suis finibus testu vehementi extrusum,
ac supra foramina sua se effundentem, finitimas
quaque terræ partes incredibili illo et horribili fluxu
pervastare: eodem quoque modo illum reperi relictum, atque
aliquantisper quidem et seipsum et sophisticum
suum decreatum in potestate tenentem, atque per
frondes rebus nostris incommodantem; cum autem
redundantior fuit ira, premere ac dissimulare non
posse perversitatem animi; sed adversus pius di-
vinitumque nostrum agmen nuda et aperta impietate
grassari.

S 3 Ut enim edicta ea præteream, quæ adversus
ædes sacras tum publice proponebantur, tum priva-
tum explabantur, et votivorum donorum ac pecunia-
rum expilationem, non magis ab impietate quam ab
avaritia manantem; ut taceam Sacerdotes et subdi-

tos, qui pro his rebus acerbiissime torquebantur; ut
columnas cruxis plenas sileam, horum maribus at-
que complexo, dum virgis conciderentur, per orbem
cinefas; ut etiam sagittarios discurrentes per regio-
nes et urbes, ipso quin haec imperabat acrieres et
crudeliores: ut, inquit, haec omnia prætermittant;
econi tandem Alexandrinorum ignota crudelitas est,
qui præter multa alia, quæ aduersus nos designa-
runt, temporis licentia immoderate abutentes (plebs
utique etiam alias seditiones et furiosas) Iudee quoque
impietatis suis cumulum addidisse referuntur, ut
sacerdos sanctum templum nostrum duplice crux, hoc
est, vietinarum et hominum implerent; idque per-
petrassæ ductu atque ansientis ejusdem Imperatorii
philosophi Pythodori, ab his tantum rebus nominis
famam conseruvi.

4 Eccei Heliopolitanum incurso incognita est? **Gazæ Virgines**
eccei Gazseorum effrænis audacia? Eccei Arethusio-
rum furor, qui cum prius obscuri atque ignobiles
essent, ab eo tempore perquam etiam noti et cele-
bres fuerunt: nec enim præclaræ ducentiatæ actio
celebritatem hominibus parit, sed etiam improbitus
pravorum hominum gloriam superans. Illi signidem
(ut unum ex multis commemorem, quod etiam atheis
horrem invenire posset) virgines castas et mundo
superiores, quaque vix unquam viris in conspectum
venerant, in modum productas vestibusque nuda-
tas, ut per aspectum continuâliam prius inferrent,
ac postea proscissas atque dissectas (a Christo! quo-
modo tunc illius temporis patientiam feram?) partim
propriis etiam dentibus communias edisse, atque
ut vorum exercitum decubat furore crudis hepatis
bus sese ingurgitasse feruntur, ac eis illo defuncti
communem et usitatum admisso: partim palpitan-
tibus adhuc visceribus suillium pabulum inseruisse,
frociissimisque porcis inmissis hoc spectaculum ob-
jeccisse, ut simul cum hordeo carnes lanari atque
exedi perspicerent; mixtum almentum atque tum **F**
primum conspectum et auditum: quo sane is solum
dæmones suos alere merelatur, qui horum secleram
architectus erat...

5 Jam vero illud eximii viri Macei et Arethusio-
rum, quis tam ab orbe nostro remotus est ut iguoret, **Arethusio**
ac recordando narrationem non antevertat? Hic cum **Marius ob**
insigni illo Constantio imperante, pro ea potestate, **eversum**
que tum Christianis concessa erat, domiciliu quod
dam dæmonum evertisset, ac nullis Christianos a
gentili errore ad salutem, non minus ob vita splen-
dorem quam ob dicendi facultatem ac doctrinam,
tns, a quo retributionem sperans laborem hunc suscepisti, ipse tibi redlat mercedem fatigationis tue in die adventus sui. Rursumque mihi dixit: Adjuro te per Christum filium Dei, ne quidquam ex hoc humili corpore meo usque ad pilum unicum arcipias, neque operimentum vestis alicujus inducas ei: sed pilis quibus illud amicivit Dominus, sint ipsi in sepulturam: neque hic permaneas hodie. Post qua, cum ad ista Sancti verba flerem, facta est vox de celo dicens: Adducite mihi factorem justitiae, perfectum Christianum et fideleum servum. Veni, fili mi Marce: veni, requiesce in regione letitie ac vitæ spiritualis. Statiuque Sanctus ad me, Fleetamus, inquit, genua, Frater; genuflexus autem audi vi vocens dicens ad alterum, Extende brachia tua: et haec audiens surrexi a genuflexione, suspiciensque vidi animam Sancti portari ab Angelis, et indutam stola candida effiri in celos, et revelatum est ei velamentum illorum. Vidi etiam phalanges demonum, quia stabant fraudulenti illi, velut infinita et sine numero agmina, in aere retinentes animas volentium pertransire: sed illico aspexi velut dexteram manum extentam de celo, et suscipiente spiritum ejus: neque amplius ipsum conspicari potui.

17 Erat autem hora sexta noctis, quando vidi haec, et totam illam in oratione transigens usque mane, me supra corpus defuncti complebus consuetam hymnodiam, sustuli illud et composui intra speluncam, obstructoque illius ostio descendit de monte, deans atque obsecrans Deum, ut adjutor milii esset in remetienda terribili illa eremo. Porro circa occasum solis, ecce duo Fratres illi, qui apparuerunt apud Abbatem Joannem, adfuerunt dicentes mihi: Vere, Frater, sepelisti hominem hodie, cuius dignus non erat hic mundus. Surge autem et ambulemus per noctem: est enim frigidior nunc aer: per diem vere non poteris ambulare propter calorem solis. Ego vero consurgens ivi cum illis usque mane. Tunc autem dixerunt mihi: Vade in pace et ora pro nobis.

18 Mediennum illi recesserant: et ecce inventi me stante in ostio ecclesie Abbas Joannis, et obstupfactus gloriavæ Deum voce magna, et recordatus sum verbi quod ibix mihi Sanctus: Non eadem qua hinc venisti via hinc quoque discedes. ideoque credidi quod invisibil translatione per preces S. Mariæ fidelis Dei servi deportatus essem eo ubi fueram prius: et magnificavi misericordias optimi et clementissimi Dei, quibus erga me usus est iniquum famulum suum, propter orationes famuli sui Mariæ. Andieus autem Abbas Joannes voce mea, egressus dixit: In pace cum Ieo advenies Abba Serapion. Ego vero ingrediens in ecclesiam narravi et cuncta quæ facta erant: et glorificavimus omnes Deum.

19 Tunc dixit mihi Abbas Joannes: Vere, Frater, iste fuit perfectus Christianus et nomine et opere: nos autem nomine quidem Christiani sumus, sed operibus nequaquam. Verum amator hominum et misericors Deus, qui suscepit famulum suum Marci in aeterna ecclesiam tabernacula, ipse protegat nos et sanctam Ecclesiam suam sub aliis gratia sua, contra omnia diaboli scandala: quia semper et in desinenter manet diabolus, sicut leorignis, contra nos monachos. Attamen Deus optimus, Deus benignus et misericors, qui nostrum peccatorum peccatum suscepit, ducat nos in sancta voluntate sua, ut misericordiam nunciscamus in die iudicij, una cum S. P. N. Abbe Marco, ab Athenis egresso: intercedente et deprecante immaculata Deipara cum omnibus Sanctis, quoniam a seculo placherunt Christo: quem decet honor et potestas, cum ingenito ipsius Patre et sanctissimo, optimo atque vivifico Spiritu, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

DE

D
et Serapioni,
cu[m] de corpore
suo principit;

hic animam
ejus in celum
terri videt,

E
et tumultu
cadavere

regrediente
moniti

subito se
reperit apud
Ab. Joannem,

et que referat
quæ riederat

et pariter
deum in
Sancto suo
laudauit.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS.

ARMOGASTE COMITE, ARCHINIMO MASCULINO, ET SATURO PROCURATORE REGIO.

G. H.

CIRCA AN.
CCCLX
XXIX MART.

Acta dentur
ex Victore
Uicensi:

cultus sacer
in Martyrolo-
gis antiquis,

et Davyrel,
Romano

Vera teutto
S. Archim.

Victor Uticensis seu Vitensis in Africa Episcopus, optime meritus est de quamplurimis Sone-
tis, quorum gloria certaminis, pro fide or-
thodoxa in persecutione Wandalica sub Gen-
serico et Hunericu Regibus Ariani suscepta, libris
tribus descripsit auctor coarus: ut qui sexagesimo anno,
postquam Vandali in Africam fuerant transgressi, sub
Zenone Imperatore circa annum Christi CCCCLXXXVII
historiam suam continxerunt. Qui sub finem libri primi
depinxit trophaeum horum trium Christi Confessorum,
quorum hoc die Ecclesia Catholica memoriam celebrat;
atque impetus Martyrologium MS. Divisione ista
habet: Apud Africam Confessorum Armogasti, Archi-
mimi, et Satyri. Quae radem leguntur in MSS. Valticellano, Trevirensi S. Paulini et sanctorum
Confessorum epitheto honorantur. In MS. Leodiensi
S. Lamberti nomen secundi, scribitur Arginimi, in
B MSS. Vaticano S. Petri, Bruzzellensi S. Gaudilæ,
Centulensi S. Richarit et MS. Florio Archimini.
Quo omissa illa habentur in MS. Casinensi, Natale
sanctorum Confessorum Hermogasti, Satyri. Pri-
oris nomen Armogastis scribitur in MSS. Leodiensi et
Trevirensi vitatis, et passim apud alios, qui longiore
eos exornant elogio. Ex his Ado ista habet: In Africa
sanctorum Confessorum Armogastis, Archimimi, et
Satyri; qui tempore Wandalicæ persecutionis
sub Geiserico Rege Ariano, [cum essent lucidissima
membra Ecclesie, et pravitate Arianorum li-
bertate Catholicæ frequenter arguerent] pro confessio-
nione veritatis multa et gravia perpessi supplicia at-
que opprobria, cursu gloriost certaminis impleverunt.
Eodem leguntur apud Notherum, qui Archimini-
mum scribit, et auctorem Martyrologii sub nomine
Beate editi, at prius omisso, que parenthesi inclusum
est, apud Usuardum, Bellnum et alios et ad iv diem
Decembris in variis MSS. Martyrologii. In hodierno
Romano ista leguntur: In Africa sanctorum Confes-
sorum, Armogastis Comitis, Masculi Archimini, et
Saturi Regiae domus Procuratoris, qui tempore
Wandalicæ persecutionis sub Genserico Rege Ari-
ano, pro confessione veritatis multa et gravia per-
pessi supplicia atque opprobria, cursu gloriost
certaminis impleverunt.

C 2 Baronus multum sollicitus de S. Mascula, in nullo
antiquiore Martyrologio aut Calendario reperto, ista
aundat: Alia lectio ex vetusto Victoris exemplari
sic habet: Archimini Masculani, quasi ex Mascula
civitate nobilissima in Africa, et provincia Numidia.
Quæ lectio magis arridet Molano in Annotat. ad
Usuardum secundie editionis. Probarem eamdem, si
persuadere mihi aliquis posset, Archimimum fuisse
aliqmodo nomen proprium Christiani alienigeni. Nam
si venienti et histrionis et alii id generis non admittie-
bantur ad sacram baptismi, nisi prius ea ludicia
exercititia abdicassent; quomodo insignis obscuritatis
nomen enim baptismi non ablutum fuisse atque
mutatum. *Hec ataque Baronus, qui non satis adver-
tit verba Molani, qui asserit Codices Victoris men-
dose habere quendam Archimimum, nomine Mas-
culum.* Verum lecturem eamque Martyrologii con-
sentaneam esse in perpetueta et prima editione cap. 13. Quendam Archimimum nomine Masculi-
num, hoc est ex Mascula civitate. *En habeti Archi-
mum tradit, non Archimimum. Habemus nos histo-
rium Victoris, editam Coloniae anno MXXXXVI apud
Eucharium, in qua pagina xxv ita legitur. Sed nec*

quendam Archimimum nomine Masculinum prete-
re. Que eodem modo leguntur apud Victorem inter
Monumenta Saecularia Patrum Orthodoxographia, Ba-
stille anno MDLXIX exensa. Et est haec lectio maxime
consonane Martyrologii. Certe Archimimus legitur
apud Usuardum, et Adonem, ubique in præcipuis et au-
tupissimis codicibus MSS. etiam in Usurdo MS. nostro,
qui fuit olim Augustini Hunni, quo usus est pa-
tissimum Molanus in editionibus suis; ut mirum sit apud
eum legi non Archimimus sed Archimimus: quo ta-
men modo scribitur in nonnullis MSS. Bellinus in suo
Martyrologio secundum usum curia Romana habet
Archimonus. Margarinus de la Bigne in Bibliotheca
Patrum Parisiensis anno MDLXXV excusa primus edidit.
Quendam Archimimum, nomine Masculan: quem
Molanus in secunda editione Usuardi anni MDLXXXIII
reprehendit. Intermita legitur in aliis editionibus bibli-
othecæ Patrum et in Annalibus Ecclesiasticis Baronii
ad annum CCCLVI, quam lecturem etiam servat Pe-
trus Franciscus Chifletius in sua hujus Victoris edi-
tione.

VITÆ EPITOMÆ

Ex libro I historiæ Victoris Uticensis.

Alibi, sicut Thunazudæ contigit. Galibus vico
Animonie, vel aliis in locis, tempore quo Sacra-
menta Deipopulo porrigebantur, introiuentes (Ariani) maxi-
mo furore, Corpus Christi et Sanguinem pavimentis
sparserunt, et illud pollutis pedibus eleaverunt.
Ipse enim Geisericus praeceperat, ita perspicillibus
Episcopis suis, ut intra aulam suam fibromque suorum
non nisi Ariani per diversa ministeria ponerentur.
Inter alios ventum est tunc ad Armogastem
nostrum: cuius cum dūt ac saepius tibias torquento
timimentiis constringerent chordis, et frontem, in
qua Christus vexillum sue fixerat Crucis, rugatam
magis quam iuratam discedentes atque rugientes
ostenderent; nervi, ut filii aranearum, Sancto copi-
lum respirante, crepalant. At ubi tortores nervicas
chordas disruptas esse viderunt, allatis crebro fortioribus
choridis atque canabimis, illo nihil aliud nisi
Christi nomen invocante, illa omnia vanescerant.
Sed et capite deorsum dum ad unum penderet pe-
dem, dormire quasi super lectum plumis stratum omnibus
videbatur. Quem cum Theodoricus Regis filius,
qui ejus Dominus erat, proris non valentibus
capite truncari jussisset, a suo prohibetur Jocundo
Presbytero, dicente sibi: Poteris enim diversis affi-
ctionibus interficere: nam si gladio perembris, inci-
pient eum Romani Martyrem praedicare. Tunc Theo-
doriens in Byzacenam provinciam ad foliendas enim
condemnat serbes. Postea quasi ad mīnus oppro-
brium hand procul Carthagine, ubi ab omnibus vi-
deretur, pastorem enim præcepit esse vaccarum.

2 Inter haec Iominō revelante, cum dormitionis
sue proximū cerneret diem, advocat quendam Fe-
lixem venerabilem Christianum, Procuratorem domi-
ni filii Regis, qui Armogastem ut Apostolum ve-
nerabatur, dicitque illi. Tempus meo resolutionis
advenit: obsecro te per fidem, quam utriusque tene-
mus, ut sub hac silique arbore me sepelire digneris,
redditorus Domino nostro misi feceris rationem, non
quod ille curaret, ubi aut qualiter suum sepeliretur
corpus: sed ut illud demonstraretur, quod servo
suo revelaverat Deus. Respondit Felix, et dicit:

Absit

S. Armogastes
in a tormenta
passus,

F
condemnatur
ut serbes
foliendas et
custodiam
vaccarum :

EX MS.
GRECOsepelitur sub
sile in mar-
morea lumba,S. Archint-
mussub gladio
minantis
occidere,
fortis Confes-
tor manet :S. Saturus
omittit
omnia bona,

A Absit a nobis, Confessor venerabilis : sed sepeliam te in una basilicarum cum triumpho et gratia, quam mereris. Cui B. Armogastes : Non, sed quod dixi facturus es. Ille timens Dei hominem contristare, veraciter quod jusserset promisit esse facturum. Statim intra paucissimos dies bonae confessionis Comes de hac vita migravit. Festinavit Felix sibi delegatum suli arbore fodere sepulcrum : cui cum intertextae radices et soliditas aride telluris moram facerent, et labore angeretur, quod tardius sancti membra corporis humarentur, tandem abscissionis radicibus, multo altius terram cavans, conspicit sarcophagum splendidissimi marmoris praeparatum, quem forte nullus omnino habuit Regum.

3 Sed nec quendam, Archiniuum nomine, Maserlinum debo præterire : qui enim multis insidiis premeretur, ut Cathoheamomitteret fidem; ipse eum Rex postea blandiendo afflatus secularibus invitabat, promittens multis eum divitiis emulandum, si voluntati ejus auditum faelem commodasset. Qui cum fortis atque invictus maneret, nubet eum sententiam subire capitalem : ita tamen callidus occulte præcipiens, ut si in illa hora vibrantis gladii pertimesceret, magis eum occideret, ne Martyrem gloriosum fecisset. Si autem fortem in confessione conspiceret,

B a gladio temperaret. Sed ille, ut columna immaculata Christo solubilis fortis effectus, Confessor revertitur gloriosus : etsi Martyrem invidus hostis noluit facere, Confessorem tamen nostrum non valuit violare.

4 Novimus et alium ea tempestate, nomine Saturum. Qui enim Incidum esset membrum Ecclesie Christi, et pravitate Arianae libertate Catholica frequenter argueret (sunt hic Proenator domus Humerici) convenitur, accusante Marivaldo quodam Diacono, quem Humericus infastus singulariter honorabat, ut fieret Saturus Arianus. Promittuntur honores et divitiae multe, si faceret : præparantur supplicia dira, si nollet. Hac optione proposita, ut si regalibus jussis non obediret, primo facta discussione, et ante

amissa dumo vel substantia, distractis omnibus mancipiis ac filiis, uxor ejus, ipso præsente, camelario in conjugium traderetur. Quod ille plenus Deo, magis ut velociter provenisset, impios provocabat. Ob quam caussam uxor ejus inducias visa est ab his, qui exequabantur, nesciente marito, petisse. Accedit ad maritum alia Eva, consilio magistrata serpentis. Sed ille Adam non fuit, qui illecebrosa vetita arboris poma contingeret : quia non indigens, sed Saturus vocabatur, saturatus ab ubertate domus Dei, et torrente deliciarum ejus potatus. Advenit mulier ad locum, ubi maritus singularis orabat, concisis vestibus erineque soluto, secum comitantibus filiis, unamque infantulam, qua tunc lactabatur, manibus gestans, quæ nescientis projicitur ad pedes mariti.

Etiam ipsa suis genna complectitur ulnis, sibilans vociferante draconis : Misere mei, dulcissime, simul et tui : miserere communibus liberis, quos conspicis ipse. Non subjaceant conditioni servili, quos claros prosapia reddidit generis nostri. Non subjeciar ego indigno et turpi conjugio, vivente marito, que milia semper inter coævas plaudebam de Saturo meo. Cognoscit Deus, quia invitus facturus es hoc, quod forte voluntarie aliquanti fecerunt. Cui ille Job Sancti voce respondit : Tamquam una ex insipientibus mulieribus loqueris. Formidarem mulier, si sola esset hujus vite amara dulcedo. Arficio conjuncti diaboli ministraris : si diligeres maritum, numquam ad secundam mortem attraheres proprium virum. Distrabunt filios, separent uxorem, auferant substantiam : mei Domini ego securus de promisis verbis tenbo : Si quis non dimiserit uxorem, filios, agros aut domum, meus non poterit esse discipulus. Quid ultra? Discedente muliere cum filiis refutata, confortat Satorum ad coronam, discutitur, expoliatur, peius conteritur, mendicus dimititur. Interdicunt ei prodeundi accessus: totum ei tulerunt, stolam tamen baptismatis auferre non potuerunt.

uxorem ten-
tantem fortiter
rejiciunt :

E

et fidem
servat.

G. H.

DE S. GUNDLEO REGULO

CAMBRIÆ AUSTRALIS IN BRITANNIA.

CIRCA
ANNUM D.
XXIX MART.In Actis
Sanctorum
Walteri con-
troverx.

G **A** lfordus in Annalibus Ecclesiæ Britannicæ ad annum quingentesimum concurrunt, et haud inuero, auctores aliquos Vita Sanctorum apud Capgravium, in querendo undique et consarcenando, quam in sehendo excernendoque diligenter fuisse, et sine delectu multa inuisso, quæ facta diligentis rerum collatione, distinguunt melius possent et vero deberent. Nullis autem difficultus correctio attribuetur, quam Britonibus, nonquis Cambrie aut Wallie incolis, quod desunt meliores scriptores, quorum lectio possent emendari. Observare hoc licet, inquit idem Alfodus, in Cadore Vita, ubi superiore narratio et viri sanctitatem, et actorum ejus certitudinem magis illustrasset. Duo hujus nominis statuuntur, senior Caducus, nlio nomine Sophias, Episcopus Beneventanus ac Martyr, de quo cyamus xxiv Januarii, alter junior creditur filius esse S. Gundlor, de qua hic agitur, et Abbas Namecariensis vixisse, et in Cambria apud Ordovices defonetus. Interim in Actis Cadoci Episcopi statuunt prioris parens S. Gundlus. Falsum posse subesse fatetur, ut monutus ea de re lectorum, atbal tamen in re dubia definitus. Est autem Namecariana sive Lhancarvana in provincia Australis Walter Glomorganus, ad Subrinianum mare sive astuarium tribus passuum milibus a Cowbridge urbe distata : ubi et Landava Sedes Episcopalis, unde S. Dubricius Episcopus ad-

vocatus norende adstitit. Ita functus hic traditur circa annum xxxii, quod in Novembri ad ejus Vitam erit eruminandum.

2 In hac ergo Wallie sive Cambrie Australis parte S. Gundluum Regulum aut aliquem Dynastam extitisse nybitramur et claruisse circa annum quingentesimum. Uxor ejus Gwulusa sive Gladus dicitur primogenita inter decem filios Brachani Reguli sive Principis, ejus alter sorores nota, snat Melaris mater S. Davidis Episcopa Monensis, cuius Acta decimus Kalendas Martii, tum S. Almedha defoneta Kalendas Augusti et potissimum S. Regna, in cuius Ictis adi Novembri illustrandis illa habentur. Puerunt eadem decem fratres, quorū primogenitus statutus S. Canorus, de quo egimus inter Praetermissos die xiii Martii.

3 Mortuum esse S. Gundlem in Kalendas Aprilis Nomen in Acta indicant : quo die Richardus Witfordus in Martyrologio Anglicano Londini Anglice anno mxxix exenso, ista scribit : In Angha S. Gundlei Regis, Australis partis Anglicum et filii Regis cui multum cupido spiritualis profectus atque perfectio-nis Angelus apparuit, eumque misit ad locum et montem ejus desiderio opportunum, ut omnipotenti Deo deserviret. Quapropter continuo corona et regno in silvis translato, inibi templum condidit, ac sanctam vitam pluribus miraculis illustrem duxit. De eodem agit H'ilonus in Martyrologio Anglicano

F
S. Gundlus
Regulus.

Martyrologiu.

A glicano posterioris editionis, plura congerent ex *Vita*,
quadam damus ex codice MS. canonum Ruber-Vallis Ca-
nonicorum Regularium prope Bruxellas, collatam cum
edita a Joanne Capgrave, quam Joanni Tiumuthensi
adscribit Jacobus Usserus de Britanicarum Ecclesiarum
primordiis pag. 464

VITA

Ex MS. Ruber-Vallis et Capgrave.

*Montu Angelis
sua relin-
quit.*

Sanctus Gundens filius Regis Australium Brito-
num extitit: et post mortem patris, regno in septem
partes diviso, sex ejus fratres portiones suas acce-
perunt, et ipsi quasi seniori in omnibus preberant.
Gundens vero ex uxore sua Gladusa filium Cadocum
genit, virum sanctum et Deo placenterum. Cum
enim nocte quadam in thalamo sopirentur, vox
Angelica illos alloquitur, dicens: Rex coelestis,
Rector terrestrium, Iuc me misit: ut convertamini
ex toto corde vestro ad suum ministerium: vos
vocat et invitat: vos elegit et redemit, ascendens in
patibulum. Ostebam vobis rectum tramitem, quem
tenere debetis ad hereditatem Dei. erige mentes
vestras, et pro eaducis necontemnatis animas. Circa

B ripam fluminis est quidam monticulus, et ubi stare
videbatur bos candidus, ibierit locus tuae habitationis.

2 Mane autem surgens regale palatum deseruit:
et regno Cadoco filio suo coniunctato, ad monticu-
lum sibi ab Angelo nuntiatum pervenit. Et invento
bove candido ecclesiam construxit, et ibi in magna
abstinentia et sanctimonia vitae vivere coepit. Ute-
hatur autem cilicio, et pane hordeaceo, et cinere in
terta parte admixto: aquamque potare consuevit.
Nocte vero media surgens in aquam frigidam se im-
mersit, et nihil de alieno sumens, proprio labore vi-
tam duxit. Sanctus autem Calocetus filius ejus, Abbas
Namcarbanensis effectus, ipsum saepe visitans con-
fortabat, asserens non inchoantibus coronam esse
promissaam, sed perseverantibus in hono. Gundens
autem pro ariditate monticuli orationes ad Denim
fundens, aridam terram baculi cuspide tangens, fon-
tem in eodem loco perlucidum et jugiter decurrentem
manare fecit.

3 Appropinquante autem termino vite sue misit
ad Dubricianum Laudanensem Episcopum et filium

suum Cadocum, ut eum visitare dignaretur. Qui cum
eum confortasset, et ejus animam sacra Communi-
cione munisset; migravit ad Dominum quarto Kalen-
das Aprilis. Et sepulto honorifice corpore ejus, turba
Angelicorum visita adeo circa locum sepulchorum ejus visa
est; et agroti ejus suffragium implorantes, ab omni
langore curati. Deum in Sancto suo glorificabant.

4 Griffinus autem Rex Venedocie, a finibus Bri-
tanniae per Regem Guillelmum seniorem expulsus,
et timens insidas, ad Orcades navigavit insulas, et
congregatis viginti quatuor navibus rediens praedas
multas egit. Cujus servi ecclesiam S. Gundrei infrin-
gentes, quidam in ea pretiosum repertum est, ra-
puerunt. Et dum ad Orcades insulas redire vellent,
videbant virum terribilem die ac nocte equitantem
et persequente illos. Et quanta remiges diligentius
navem regebant; tanto magis maris undae retrade-
bant per transversum. Uniquaque prora ruebat in
alteram, et tota classis prater naves duas exigentibus
demeritis subversa est. Rex autem Griffinus rapinae
conscius non erat: sed cum suis sociis piratarum
adventum expectabat in littore. Qui postea Regi
Guillelmo pacificatus, mirabilia, quae viderat, cum
tuis enarravit.

5 Tempore S. Edwardi Regis a Haraldus Comes
Wallensibus offensus, cum exercitu veniens, ubi-
que combussit, et vastavit, nullique parvens, totum
rapit quod inventit. Quidam autem Ecclesiam S.
Gundrei sera fracta intrantes, omnia reperta rapue-
runt. Cumque casei rapti inciderentur, intrinsecus
sanguinei apparuerunt. Stupefactus ergo exercitus
omnia que rapuerant, una cum oblationibus multis
restituit.

6 Fur quidam quadam nocte ecclesiam B. Gundrei
intrans, calicem et vestes sacras auferens, ad sua
redire coepit. In itinere autem videbat mare sibi
obvium fluctuans et supereminens contra vultum
suum. Interim tandem revertebatur ex visa marina
occupatione, donec remearet ad hinc ecclesiam; et
in ecclesiam intrans usque mane ibi permanxit; et
comprehensus, per Episcopum Laudanensem a morte
temporalis liberatur.

a *a Colitur S. Eduardus Rex Confessor y Januarii, ad eujus
vitam in notis ad cap. 5 eginus ex Hovedeo et Ingulfo de pe-
cunia ab Haroldo Comite congesta, quam Rex curavit pauperi-
bus restituta.*

E

*casei vi ablatis
finit sanguinet:*

G. B.

DE S. EUSTASIO
ABBATE LUXOVIENSI, ORDINIS S. COLUMBANI,

Commentarius praevius.

*VIDE SYNTAXA-
MUS TOMI I
MART. PAG 874*

C

F

*Eustasio in
excavatio-
ne SS. Co. um-
bano Eustasio
et alios:*

Luxorum Ordinis Columbaniani archimana-
strium, in Vassago monte et Sequanorum, et Leu-
carorum confinium, sive, ut modo loquuntur, in Com-
itatu Burgundie vicinum hadernae Lotharingie,
anno 10XXX captum est a S. Columbanus Ordinis
Patricio extrus: qui inde discedens anno 10XXI versus
Italem, habuit proximos successores Abbes S. Eustasio,
de quo hoc die agimus, et S. Wandelbertus, ad
qui isti anno 10XXV vita funera subrogatus per unius
quadraginta perfecit; mortuus et Maii anno 10XXV. At
S. Columbanus, retruxit Bobium Italia monast. riv. ad
meliorem et eternam vitam migravit xxi Novembris
anno 59XV, cui successerunt S. Attala, eius Vita
dedimus x Martii, tum S. Bertulphus, et xix dies
Augusti sacer est, postea Bodilensis et postea Jonas,
Vitarum ut max dicetur, variorum Sanctorum scriptor.
Sub his Abbatibus instaurata plurima huius Ordinis mo-
nasteria per Gallias, Belgiam et Italiam. Nam, ut in
Vita S. Frodeberti Abbatis legitur vii Januarii, erat
eo tempore praeonominatus Luxoviens ecclésium

in Gallicis regionibus pene singulare, tam in religio-
nis auctoritate, quam etiam in perfectione doctrinæ. Quia
ex causa plurimi, quibus in utramvis partem pro-
ficiendi fervor merat, ad eundem locum certantibus
studis undique confluunt, qui postea inde discen-
tientes secundum Regulam S. Columbani per varias
regiones illustris monasteria ererunt. Certe Lutra
in Comitatu Burgundie monasterium, conditor, mihi
habet S. Deculum. Sovra etiam et Helveti exculpi a
S. Gallu, gloriantur etiamnum se habere præclarorum hu-
jus eandem. Fuerunt ambo discipuli S. Columbani
sub ipso Lutaro cum S. Eustasio instructi. Viciam
S. Decidi dedimus xviii Januarii, de S. Gallo
agendum XVI Octobris. Quo tempore Abbas Luxo-
vius præcepit S. Eustasius, plurima ejusdem Ordini
disciplina fuerunt monasteria, quorum precipua in
Actis infra et adjecta Notationibus describuntur. Fuer-
unt deinde S. Wandelberti illustris discipuli, viri sancti
et variorum monasteriorum fundatores: ex his floruer-
unt supranominatus S. Frodebertus apud Trecensem

*et varia ejus
exemplo
recta mo-
nasteria,*

m

A in Campania, S. Theofridus apud Corbeienses in Picardia, S. Germanus apud Rauracos in ditione Basiliensi, cui suum originem debet Abbatia Grandis-valensis, vulgo Munsterthal dicta. Actu horum Sanctorum dedimus, Frotholerti viii Januarii, Theofridi xxvi ejusdem mense, et S. Germani xxi Februarii. De pluribus alis tuto hoc opere acturi. Regulam S. Columbani ex collectione, a S. Benedicto Abate Awinensi tempore Ludovici Pii Imperatoris facta, edidit Lucas Holstenius: ex qua infra in Vita nonnulla loca proferuntur.

2 Acta SS. Columbani, Eustasi, Attala, Bertulphi Abbatum, et S. Burgundoforum, de qua infra in Actis scriptis agitur, scripsit Jonas, qui Boni sub Attala, Bertulpho et Boboleno vixit monachus, et forsitan huic, quia Abbas appellatur, successit, nativitate non Hibernus, sed Italus Segusii, vulgo Susa, ad rudes Alpium et montis Cinti natus: uti accurate singula probantur x Murti ad Vitam S. Attala, et infra in his Actis confirmantur. Esse eu perperam S. Beda attributa et hujus operibus inserta ad eundem Vitam S. Attala ostendimus. Alii reperit Savius in codicibus manu exaratis, quæ ipse pterisque locis stylo mutato edidit: et nos primogenia phrasim damus ex MSS. Bertiniano et

B Treviri S. Maximini, que etiam ex MS. Ultrajectionis S. Salvatoris habemus, sed paucim contracta. Sunt huc Acta bipartita, quorum prefatio seu pars prior est ducentis aut pluribus post vitam Jona annis non usque variis mendis collecta, aut verte e.c. Vita S. Columbani disrupta: ut ex Notationibus adjunctis liquido constat. Altera pars seu Vita in tria capita a nobis distincta, ab ipso Jona post Vitam SS. Columbani et Attala descripta est. Qui ultimum Savii rationem procurauit, restauit priorem partem ab ipso Savio ante in lucem praebat, ut loca Vita ab Jona descripta, edidit illum, quod apud Bedam reperiatur, sed etiam olim in aliis sylabus deformatum. Quæ lectori judicium indicandum.

3 Corpus S. Eustasi Wargaville in Lotharingia, in Abbatis sanctuarium Ordine S. Benedicti in vicinæ Meteys, prope Diezum oppidum quæ salaris perceperere. Est autem ad reliquias S. Eustasi magnus aërenter: in eiusfusus, quod hujus Sancti virtus contexit in expellendis demonibus ab energiomemor cor-pardus et amictibus sanandis, et solenniter epus, ut prae-pui Patroni, venerata religiosa cultu ibidem habetur.

4 Nomen S. Eustasi Abbatis inscriptum est variis antiquis MSS. Martyrologiis, quorum aliqua addunt eum discipulum S. Columbani fuisse. Ad Episcopum Viennensis hoc cum elogio honorat et primo loco: Deposito S. Eustasi Abbatis, discipuli S. Columbani, qui Pater ferme sexcentorum extitit monachorum, et vita sanctitate conspicuus, etiam miraculis clariuit. Eadem legatur in Beda presco et variis MSS. sub nomine Beda, tunc in genuino Beda nulla ejus mentio fuit, ut neque in Usurdo MS. S. Germani de Partis. Interim tu alius, usque antiquissimus codicibus Usurdi, radem habentur, eademque leguntur in Usurdo ac Grecum, Malum et aliis editis. In nonnullis codicibus loco sexcentorum dicitur ducentorum Pater monachorum. Utique sub dubio allegatur in MS. Florario, Nodherus Adonis consenserit, adhuc Burgundie nomine, uti alibi Luxovi monasteri, pro quo Bellinus in utriusque editione perperam habet Longlunensis monasteri, et Petrus de Natibus lib. 3 cap. 11 Liuncensis monasteri. Galesius priora habet, sed puriora multa phrasim et contractus Martyrologios. Ferhenus et Canusius panca alia ex Actis addunt. Adonis verba reperiuntur in hodierno Martyrologio Romano. Longiora cetera proferunt Savissimus in Martyrologio Gallicano, Matthaeus Roderus tomus 2 Bavariae Sancte, Mirus in Fustis Belgicos et Burgundie, Vincentius Bellunensis lib. 23 Specie Historiols cap. 20.

5 Quia Luxoviense monasterium, ut obseruant

Sanmarthani, relicta Regula S. Columbani, post ali- D quot a sua fundatione scruila, ad Ordinem S. Benedicti etiam apud translatum est, inter nos possumus S. Eustasiū annume-rant Benedictum cum Trithemulib. 3dr Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 70. Monasticis etiam suis Martyrologiis inscripserunt ad hunc diem H'ion, Me-nardus, Dorganus, Bucelinus, et ad xi Octobris, auctor Kalendaru Sauctorum Ordinis S. Benedicti, se-cutus Petrum de Natibus, qui iterum, ratus alium esse, lib. 9 cap. 2 assertit v Idus Octobris obisse, Dempsterius vel tunc diem in Martyrologio Scottico ista habet: Luxovi Eustasii Abbatis, qui e Scotia S. Columbanum secutus, in Burgundia beato sine quie-vit. At Burgundium fuisse S. Eustasiū max ex Actis constitutum, Cuicquidimus hunc Commentarium cum disti-chu hoc H'andelberti :

Eustasius quarta virtutis lande coruseat,
Abba Columbano natus qui rite Magistro.

VITÆ PREFATIO

Auctore anonymo ex MSS.

Scriptrors vitam S. Eustasii Abbatis Luxoviensis monasterii, habitatoceum ejus in vice Spiritum sanctum, ut, qui illi virtutes largitus est, mohi ad nar-randas eas sermonem tribuat, ut facta dictis exæ-

quendur. Sub h. Mauritio et Fogasio Imperatoribus, quo tempore Romanae Ecclesie LXXII e Honoriis Pontifex clarus habebatur, nec non et d. Clotharini,

Wilperici filius, strenue Francos regebat. Per idem vero temporis fuerunt religiosissimi viri, discipli

alni Patris Columbani, e Athala et Eustasius, quo-

rum primus Bobiensis, secundus Luxoviensis coenobii ejus successores extiterant, qui magistri in

stituta suis alumnis servanda tradiderunt. In principio narrationis nostræ exemplum bonorum omnium sumamus Eustasium, in quem sufficit religiosas ac

100 devotas mentes ad virtutum columen erigere, et ad perfectionis fastigia concitare. Cumque ergo ve-

nerabilis Columbanus f. vigesimo anno post incu-datum eremii Luxoviensem reliquisset in supradicto coenobio venerandus Eustasius q. Pater sufficetus est.

Hujus post magistrum virtutes clarae fulserunt ex

Burgundionum genere, h. nobilis natione, sed nobilior sanctitate, per vestigia Magistri secutus. Ad

opus famam plebs umlique copit concurrere, et se

cultui religionis dicere: ita ut non parva congrega-tione monachorum adiuncta, illuc etiam emi i sex-

centis ferme monachis conversare videretur in Dei

landibus, uno regulæ spiritu, superna inspiratione

P communi ad laudem omnipotentis Dei, plium exhibentes famulatum. Ipse autem venerabilis Pater

erat multe abstinentiae et multarni vigiliarum,

qui quotidiano jejuno maceratum corpus erat, et

grandi assiduitate magna die ac nocte. Erat etiam in

illo sollicitudo omnium ecclesiærum, interveniente

etiam magna assiduitas et constantia. In rebus etiam

divinis implendis fortissimus: sollicitus vero in pere-

grinis et pauperibus, erat enim gaudens cum gau-

dientibus, et flens cum lamentibus. Siq[ue]dem quies-

equo illi aliquis ole percepit, quod pentecontam lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut et illum

flepre compelleret. Caussas autem criminum, quas

illi confitebantur, nulli nisi Dominio soli, apud quem

intercedebat, loqueratur, bonum relinquens exem-

plum posteris Sacerdotibus, ut intercessores magis

apud Deum sint, quam nevensatores apud homines.

Nam et secundum Apostolum circa hujusmodi ho-

minoe conformanda caritas est, quia ipse sui ac-

cusator est, nec expectat accusatorem, sed preve-

nit, ut confitendo suum ablut delictum. Humiliet

etiam animam suam, sicut David sanctus, qui post-

quam audivit a Propheta, Dimissum est peccatum

2 Reg 12

tuum

A tunum; humilior factus est in emendatione peccati, ita ut cinerem sicut panem manducaret, et potum sumpcum fletu miseretur. Erat itaque jam dictus vir temperatus in omnibus, in discretione precipiis: redundabat amor, et timor in subditis, redolebat doctrina discipulis, labentia cuncta ejus animo subierant. Nullus juxta eum vel moerore temebatur, neque nimis letitia extollebatur. Nec operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus ejus detineretur. Erat autem ei consueta exhortatio, vel prædicatio ad condiscipulos suos, ut meminerint Sanctorum Patrum, qui per mortificationem carnis et contemptum presentis vita regna eolorum adepti sunt. Quapropter Fratres mei, inquit, optimum iustis certamen: magis ac magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Monachorum autem opus illud est præcipuum, ut orationem puram offerant Deo, nihil habentes in conscientia reprehensibile sicut Dominus dixit in Evangelio: Cum steteritis ad orationem, remittite Fratribus vestris si quid habetis contra eos ex cordibus vestris: nisi enim remiseritis fratribus vestris, nec vobis remittet Pater vester qui in celis est.

B Inter ea memoratus Chlotharius, viri Dei Columbani prophætæ effectum in se fuisse impletum cernens, venerabilem Eustasiū, qui ejus in loco Luxoviense monasterium regebat, ad se venire imperat: quempiam affamine rogat, ut sibi cum supplemento publico legationem fungere curat: sociisque, quos vellet, nolihum virorum haberet, qui sui vadimonii arbitriarentur, post B. Columbanum pergerent, quocumque reperissent in loco, elegantis snas ad se venire hortarentur. Perrexit itaque venerabilis discipulus, Magistri vestigia prosecutus. Qui cum ad eum venisset, Clotharii verba deponit. Viso ergo Eustasio B. Columbanus gavisus recepti numeris aditu gratulatur: retentumque penes se tantisper, hortatur ut sui laboris reminiceretur, cohortem Fratrum discipline habenis erudit, multorumque collegio Christi plebeim adunaret, suisque institutis educaret. Dismissum post haec ad Clotharium remeare jubet, talibusque responsis regias mulcere imperat aures, se retro reperire nullatenus ratum dixeret, tantummodo posceret, ut solales suis, qui Luxovium incolebant regal' administriculo ac praesidio foveret, litteras castigatiōnum affamine plenas Regi dirigit. Quod gratissimum munus Rex velut pignus fidelis viri Dei ovans recepit. Nec ejus petitioni obdignionis noxam praeponit, omni præsidio supra dictum monasterium numeri studet annuis censibus ditat, terminos undique prout voluntas venerabilis Eustasiū erat, auget, omniisque conatu ad auxilium inibi habitantrum ob viri Dei amorem intendit.

S. Hoc eisdem verbis, mutato solo nomine, dicta sunt a S. Hieronymo in Prologo ad Vitam S. Hilarius 2 Octobris. — In Imperiis Mauritius ab anno 582, occasus 27 Novembris feria 3 anno 602 cum iam Phocas, hic Eustasius in MS. Utrechtino Seguso, ceperat imperium interfectus anno 640. — Et Horonius XXII Pontificis consecratus die Domini 7 Novemb. anno 622, mortuus 13 Octobris anno 635. Quam procul ista distat a temporibus Mauriti et Phocas! Apud Sarum substitutus Gregorius annis numero Pontificis Sedis 15 ab anno 590, vita finitus 601. — Et Chlotharius patris sui Chilperici Regi Sassenensem successus anno 584, ac pro hoc specialiter factus monachus Francicus et Rex Burgundianus anno 613, cum arc. Mauritius aut Phocas nec S. Gregorius erret. — Et S. Alula, ut ex ejus Vita per Janum & Martu data constat, non renuit ad S. Columbanum tempore S. Gregorii Papa neque Mauritii Imperatoris neque forte Phocas. Verte hoc sunt Imperiorum compuncta. — Hoc verba habentur in Vita S. Columbani rectum eo tempore, ut aditum Jonas, venerabilis vir, ipso postea in eodem monasterio Pater existit, Eustasius, discipulus eius minister sancti viri, violenter aspergitur, intendente super eum Martinus aspernens ejus, qui Lingonice Ecclesie Pugnificer erat. Annis tunc erat 610, ut ex subiuncta prædictione de successione Clotharii liquet. — In Imo hec post anno 612 post uicem Theodoberti Regis. — In Vita S. Waletrae Ebbonis, dicitur B. Eustachius et genus eius mormi nobilitate venerabilis. — In eadem Vita dicitur S. Columbanus Luxovii mormus, docectorum et virginum plus minus monachorum Pater. In Vita S. Descoli Abbatis Lutetiae 18 Januarii num-

D dicuntur sub S. Columbano trecenti et eo amplius monachi suis. Sexcenti sub S. Eustasio in supra relatis Martyrologiis etiam referuntur. — Et Seruentia omnia verbacous continentur in fine Vita S. Columbani.

D

AUCT. JONA
CO.EVO

VITA

Auctore Jona coevo ex MSS.

CAPUT I.

SS. Burgundofora, Salatberga, et Agilius sa-
nati Evangelium variis prædicatum.

Igitur venerabilis Eustasius, reversus, ut a supra diximus, a B. Columbano ab Italia, paterno affectu et aquo jure subditas monachorum recipit ceteras. Evenit, ut pro communī necessitate ad Regem Chlotharium pergeret, qui eo tempore in ultimis Galliae finibus, Oceano mari vicinis, inhabitabat. Fuit ergo aperti itineris via per saltum pagumque h. Brigeym; pervenitque est ad quamlibet villam e Chagnerici, quo dudum nomine Magister paulisper amoverat villa vocabulum, cum antea villa d. Pipini diceretur, distans ab urbe Melodorum circiter mille duobus. Ibi tunc e Chagnerici cum conjugi sua, Leodegunda nomine, Christiana et sancte mentis formata, moribatur. Huius filium f. Chagnaldum, cuius superius fecimus mentionem, secum habebat. Viso itaque Eustasio, Chagnerici mire gaudiocepit eum, eratque simul cum patre et matre eorum filia g. Burgundofora, quam ut superius diximus, B. Columbiana Domino sacraverat. Quam pater cum iam responsasset, dolore oculorum pereussa, et febribus igne succensa est, ut vix h. ab his reddi credetur. Hanc in extremis anhelitibus positam vi-dens Eustasius, patrem increpat, dicens sua noxa esse, quod hac tantis uteretur pientis, quia viri Dei interdictum violare vellet. At ille dissimulans, Utinam, inquit, sospitati redderetur et divinis obsequiis, non se talibus votis obstatere debere ait.

2 Accedens itaque ad stratum pœlla, secessabatur, si sine fuerit assertionis, quod contra C. Columbani interdictum post vota coelestia rursus iteraret terrena. Adest pœlla, detestaturque se talibus votis numquam paruisse, ut terrenis commutarentur: sed paratam fuisse beati viri parcer præconiū: seque ut præterita videsse no-te similem figuram virum, qui ipse esset, qui oculorum suorum lumen redderet, vocemque simul audisset dicens: Quodcumque hic vir tibi dixerit, fac, et sanaberis. Infer ergo, Pater, auribus meis, impot, que mihi sint custodienda, et tunc orationibus pelle dolorem a Domino illatum. Prostratus itaque humo cum lacrymis venerandus vir, Domini postulabat, ut pollicitem minus infunderet: surgensque Crucem super oculos exprimit: et manu nectos palpante Domini auxilium adesse deplorat. Protinus auxilium Domini secutum est, bumen redditor, febrisque ignis fugatur: redditamque sospitati, matre commendat, donec a Chlothario Regi, quo in eis arripuerat refuls, religiosis enim vestimentis subdat.

3 Cum autem pater cerneret sospitati suum si non redditam, sponso tradi deverent pollicitatione præstina, cœcum obdignionis foveam illi inferens. Quo pœlla comperto, quæsivit unius socialis consilium, cum qua fugam inire queat. Cumque illa assensum præbuerit, felici fuga clam arrepta, clauso ad basilicam S. Petri Apostolorum Principis pervenerunt. Quo comperto, pater post eas furens munitus dirigit, puerisque jubet, ut apprehensam filiam crudeliter perimit. Pergentes pueri sinibus ecclesiæ puerillam receptam reperiunt, paulisperque morati, ut ira genitoris frangatur, comminuantur pœlla mortis periculum. At illa, Si, inquit, mortem me formidare putatis, in hoc ecclesiæ pavimento probate.

Ob

terua, ne
rubat, fuge
impars,mori paratam,
liberal habitu
monastico
indu curat.suo adhor-
tar ad virtu-
tem:Mauth. IIa Chlothario
Rege intulit
ad S. Colum-
biam.

C

U. novitas
PapaChlo. karthus
B. xS. AlulaM. nos Ep.
Lutetia,monachi
Lutetia qual.

AUCTORE JONA

A Ob talem etenim causam ovans mortem recipio pro eo, qui pro me non dignatus est mori. Nec mora' Eustasius remeavit, puerum a custodia liberat, patrem terribiliter increpat, religionis vestem per Pontificem urbis illius, i Gindaldum nomine, illi induit, sacratanique salutaribus monitis imbut k monasterium Christi Virginum supra paternum solum inter fluvios Mugam et Alham adificat, fratresque qui adificandi curam habebant deputat, scilicet germanum puerum Chagnaldum et Waldebertum. Sed que ejus postea facta fuerint l, si vita comes fuerit, prosequi nitemur.

B Reversus ergo venerabilis vir Eustasius ad Luxovium. Magistri praeceptum implere parat, i gentes que vicinae erant, fidei pabulo alerentur. Progressus ergo m Waracos predicit. Quorum ali i idola latraria cultibus dediti, ali i Photini vel Bonosi errore maculati erant. Hos ad fidem convertens, ad Bojos qui nomine Bajoari vocantur tetendit, eosque multo labore imbutos, fideiisque lineamenta correctos plurimos eorum ad filium convertit. Ubi cum alignanti per marcas fuisse, dimisit ibi sagaces viros, qui corpori laboris in studiose erivent: ipse vero ad Luxovium remeare studebat.

C 5 Cum ergo iter caperet, venit ad quemdam vitum nomine p Gundelounum, qui eo tempore ad villam, quam Mosam vocant ob annum in loco fluentem, morabatur. Is ergo cum valisset Eustasium, velut gratissimum monum, ovans in dominum suum recipit. Ingredens ergo Eustasius dominum premissa benedictione poscit, ut liberos, quos habeat, representent. Ille obediens duos hunc iudicis liberos praesentavit. Est, inquit, S. Eustasius tibi adhuc proles. Ille futurum praeferit manu filiam luminibus orbataam, nomine Salabergam se amplius non habere. Quam cum visisset, secessatus est, utrum juvenilibus animis ad cultum divini timoris aspiraret. Quia affata, ut tenera et verita aetas, ait se paratam esse sacris praeconiosis ohtemperare. Dedit ergo illi operam, duos per dies jejuno corpus conficeret, mentem fidei armare: et tunc super oculos benedictionis oculum effidit, ineruitque tandem per interventum S. Eustassi cecitas lumen habere. Redintegravit ergo divina pietas interventu famuli sui ita luminis flamma, ut haec, quae lumen receperat, post divina minera uberiori ad cultu timoris Dei aspicaret. Quae vero adhuc superest et divinis obsequiis dedita, non solum quoque sue utilitati, sed et aliis praevidet opportuna.

D 6 Qui cum progressus inde cōptum iter peragere, quendam Fratrem, Agilium nomine, qui modo Reshacensis monachii Praesul existit, vehemens fimbrium ignis corripit. Quem Eustasius attigit, interventu orationis sanavit, ac pristinam salutem suscipit reddidit.

E 7 Deinde peruenit ad supradictum coniubium, et ibi tam plehem interius quam vicinos populos ad Christianum vigorem excitare stibet, multisque eorum ad penitentiae medicamenta pertinxit. Fuit namque ejus studium, ut multos sua famula erudiret. Nam multi eorum postea ecclesiastum Praesules extiterunt, quorum haec nomina sunt: Chagnaldus et Lughmo Clavato Episcopus, u Aeharius Veromanus et Niomensis ac Tornacensis Episcopus, Rachmarus et Augustinus et Basileus Episcopus, Audomarus et Bononius Tarcianensis oppidi Episcopus fuit.

F In Vita S. Columbanum, cuius anneclebatur Vita SS. Atalae et Eustasti — b MSS. Ultrajet et Beatin, et Vita apud Rer. Brigitian., cuius Conclusio tria... c In Changy, ad matronum putiam supra Melldus, hic Melodorum dictum... d MS. Ultrajet Pipinistena, atib Pipisenum et Pipinistina. — e In Vita S. Columbanum Chagnaldus vir nobilis. Theodorelli Regis conviva, vir sapientia, et constituti regis gratias, et nobilitatis sapientia videntur. — f Chagnaldus, qui minister viri bel. Columbani in officio Clericatus puer a patre Deo devotus quandoam fuerat, Ha auctor ista S. Faronis frater quis, Episcopi

Meldensis 28 Octobris. — g Colitur S. Burgundofora 3 Aprilis, cuius Miam seruauit ideu Jonas, quam infra adolescentia annis benedictus Columbionis, Domino novili, ut in hujus Vita idem Joans. — h Seruas et MS. Berlin Superis reddi, quid si ab his libera legemur. — i In Vita S. Faronis dictor Gundoldadus urbis Meldensis Antistes. Subscriptus Gundoldadus Meldensis, Conclufo Remensi sub Sonnetto Archiepiscopo anno 624 aut sequente. — k Elucracione omnis dictum, nunc s. Fata ait Burgundofora monasterium, Hayus sancte testumentina, factum anno 5. Haugoberti Reys, Christi 633 ediderunt Sammarthani tomo A Gallic Christiana. — l Additur in MSS. citatis et apud Surium. Qui ci postea successit, ut regulam doceant, derrevit. Fuit S. Waldeberlus seu Waltherius successor S. Eustasi, et praeiat per annos 40, et decessit 2 Maii Interim Auctor Vitae. — m Faronis ita scriptis: Waldeberlus, qui successor felix Iustus Gundobaldi, hac in urbe claruit: Quia ad hujus Vitam vnuat accurateus examinanda, quia alius etiam Walbertus Comes Achenus cum illo unus idemque habet. Non etiam dicitur frater S. Burgundofora, quod passum alio adiuvaverunt. — n In Vita S. Salabergi, hoc omnino etiam miratur ut dicatur Waldeberlus parvum Seguniorum provinciae et Ovily omnis fluens ex ultra ripa incoluisse. Est caput Seguniorum Versonata, ad Durum seu Iacobum fluitum. — o In Secundo Christi i vixerunt Pholnus, satis notus, et Bonosus Episcopus Novitianus in Bacia, qui Pauli Sammarthani heresim ampliata, docuerunt Christianum tantummodum esse filium dei. Contrahit has heresies plurimum decretum S. Arthuri Episcopus Uraniensis, sub antiquis Regibus Regendounum. Ut idem 5 Februario ad ejus ratam q. 3. — o In MSS. deinceps etiam Bucari, ali in Vita S. Salabergi forsan culpa ammuniuum. — p In Radewi Vita hoc narratur, dicitque Gundonus, vir illustrissimus, opibus et divitibus opulentus, famaque seruidum seridi dignitatem praeclarus, ex artificis regno: qui co tempore manebat apud villam, Mosam nomine, ob amorem eo defecundum. An jam Mossonum? De hoc egimus ad Vitam S. Vieltrici Martyris 9 Februario — r Coddice Salaberga, in MSS. etiam Salaberga dicta, 20 Septembri, cuius excusas de passo etiam in ejus Vita habetur. — s Colitur 30 Augusti S. Agilius, sive Agilius, primus Abbas Bescharensis in Brugensi solita ad Matronum fluvium, in cupus Vita MS. hoc late describuntur. Hunc successit S. Philibertus dictus primus Abbas Geniticensis. colitur 20 Augusti. — t Lingdunum-Glavatum dicitur communis vicinab. Landunum. Interfuit memorias supra Chagnaldus indicente ante Concilio Remensi. Apud Surium solum est Lingdunum unde preparavit Lingdunensis Archiepiscopus creditus. Colitur 6 Septembri. — u S. Aicharius est fastis suis inscriptus ad 27 Novembris. Quae Sedes e Veronagandus translatu est Noriomum, enique dui unita Ecclesia Tornacensis hinc triplex Sedes et levatur. — v Rachmarus creditur Augustoduna integratus Basileam. — w Audomares colitur 9 Septemb.

CAPUT II.

Calumniar Ordini ab Agrestino impostore illator, a S. Eustasio refutatæ.

Cumque jam haberetur ab omnibus gratus, ut nullus se B. Columbam perdidisse generet, qui ejus doctrinis imbutus foisset, presertim cum cernerent in discipulo Magistri instituta manere, atque cum esset ab hominibus honoratus, et omnium Francorum Procerum honore folciretur; exarsit more solito lividus adversus Sanctorum famam a chelydrus, exeatque similes matris noyum Cain, fratribus iniurium, qui zelo velit eum extinguere, vel etiam novum proditorem, qui Magistri dicta scinderet et collidendo solidam ad fragiles turbatam aures, frigilem menteum accommodaret. Exhortatur namque innumere sublitis, b Agrestinum nonnue, qui quondam Theoderici Regis Notarius fuit, et quadam compunctione cordis tactus, omnia que possederat relinquens, et ad Luxovium veniens, se et sua omnia supradicto Patri tradiderat. Quae ut cuncta replicem, vel per religionis speciem in monasterio gestarat, post e communicationem, postulat ut gentium esse predicatorum permitteretur. quem vir sanctus dum oligurgans increpat, illum se non debere ad tale opus idoneum, rendem nullum in religione, depitare: et illum dignum ac omnibus ecclesiasticis d phaleramentis decoratum esse diceret qui ad tale opus censematur. Jeremias etenim Dominum electione premissus, se dignum degnat, dicens. A. a. a. Domine Deus, ecce egrus sum, et nescio loqui. Moyses electus a Domino, se tardum lingua testatur. His dictis cum nihil proficeret, quem tenere non potuit, ipse sinit. Qui cum ad Bajoarmis tendens veniret, ibi paululum moratus est, et nullum fructum exerceens, velut alta platanus, garrula verborum folia tremulus quatit ad aures, dum fructum copiam nescit.

D 9 Deinde vero ad Aquileiam pertransiit, e Aquileienses etenim desciscunt a communione Sedis Apostolicae

D S. Burgundofora
Gundoldus Ep. Melden.

S. Waldeberlus Ab.

m Maracci
Bonomi
hazetis

Gundemus

E S. Agilius

Landunum

S. Aicharius

Omnibus
gratus.

a

b F palmarum
calumnias
Agrestini,

i hir ex notario
Regis mona-
chus.

d ut Gentium
heret præ-
dictator
Jerem. 1
Exod. 3

e discedit in
Barbarum.

f

g

Aquileia
Math. 16
schismatis
adheret:
conatur per-
versare S.
Aquilam
epistola f

et S. Eustas-
ium atque

oppugnat
regulam
S. Columbani:

et S. Eustas-
ius doctrinam:

A
in Synodo
Matisconense
discussum:

fusilla obiecta:

h
l

A stolice (de qua Dominus in Evangelio ad beatum Apostolorum Principem Petrum loquitur : Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam et portæ inferi non prævalebunt adversus eam) ob trium Capitulorum dissensionem, ex quæ discordia in longum incrementa manarunt : quod præsenti operi non est inserendum. Itaque veniens ad Aquileiam, sociis statim schismatis effectus, Ronanæ Sedi a communione se junctus ac divisus est, totius orbis communionem, quicunque Romanæ Sedi jungerentur, damnans, et in sola Aquileia orthodoxam fidem retineri docens. Quo schismate imbutus, epistolam venenosam increpationibus plenam ad B. Attalam per Aureum, Adalualdi Regis Longobardorum Notarium, dirigit. Quam B. f. Attala perlectam ridiculo habitam mihi tradidit servandam : quamque per multorum annorum spatio abditam habui, et postea mea negligentia perdidii; ne calius utique quilibet eam, sed ipse proprio stylo scripserat. Directa itaque ad B. Attalam talie epistola, ipse ad Luxovium properat, Eustasium schismatis aculeis tentat, si sanam mentem sua vesania corrumpere queat. Quo venerandus vir comperto, diu paternis affaminibus errantem monet : sed postquam salutaribus monitis mentem peste corruptam et salubri antidoto curare nequivisset; a suo ac suorum collegio illum segregavit.

- Gratianus B. Egidi Assassinatus socius.
- Apollonius Aquilanus anno 1326 vita functus.
- Felix Virgo, rerum contemplatione cœlestium et caritate humilitateque excellens, decessit anno 1311, laudata a Bonsignorio Cagliuerto, et Eoto de signis Ecclesiae tom. I lib. 12, cap. 22, et tomo 2 lib. 15 cap. 2. *Eam Arturus du Monstier inscripsit Gynaceo sacro, ut sua propria auctoritate, uti renam, Beatae titulo honoraret.*
- Noyoli Virgo et Martyr honoratur in Ecclesia oppidi de Pontinis Venetensis diaecesis in Britanniæ Armorica, ubi pretiosum ejus corpus condigna veneratione habetur. *Ita Saussaui in Appendix, quod diem ejus nataliem ignoraret, ex Alberto etiam in Appendix, quam Vitam non potuerit asequi. Eam in Gynaceo sacra reliqua Arturus du monstier hoc die; sed forsitan, ut solet, ex proprio beneplacito. De singulis certura expectamus. Deest in proprio Sanctorum diaecesis anno MDCCXXX excuso.*
- S. Achacius sive Acharius memoria celebratur in MSS. Romano Card. Barberini, et Coloniensi Carmelitarum, et aliquibus excusis. *Is est S. Acacius Episco-*
- pus Meletinensis, et colitur a Græcis xxxi Martii. Guido Abbas Pomposianus memoratur in MS. Kalendario Ord. Benedictini. Natalis ejus est xxxi Martii.*
- S. Mamertinus Abbas monasterii S. Germani Antissiodori, refertur hoc die a Petro de Natalibus, Gravena, Witfordo, Maurolico, Felicio, Canisio, Wine, Dorguino, Menardo, Bucelino, Saussaio. *Nos cum antiquis MSS. Martyrologus ejus Acta dabimus xx April.*
- S. Tychicus Apostolorum discipulus apud Paphum, memoratur apud Bedam excusum et Galatinum, videtur positus in Kalend. Aprilis, loco in Kalendas Maii, quando aliud de re agunt xxix Aprilis.
- S. Agapius, Episcopi, Martyres Cyrrhae in Numinia, referuntur in S. Secundulus, Emilianus miles, Tertula, Virgines, et Antonia, et Gentesinum, et Virgines in Meruelogio Laherni. Videntur et hi ex in Kalendas Maii, translati ad in Kalendas Aprilis. *Agenus cum aliis de his Sanctis xxix Aprilis.*
- S. Pastor Episcopus, Martyres Alexandriæ igne et socii xxiv, combusti, referuntur hoc die a Græcum et Canisio: in antiquis MSS. xxx Aprilis.
- S. Maxentia vidua Tridenti, mater SS. Vigilius Episcopi, Claudiiani et Magoriani, memoratur hoc die a Molano, Canisio, Ferrario, et aliis: ab aliis cum Ecclesia Tridentina xxx Aprilis.
- B. Joachim Abbas auctor Florensis Ordinis in Catabia, mortuus Sabbato sientibus, anno (ut evidenter probari ex publicis Instrumentis potest) 1202 ad hunc diem haud dubie pertinebat, itaque ex antiquis nrumbranis haberi testatur Gregorius Lauris consequiturque vitæ scriptor Jacobus Græcus Syllaneus: sed quoniam tamen hujus nuntium excrescens males non admittit, tam prolixum commentarium, quantum ante ac post Vitæ miraculorumque historiarum necessarium dividavimus paravimusque; differimus ipsum in mensem Maium, quoniam factum esse solennem corporis ad monasterium Florense translatiōnem, et annuo cultu ibidem pra die obitus duximus honoratam, persuaderemus auctoritate Chrysostomi Henricus, diem eidem in Menologio Cisterciensi tribuentis xix Maii.
- S. Ferreoli Presbyteri, Martyrum Vesontione translati, Diaconi, latto memoratur a Ferraria, citato Breviario Vesontionensi, et a Saussaio. *Natalis eorum agitur xvi Junii.*
- Olavi Regis Norwegie et Martyris, memoria adscripta est Adoni MS. Natalis ejus celebratur xxix Julii. Regulus Abbas, qui aliquas reliquias S. Andreæ Apostoli in Scotiam detulit, occasione S. Reguli Silvanctensis, memoratur in Breviario Aberdonensi. At Camerarius et Dempsterus citatis aliis referunt xvii Octob.
- Maritha Virgo Coloniae ad Gradus, memoratur in MS. Flororia. Non est ejus memoria hoc die in Fastis Iyppinensis Gelenit: videtur esse Ursulana, licet in Catalogis Hermanni Crombachii non referatur: quod inquiri poterit ad diem xxi Octob.
- S. Edmundi apud Orientales Anglos Regis et Martyris Translatio in basilica S. Mariae Virginis. Ita MS. Martyrol. Usuardi olin in Anglia auctum, et Rome in bibliotheca Ducis Altempsu adseratum. *Dies ejus natalis est xx Novemb.*

DE S. JOAD PROPHETA IN PALÆSTINA.

VIDE SYNAXA-
RIUM TOM I
MABT PAG. 874

XXX MART.

*Eucosmion
ex Hierologio
Basilii. Imp.*

Prophetam hunc in omnibus pene fastis celebrant Graci, et primo Menologium MS. Graecum jussu Imperatoris Basili Porphyrigeniti collectum ista habet: Memoria sancti Prophetae Joad. Cum Jeroboam servus Roboami filii Salomonis cum tribubus decem defecisset a tribubus Iudee et Benjamin, ac rejecto Deo vero fecisset vitulos aureos, eosque eum universo populo suo adoraret, ut Deos suos; missus est hic Prophetas, ut eum ex parte Dei reprehenderet. Venit igitur et reprehendit. Jeroboam vero extendit manum, ut eum verberaret, sed conspexit eam aridam: et mox paenitentia ductus rogavit Propheta, ut sanaret eam. Quod cum fecisset adhortatus est, ut panem comederet, sed non potuit ad id inducere, quia erat illud a Deo inhibitum. Revertenti vero occurrit ei aliquis pseudo-propheta, et coegerit eum ingredi in domum suam, et panem comedere. Propter quam transgressionem ocurrerent ei leo in via occidit eum: quod ubi servit pseudo-propheta, venit et accepta corporis ejus reliquias sepelevit.

2 Eiusdem Propheta memoria est in Menologio a Cardinali Siretto translato, et in Menoris maginis excusis, et in Fitis Sanctorum a Maximo Cytherorum Episcopo editis, et sequenti die in MSS. Menseis, quae apud Petrum Franciscum Chiffletum Divinorum observantur, quo die citam in MS. Synaxario Parisiensi collegii Claramontani Societatis Jesu sequens elogium habetur: Memoria justi Prophetae Joad. Hic fuit ex Samaria, quem leo percussit et occidit, quo tempore reprehendit Jeroboam ob vitulos. Precepit enim illi Deus, ut abiret, cumque reprehenderet, et neque pane in comedere, neque aquam biberet, sed

celeriter rediret. Abiit ergo invenitque Jeroboamum sacrificantem: compellavit illum in virtute Domini et ait: Altare: haec dicit Dominus: Ecce filius nascetur domini Iuda, Josias nomine, et immolabit super te Sacerdotes excelsorum. Et extendit Jeroboam manum, ut apprehenderet eum, et exaruit manus eius. Observante vero Jeroboamo et preces fundente Propheta, reversa est manus eius sicut prius fuerat. Cum autem regrediretur Propheta, inductus persuasione falsi Prophetae, comedit eum illo panem. Quare propter inobedientiam permisit Deus eum prostrari et interfici a feroleone, non tamen devorari. Sepultus vero est in Bethel, et juxta eum pseudopropheta qui eum deceperat. *Hac ibi.*

3 Qui a Gracis Joad appellatur, a Josepho Jadon, a S. Hieronymo in 2 Paralip. cap. 10 Jaddo, ab Hieronymo, Lyraeo, aliisque apud Cornelium a Lapide in caput 43 libri 3 Regum Addo vocatur, ab aliis etiam Joam, Joel et Semeiam dici ibidem legitur. In sacra Scriptura sapientis dicitur vir Dei et venisse de Iuda in sermone Domini in Bethel. Hinc enim esse ex Samaria progenitur, videtur glossema auctoris huius Synaxarii. Alter autem dicitur in Scriptura felicissime eum: at usquam pseudo propheta, sed simpliciter Propheta appellatur, et verbum Domini ad hunc Prophetam factum est. Hinc Joad credidit Prophetam enim esse verarem, non mendacem. Unde ob lete hoc percutum a leone occisum esse, sed corpus ejus, ut viri Sancti ab eodem leone integrum intactumque servatum fuisse assertum S. Augustinus, Eucherius, Angelomus, Cagetus, Salianus, Serarius aliique et cum iis a se citatis Cornelius a Lapide.

*varia ejus
non una.*

E

*corpus ejus
ut Sancti
asservatam.*

*et Siretto,
Menoris,
31 Mart.,
in Synaxario
MS.*

G. II.

DE S. SECUNDO MARTYRE ASTÆ IN ITALIA

Commentarius prævious.

*Anno CXIX.
XXXI MART.*

SI. S. Secundi Acta, nobilitas, cultus sacer-
sta urbs Episepulpis Ligurie mediterranea ad
Tanarus flumen, a vetustate, divinitus, populi
frequenter ac splendore edificiorum laudata,
sui quondam juris rem publicam constituisse di-
citur, nam sub proprio Comitatus titulo cum variis sub-
jectis oppidis subiectis Sereissimus Subudius ac Pedemontii Principibus. Ex veteri traditione affirmant
Astenses, fundamento Christianae religionis in sua civi-
tate præsepe seculo Christi primo S. Syrum Episcopum
Ticinensem, cunctaque administratum, et in Episcopatu successorum S. Iuvitium, de quibus ad hujus diem natu-
rem VIII Februario egimus, seorsim de S. Syro acturi
ad IX Decembrios. Hornum autem Episcoporum labore et
industria adeo creditur Christiana uidelicet religio, ut
brevi tempore magna civitatis pars cum amplectente fur-
rit, sed secuta sub Trajano Imperatore persecuzione,
progressum prohibuerunt nimis, terribes atque exquisita
tormenta, quibus occisi creduntur eti, quorum corpora
marmoreis in monumentis eadem in loco, quo S. Secun-
di Lipsana, recondita et asservata fuerunt, et communem
cum eo venerationem et cultum etiamnum habent.
Passus est S. Secundus sub Hadriano Imperatore, quem
Trajanus decessori sui persecutionem propagavisse, et in
plurimos Martyres sevisse lotius deduximus XV Fe-

*brunni ad Vitam SS. Faustini et Juniae, quorum prior
S. Secundum baptizavit.*

2 Acta passionis S. Secundi varia nuclei sumus hav-
tenus medita, ex his precipua sunt, quæ ipsi habemus
in perpetuosto codice ante annos facile septingentos ex-
rata, in quo etiamnum et sunt Acta Sanctorum, ne potissimum
Martyrum ultra centum, sed prioribus foliis
evidens deusignata duo: sub forem et quasi extra or-
dinaria collatione Acta SS. Marcelli Cabilensis ur-
bis Episcopi, et S. Desiderii Longonensis, ac SS. Spen-
sippi, Eleusippi et Melesippi ibidem pati volunt passorum,

*Acta martyrii
dantur ex
varia MSS.*

ut in ea Galliae parte videatur olim code i conscriptus, Eadem S. Secundi Acta habemus descripta ex perpetuosto tri-
decimline Imperialis Monasterii S. Maximini prope Tre-
viri. Reperimus etiam Ronse in bibliotheca Vaticana
codicem numero 3771 signatum, ex quo Acta S. Secun-
di descripsimus radem sed quæ a capite tertio incipiunt. Aliæ Acta S. Secundi ex perpetuosto membranis
ecclesiæ Astensis descriptæ submisit nobis vir eruditus
Philippus Molabyla Congregationis reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis olim Generalis, patris Astensis et rerum Ecclesiasticarum valde peritus. Verum
hisce Actis varia inserta sunt, quæ in aliis MSS. de-
sunt, et minus probantur: ex his nouilla in Notationes
notras rejecimus, potissimum ad Caput tertium;
nouilla, quæ sub initium habebantur, edidimus XV Fe-
bruario

*Aita urbi
Imilia,*

*fide Christiana
seculo I
imbuia,*

*sub Trojano
varios Marti-
res habuit,*

*et sub Hadria-
no S. Secun-
dum.*

A bruarii ad Vitam SS. Faustini et Jovitiae pag. 820. *aut contraea,* Alia nobis S. Secundi Actu ex codice MS. Carthusius Gammicensis descripta, subnisi Joannes Gauansus, sed quæ prorsus eadem viderant Jacobus a Voragine, et Clodius a Rota: alia MSS. habemus in Lectures, quæ ad Matutinum recitavi solebant, distributa. Sed fuerunt in oratione ex majoribus Actis contracta: cuiusmodi etiam sunt, quæ a Petro de Natalibus edita lib. 4. Catalogi cap. 12 leguntur, sed non absque pluribus mutatis.

B In MSS. Actis Astensis dicitur Secundus civis Astensis, miles atque Comes Palatinus, genere praecellens, dignitate divitiis ac moribus adornatus. Verum in aliis Actis solum appellatur, quidam illustris in civitate Astensi, nomine Secundus. Interim Malabayla in suis ad nos missis Actis annotavit ista: Liret quanam gente fuerit hic Sanctus, in ipsius non tradatur Actis, ut tamen credamus, ex una gentis Vettiae familia, quae Secundi cognomen adseverat, eum ortum, suadet marmor, quod etiamnum Astæ super januam domus Macciolorum visitur cum hac inscriptione. CONCORDIE COLL. FAB. ASTENS. M. VETTIVS SECUNDVS IN MEMORIAM VETTIE CIVITATIS SOROR. Nec vero refert, quod in Actis hic Sanctus nominetur dumtaxat Secundus. nam Romani, et qui eorum instituta ac mores imitabantur (quod faciebant Astenses, utpote Romana civitate donati) etiam tribus nominibus, ut res ipsa docet, appellari consuevissent: nimirum prænomine, quo ejusdem familiæ personæ inter se discernebantur; nomine, quo una gens ab alia, et cognomine, quo ejusdem gentis variae propagines aut rami. Haec tamen omnia non nisi in inscriptionibus epistolarum aliisve solemniis nomenclaturis adhibebantur. Nam extra eas uno horum tantum unusquisque appellari solebat, prout ipsis vel parentibus libunisset, vel alia ratione in consuetudinem venisset, ut videre licet in gentis Pliniæ familia, Secunda item cognominata: e qualicet interque Plinius diceretur Caius Plinius Secundus: senior tamen Plinius nomine, junior Secundi cognomine designari consueverant, ut videre est in epistolis a Trajano et aliis ad hunc scriptis. Fuisse autem Vettiam gentem nobilem uti dicitur hic Sanctus, argumento sit primo: Magistratus Praefecti fabrorum, quem hic Vettius obtinebat: deinde ab eo exercitatum ac denominatum castrum, etiam nunc vulgo Vettia dictum, et ab ea gente possessum usque ad annum MCCXXVIII, prout publicis perspicuum fit documentis. *Hæc Malabayla;* ex cuius familia fuerunt Episcopi Astenses seculo XIV Balbracius, et hujus ex fratre nepos Jeunius, et seculo XVI Vasinus: ut vel in gratiam Astensem, et familiæ Malabayla placuerit ista interserere, ac judicem penes lectorum relinqueret.

C Dicunt martyris S. Secundi referunt constantem omnia Acta fuisse, in Kalendas Aprilis. Adit Malabayla consentire omnes codices, nec non antiquas Lectiones Officio hujus Sancti insertas, ac firmissimam apud Astenses traditionem, et propterea constantem die xxx Martii illius festum celebrari. Eadem confirmat Constantinus Felicius, qui in suo Martyrologio eum primo loco celebrat, asseritque in civitate Astensi esse festum solenne, ut de Patrono suo: relativa ferme desumpta sunt ex Maurolyco, qui ista habet: Apud civitatem Astensem sub Hadriano Imperatore, et Sapritio Praefecto S. Secundi Martyris militis a S. Calocero in vinculis instructi, qui Martianum Episcopum Astensem (imo Hieronensem) et Martyrem sepellierat. Hermannus Græven in Auctorio Usuardi, et Canisius in Martyrologio Germanico ista tradunt: Civitatem Astensem B. Secundi militis et Martyris tempore Adriani Imperatoris: qui post picem cum resina liquata super caput et in os ejus fusam, capitis obtruncatione martyrium complens ab An-

gelis est sepultus. Eundem S. Secundum Martyrem D etiam Astensis celebrant Martyrologia MSS. Prægenere Ecclesie Cathedralis, Trevirensi monasterii S. Maximini, et Ultrajectinum cenobii Cartusianorum, item Belthrus in Martyrologio secundum morem Romanæ curia anno MCCXXVIII excuso, et cum eo Molanus in Additionibus ad Usuardum. At Christopherus Phrislebus longiore encomio exornat: et aliquam addit Orationem: verum cum propriis Antiphonis ac Hymnis ad Laudes et Vesperas accepimus duas Orationes, quarum ultimarum, ut devotioni legentium satisfiat addimus: est antem bujusmodi: Deus, qui sancti ac beatissimi Martyris tui huic diem roseo passionis sue sanguine et niveo candore decorasti: praesta, quesumus, ut, sicut enim in honore tuo supplices exoramus; ita ejus meritis te largiente, veniam peccatorum nostrorum consequi mereamur. Per Dominum nostrum etc.

D Galesinus ab hac die discessit ac collocat primo ad dñm xix Martii: Apud Astenses S. Secundi Episcopi, qui primus eam civitatem Evangelii doctrinæ instituit: de quo item infra. *Dñm xxix Martii ista habet:* In urbe Astensi S. Secundi Martyris, de quo item supra. Is a B. Calocero fidei Christianæ initius instructus, ab S. Jovita baptizatus, et in pietatis officiis versatus, pro fidei studio Sapritii Praefecti ius-su, pice et resina ferventi in capite perfusus, demum gladio percussus, cœlesti corona donatur. *En, quem supra Episcopum dixrat, postea solum Martyrem appellat.* In Notis ad xxix Martii videtur S. Secundo traditum esse ab Usuardo, Canisio et Annalibus Bergomensibus. Verum pro Usuardo substitutus est Molanus in Auctario Usuardi: sicut hic quam Canisius et Philippus Bergomatus tradunt passum esse tertio Kalendas Aprilis sive xxx Martii, ut ἀρχὴ aliquod memorie censendum sit quod prudie retulerit. *Secutus est Baronus in Martyrol.* Rum. citatque Petrum de Natalibus, qui interum refert ad in Kalendas Aprilis. *Opponit Malabayla, ab his Acta S. Secundi non fuisse visa aut non bene perpensa.*

E *6 Dominicus de Rovere Episcopus Astensis, in testamento de cultu S. Secundi infra dundo, istu num.* tradit: Cujus festum etsi indictum sit penultima Martii, quod cadit siepe tempore Quadragesimali (imo in hebdomade Majore) translatum tamen est, et a Clero et a populo simul solenniter observatum fuit, et observatur feria v post octavam Paschatis singulis annis: a Clero vero fit et observatur etiam ipsa die penultima Martii. *Ista autem feria v est aliquis in F populo triumphus, proposito premio velocius agitantibus equos: quæ feria quinta inedit anno Christi mcccvi in diem vi Aprilis, quem ideo ejus natale creditur ferrarius, qui tunc parabat Catalogum Sanctorum Itineris in qua longum ejus encomium dedit ex Vita MS.* Sed quam non bene perpensam diceret Malabayla, cum addat Ferrarius, ram aliquam censura indigere, forsitan quod in Kalendas Aprilis passus tradatur aut halauerit inserta ab Astensibus varia, quæ in nostris codicibus perpetuus non reperuntur. *Præterea uenit Ferrarius ad xxix Martii retutus S. Secundum, et Brixiensem Martyrem facit.* Verum neque ipsos Brixienses agnosceret talem suum Martyrem, testis est Bernardinus Faynus in Coto Brixiense Ecclesie anno MDCLVIII in lucem edito, qui ad calcem operis tradit in ecclesia S. Afræ colli S. Secundum Astensem Martyrem: videnturque aliquæ ejus ibi Reliquias adserentes. Denum idem Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum ad xxx Martii collocat Translationem S. Secundi, quæ Gregorio XIII Pontifice Maximus contigit. Verum ut Historia Translationis infra danda habet, ea facta est v Idus Aprilis, Dominica secunda post Pascha anno Christi MDLXXI: ut non repetam tot antiquos fastos, qui

an S. Secundus
ex gente
Venia progra-
tus?

martyrio
affectionis
Martii,

quo colum
Astr.,

a tricapus
fatu sacra,

Galesinto 19
et 29 Martii,

aliqua ejus
solemnitatis
feria v post
octavam
Pasche,

varia menda
Ferrari
correcta,

A qui ad illum xxx Martii, ejus natalem assignant, quos Ferrarius neglexit: qui ut unum errorum suum propagnaret, quamplurimos commisit.

7 Cultum S. Secundi semper xxx Martii, die ejus natuli habitum, confirmat miraculum in Guidone ex Comitibus Valpergæ, creato anno ccxcii Episcopo Astensi, factum. Hic, inquit Ughellus, cum quondam eger pedibus lecto teneretur, instante die trigesima Martii, quo S. Secundus precipitus Astensium Patronus martyrio fuerat coronatus, graviter angit cœpit, quod Episcopalibus functionibus ejus diei celebri tem angera non valeret. Hinc ad beatissimum Virginem et ad ipsum S. Secundum conversus, ut sibi præsto esse dignarentur, rogavit. In sequenti igitur nocte, eodem S. Secundo Angelorumque custo stipata illi sese visenda prebuit hæta Virgo, etenatis tibiarum plagis incolumem reddidit.

8 Atius nun hic indicandum, an potius silentio premendum dubitarimus, propter nouissimos Hispanus, qui huic sibi Secundum assununt, quod olim in Hispania

Boticæ fuerit aliqua civitas Asta dicta, u Ptolomæo et Plinio memorata, hodie Messa de Asta appellata, inter oppida Trubigenum et Xeres de la Frontera sita, Deinde Tamoia Sabazar in suo Martyrologia Hispanico

B Sanctus, quem proponeret ad diem xxix Mariae: et ecclesiæ Chronica nova emulita habuit sub nomine Dextri, Juliani Petri et Maximi, in quibus hujus Martyris Secundi mentia celebratur. Additur et nomen Tanagri flavi seu Tanari prope Astam Italcam versus Padum duffinensis, sedis alias Hispanis voratus Lethem dicitur: quidam et Padus alias Eridanus appellatus, uti et Burma seu Burmæ in Actis S. Secundi memorati ibidem

reperiuntur cum urbibus Mridulano, Dertona, et Albingano ac sociis Martyribus Colovero, Marcianno, Faustino et Jovita? Cetera, quo apud Tamaium et alios ab eo citatos leguntur, conferri poterunt cum ns, quo hic damus, et supienter relinquunt Astensibus Italis suis S. Secundus: ac meliora erunt conquerenda monumenta, ut aliud confirmetur pro Asta Hispanica S. Secundus Martyr.

§ II. Annus martyrii. Sepultura. Translationes, oblationes, templæ.

T

empus martyrii S. Secundi assignat Galvestinus annum cxxxiv Augurio et Sergiano Coss, forsitan sunt, quos alii Augurinum et Severianum appellant et rectius ad annum cxxxvi collitant, sed quare ita statut Galvestinus, sicut. Certe ut in die obitus assignando

Cita in aliis circumstantiis adiungendis parum causaverat scriptum, dum Astam non longe a Novaria distante facit, cum plures eque magna illustris urbes sint viciniores, ut sunt Vercelle, Turinum, Casalum, Dertona, Alexandria, Alba aliasque: Baptizatum aut S. Secundum a S. Jovita, cum Acto omnibus tradidit ut a S. Faustino Presbytero factum. Aberat in Egypto Hadrianus, et inde in Syrum profectus est, dum supra nominati essent Consules. Ast anno cxxix ipso Hadriano Cesare m. et Junio Rustico Coss, S. Secundum fuisse cornutum, ostendimus xv Februarie ad Vitam SS. Faustini et Januarii, utique Hadrianum Imperatorum præcedentes atque illa anno Brixia ac Mediolani cœlitisse, ac Sopritum constituisse Vicarium Autuchi Profecti Alpum Cotturnum; quo ibidem legi possunt.

10 Custodiatur corporis S. Secundi post gloriosum ejus martyrium suscepisse Angelos, ex Iets cunctis: at quo loco fuerit tunc sepulture traditum, non liquet. Malabyle arbitratur non fuisse in illo, quo cœsus fuerat, loco corpus conditum: quod is nec facinorosorum hominum destinatus, minus decanter tantum thosaurus recondidisset. Scimus ex diplomate Cantori Crassi Imperatoris signato anno Christi ccclxxvii, et ab Ughello in Josepho xiv. Episcopo Astensi edito,

thesaurum sanctæ Astensis Ecclesiae igne crematum D fuisse, in quo varia Instrumenta chartarum eodem igne combusta sunt: super quo summis precibus exoratus est Imperator, quatenus pro amore Dei et remedio animæ sue seu conjugis et prolis, nec non pro debita veneratione ejusdem ecclesie, quæ constructa est in honore S. Mariæ semper Virginis et S. Secundi, ubi ejus humatum corpus quiescit, omnia variarum Instrumenta chartarum ejusdem ecclæsiæ confirmare dignaretur. Dicti Josephi Episcopi

dæcessores fuerunt Carolus et Albinus, quando sub Carolo anno Christi ccclxxvi, variae possessiones donatae fuerunt Sacerdotibus, qui erant custodes beati corporis S. Secundi in civitate Astensi, et sub Aldaino anno ccclxxx restitutio facta est plurium honorum ad ecclesiam S. Secundi pertinentium. Postmodum Otto II Imperator anno ccclxxii, confirmavit et 10, privilegia ecclesiae sanctæ Dei Genitricis et Virginis Marie Astensis Episcopi atque B. Secundi, ubi ejus sacrum corpus digne ac reverenter humatum quiescit. Idem Otto Imperator in diplomate anno ccclxxix signato, appellat ecclesiam in honorem sancte Dei Genitricis semper Virginis dicatam, ubi sacratissimum corpus S. Secundi humatum quiescit... et considerans ejusdem Dei Genitricis semper Virginis E Marie sanctique Secundi Martyris implorandam assidue opem, præceptum fieri jussit, eamque mox ecclesiam Sedem Episcopi appellat, ubi et collocat castrum sanctæ Dei Genitricis, sanctique Secundi prænominae Sedis.

11 Hacenus ea diplomata, ex quibus constat corpus

S. Secundi ad memorata tempora in ecclesia Cathedrali B. Mariae depositum fuisse. Erat interim ecclesia alia sub invocatione S. Secundi, tamquam specialis Patroni hujus urbis constructa, et forsitan supra ad annum ccclxxix memorata, in quam deinde corpus S. Secundi translatum fuit: sed quo id tempore factum sit non liquet: nam quo citatur eliusus diploma sub Hugone Rege anno ccclxxxviii concessi, videtur a posteris interpolata, et ita apud Ughellum legitur: Actum in suburbio civitatis Astensi, non multum longe ab Ecclesia S. Secundi, ubi ejus sacrum corpus quiescit. Si integrum diploma extaret, forsitan plura apparent menda intrusa. De corpore S. Secundi adhuc anno ccclxxix, in ecclesia Cathedrali S. Marie quiescente, ex accurato Ottone II Imperatoris diplomate manifestum redditur. Pristina diploma Henrici III Imperatoris rancescum anno mxi, in quo absque mentione S. Secundi privilegia concessa sacrosanctæ Astensi Ecclesie, in honorem sancte Virginis Marie dicatae, confirmantur: ut vel inde colligere licet, corpus S. Secundi ex ea ecclesia ante illud tempus translatum fuisse.

12 Praefuit Ecclesiar. Istensi Episcopus xxxvi Guiddotus sive Gundettus, sub qua, inquit Ughellus, cum fama vulgariter S. Secundi Martyris, Astensium præcipui Patrum, corpus Venetus esse, alij ex Camonieis Ecclesie ejusdem Sancti, nimis Alardus Prepositus, Michael, Blamus Scarampus, Gui-lelinus de Novarra, Albertus de Cathena, Conradus, de Platea, et Magister Arresius investigare decreverunt, num forte aliqua fraudulenta sublatum fuisse: id quod sunt executi modo in Acto publico his verbis descripto. Anno Domini ccxii, Iudic. xv, die Martis vi Kalendas Aprilis, predicti Domini Canonici turro confacta duo monumenta marinorea, et in medio eorum unum plumbeum invenerunt, ibidem illud, quod est plumbeum primo apernerunt, ita quod sanctum corpus a vertice usque ad pedes insperaverunt integrum et viderunt. Videntes igitur et in Domino exultantes reclauerunt monumentum, sicut erat prius, et postmodum aliud, quod est a dextro latere aperientes, in eo aliud corpus integrum invenerunt: tertio vero monumento clauso remanente, cum illud

translatum
ad templum
S. Secundi,

F

corpus varius
ad tempum
anno 1213.

*Cultus diei
30 miraculo
probatus.*

*on sit aliquis
S. Secundus
Ade in Hispa-
nia Martyr?*

*S. Secundus
estimere pos-
tulus non anno 136.*

sed anno 119.

*Corpus adser-
tatum in
ecclæsa
Cathedrali
S. Mariæ,*

seculo 9.

aperte

Aperire non possent; turrem exultantibus animis re-clauerunt. Facto autem mane mulieres, invento cämento adhuc recenti, clamabant, dicentes: Quod exinde sanctum corpus extractum fuerat, et suratum. Unde tota civitate conturbata pariter et commota, venerabilis Pater Episcopus Guidotus cum fratribus suis et Potestate civitatis, Aimecius de Cremona nunquato, multisque aliis ad ecclesiam prefatam accedens, aperto foramine, quod dicti Canonici de nocte fecerant in turre suprascripta, corpora Sanctorum, sicut praedictissimus, invenit in ea; et ea tam Clericis quam laicis compluribus evidenter ostendit. Unde recluso foramine ac firmato, omnes una voce pro inventis corporibus laudes reddiderunt altissimo Creatori: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. *Hartenus illud diploma, quod infra in Historia Inventionis corporis allegatur, et dicitur hæc inspectio facta anno MCCCXMI, Indictione 1, quæ metius cum die Martii et XXVI Martii conveniunt, scilicet cyclo Sois XVIII littera Domini F. De S. Secundo, cuius corpus Venetis cultur, infra post ultimam Translationem Secundi Astensis, agimus.*

B43 Acceruit sequentibus seculis pia erga S. Secundum devotione. *Hinc Joannes Montiferrati Marchio cum XVII Martii anno MCCCCLXXXIV et iu[n]t[u] decederet, ob singularem, qua in S. Secundum affectus erat, pietatem, delegit sibi in illius ecclesia sepulturam, et plura et donaria legavit. Egregia etiam dona ecclesie S. Secundi largitus est Carolus Borbonius Aurelianensis Dux, cum circa annum MCCCC solenni rito Astam esset ingressus. At Gaspar Caprius creatus anno MDL Episcopus Astensis, ecclesie S. Secundi donavit brachium S. Mauriti thecae argenteæ inclusum: Quæ omnia ex eodem Ughello collegimus, ex quo et illud addimus miraculum: Cum anno MDXXXV, die S. Jacobo Apostolo sacro, Sacerdos in altari S. Secundi Sacrum faceret, ubi ad fractionem sacratissimæ hostie devenit: quo loco antea una pars hostie alteri cohererat, primo utraque madida apparuit, deinde sanguinem stillavit, ita ut aliisque in calicem ipsum, alias super patenam guttae decidenter, et digitis celebrantis eo imbuuerentur. Rei miraculo attutus circumstans populus, ipsa cunctatione ac tremore, qui celebrauentem corripuerat, ad intuendum excitat[ur]. Ipso vero Sacerdote cum ceteris ad orationem converso, relditus fuit sacris speciebus pristinus color, nec ultra vestigia sanguinis in valice aut patena seu digitis apparnere. Hoc vero miraculo per Italiam vulgato, Paulus in indulgentiam concessit iis omnibus, qui die statuenda ab Episcopo, contriti ac confessi ante ipsum S. Secundi altare certas preces effunderent.*

C14 Baronus in Notis ad Martyrol Romanum, asservit ad se delata fuisse ab Ecclesia Astensi authentica scripta de manifestatione et translatione S. Secundi Martyris. Ea nos Ramix descriptissimus reperta in bibliotheca Patrum Congregationis Orutura Vallicelliana, inserta codice Patris Gallionii littera L signata. Eudem habemus ex MS. Astensi a Philippo Malabayla nobis missa, uno et reperta inter chartas nobis donatas a Ferdinandu Ughello, qui in Scipione Daviniano et Episcopo Astensi eadem in compendium contracta tradidit. Facta fuit ea corporis manifestatio anno MCCCCCLXI die XXX Augusti, quem deinceps Ecclesia Astensis solenni memoria celebravit. Hinc historie subiungitur testimonium Doquinier de Ruytre Episcopi Astensis anno MDLXXX datum de antiquo cultu et miraculis S. Secundi ad obsequiandam facultatem elevandi et transferendi corpus S. Secundi: quæ a Gregorio XIII obtenta, facta est solennis translatione anno MDLXXI Dominica secunda post Pascha v Idus Mai. Nos diutum testimonium damus ex memoratu codice Vallicelliano et historiam Translationis ex MS. Astensi a Malabayla communicato, et cum relatione

Ughelli collato, ac concludimus cum novissima Translatione ac corporis depositione, facta Kalendis Junij anno MDCCCLXVII.

D15 Præter duo tempora, quæ hoc tempore sunt in Astensi urbe huic S. Secundo dicata, et infra in Historia Translationis memorata, tertium refertur ab Ughello in Bruningo XVIII Episcopo statuit illud Quadrigentis esse, in qua S. Secundi ecclesia anno MCCCCXXXVIII quiescebat corpus S. Dalmatii: et in quadam commemoratione tunc facta subscrivit Bruninus Episcopus Astensis, Custos et tres Canonici ecclesie SS. Secundi et Dalmatii Quadrigentis. Colitur Reliquia S. Dalmatii v Decembri. In ecclesia Dertonensis antiquis Kalendaris notabatur Officium de S. Secundo sub ritu duplice, et in Synodo Dertonensi anno MDXCV habitâ inter soras reliquias Cathedralis ecclesie scriptum legitur. De ossibus S. Secundi Martyris.

ACTA MARTYRII

Ex iv codicibus MSS.

CAPUT I

S. Secundi conversio ad fidem. Iter Asta Dertonum et Mediolanum: ejus hic baptismus.

In diebus illis a, erat quidam nomine Sapricius, valde b Paganus. Hic militabat in palatio Primiscrinus Candidatorum. Hunc ordinavit Adrianus Imperator vices gerere Antiochi. Cui sic præcepit: Mittimus te ad c Alpes Cottius vices gerere d Antiochii, ita ut quoscumque Christianos inveneris, gladio animadvertis. Qui cum ingressus fuisset in civitatem Astensem, erat ibi quidam illustris, nomine Secundus, qui magnopere idola venerabatur. Hic multa a S. e Calocero didicerat, quia ad eum frequenter in custodia veniebat. Qui cum audisset in civitatem ingressum fuisset Sapririum, ad salutandum eum perrexit, et dixit ei: Frater carissime Saprici, quid malus homo ille fecit, qui in custodia detinetur? Sapricius dixit: Deos nostros, quos Imperator cum grandi veneratione adorat, iste suadet viros et mulieres, ut eos pro nihil respiciunt: nam reperi in Terdonensi f civitate esse Christianum nomine Macrianum, illuc proficisci volo. Cui Secundus dixit: Si dignum ducas proficisci simul: quia mihi valde est necessarium veniendi vobissem, quia valde jam desiderio fidei ducebatur, ut per S. Marciani confessionem perfertas ad suam civitatem ventret. Sapricius dixit: Ego plurimum deprecor solarium vestrum. Regressus est Secundus ad domum suam, et cum iuuenisset opportunitatem, ingressus est ad f Calocerum in carcere, et sic eum alloquitur: Calocere, ora pro me Deum tuum, qui est eolis, ut possim videre gloriam ejus. Calocerus dixit. Secunde, tu vad, et Dominus carli tecum sit, et sic, ut speras, accipies baptismum Christi et venies in civitatem tuam et percipies coronam martyrii. Tunc Secundus osculatus est manus beati Caloceri dicens: Modo merni manus tuas osculari. Cum autem regressus fuera, mernat pacem tuam percipere. Cui valfacto, abiit Secundus in dominum suum.

2 Misit autem ad eum Sapricius, ut eum eodem Terdonensem civitatem, sicut rogaverat, pergeret. Cum vero profectus fuisset Secundus cum Sapricio fors civitatem, advenit columba et sedet super caput Secundi. Cui dixit Sapricius: Vide signum Deorum coelestium, quomodo te diligunt: istas hæves colorum ad te visitandum dirigunt. Secundus dixit: Haec visitatio non est terrena, sed de cœlo. Cum vero pervenisset ad Tanagrum fluvium, vidi Secundus Angelum a longe super aquam ambulare et dicere: Secunde, fidem habeto, et sic ambulabis super cultores idolorum. Conversus ad eum Sapricius dixit: Frater

varia dona
oblatæ ecclesiæ
et S. Secundi.

in altari
S. Secundi
hostia conser-
vata sanguini-
nam stillat.

Butoria
manifestatio-
nis corporis
datur ex MSS.

cum testimonio
Episcopi.

a huius
Translocationis
duplex.

tempum
S. Secundi
Quadrigentis,

Reliquar.
Derton.

a
b
c d
S. Secundus
instrutus in
fide a S. Calo-
cero

f
addit se
in civitatem
Sapricio:

confirnat
in fide a
S. Calocero

proficit
honora, ura
columba.

h

EX MSS.

i
et iterato
Angelorum
a. lego

k

l
Deovent agit
cum S. Mar-
tano,

m
protegetur
Mediolanum r

n

ab Angelo
adductus ad
SS. Fausti-
num et
Jovitam

baptizatur
in aqua rubra:

o
recepitur sacra
Eucharistia.

p

Sapillus

Antiochus

Perdonia

Mart ad Vitam S. Marciani. — g Tanagrus, alius Tanarus, vulgo Tantus, in Apennino nec Alpibus maiestris ortus, et Stora amne auctus et proterlapsus hunc procul ab Alba, Asta et Sternandria umbibus, deinceps Padua inflatus. — h MS. S. Marcius aviculas ad te visitandum in Burmia, vulgo Burmia, infra Alexandria in Taurarum latitudine. — k In MS. Astensis additur, Angelus praecopo de carcere exiens. — l Ididit ibidem. Perge Mediolanum, ibique invenerit praeclarissimos Christi ministros Faustum et Jovitam, a quibus baptizatus ad me venies. Jam enim tempus instat, ut per varia tormenta perveniam ad Christum: signum enim cum redibitis, orecipiat martyrium, sicut milio duxit Angelus Domini. — m Idem MS. rememorata me. — n Id est sub meridem, ut tum Itali horas disponebant. — o In MS. nascita et Astensi hoc interponuntur: Et ecce columba in uno stolidi Corpus et Sanguinem Domini, et pisces super manis Faustini dicentes: Panis vivus, qui de cœlo descendit dare vitam mundo hunc. — p MS. Astense: quos per fons martyri renovavimus esse scimus.

D
Tanarus
Eucharistia

A Frater Secunde, qualem vocem ad te Deorum nostrorum audio concessam. Secundus dixit: Ambulemus ad desideria cordis nostri. Cumque venissent ad Buriniam flumen, steterunt Angeli in medium fluminis, dicentes ad Secundum: Credis in Deum, aut adhuc dubitas? Secundus dixit: Credo veritatem passionis ejus. Sapricius dixit ad Secundum: Quid est quod ambo? Secundus dixit: vocem (quidem) auditis: sed vultum loquentis videre non potes.

B Cum autem ingredierentur in civitatem Terdonensem, occurrit ei Beatus Martinianus k ad portam civitatis et dixit: Intrare Secunde viam veritatis, accipies enim palmarum fidei. I Sapricius dixit: Quis est iste homo, qui nobis talia loquitur, quasi de somno? Secundus respondit: Tibi quidem somnium videtur esse, mea vero admonitio est, et confortatio. Sapricius dixit: Quid facimus, quomodo possumus inventare istos contemporaneos legum invictissimorum Principum? Tunc dixit ei Secundus: Rogo Frater Saprici, ut des mihi vehicula publica usque Mediolanum, ad gloriosum Principem nostrum. Sapricius dixit: Vade frater carissime, m reconciliare in conspectu Principis nostri. Tunc accepit vehiculis Secundus ab eo in duobus servis suis: rumpe intrascat Mediolanum, quasi hora circiter n sexta, ceperit semetipsum cruciare, qualiter ad sanctos Dei Martires perveniret. Et ecce Angelus Domini apparuit ei, dicens: Secunde, vade foris civitatem in dexteram partem muri, et ego adducam ad te Faustum et Jovitam. Audiens haec Secundus Angelii verba, gaudio repletus est magno, et perrexit ad locum, Angelis vero Domini abitu ad carcerem, et dixit: Faustine et Jovita Fratres et Consortes nostri, venite mecum, quia venit ad vos vir sapiens, ut accipiat leptonem Christi: est enim eruditus valde in Calocero. Faustinus et Jovita dixerunt: Gratias tibi agimus, Domine, quia visitasti nos, et misisti ad nos salutem tuu serui Caloceri. Tunc surrexerunt eum Angelo ad locum, ubi erat Secundus: qui videns eos a lungo, project se in terram ante conspectum eorum, dicens: Redimite in omnem meum de manu inimici, ut liber pervenire possim ad Regem celorum. Faustinus dixit: Domine Deus respice super fidem famili tuu, ut perveniat ad desiderium suum.

C Et cum haec verba orationis facta fuissent: ecce subito apparuit tamquam Columna umbra cintens aquam. Tunc dixit Angelus Domini: Ecce aquam Faustini quam desperabas. Videns itaque Faustinus, quia Dei praeeptum adesset, quod Secundus venisset, apprehendit Secundum, et posuit eum sub aquam fluentem, dicens: In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizo te. Et elevans eum de fonte consignavit. o Tunc tradidit ei Corpus Sanguinem Domini, dicens: Vide, sustine, et accipe palmarum justitiae in civitate tua. Et data ei pace dixerunt. Audiamus de te homini eum consummatio- m fidei tuar, et dederunt ei denno pacem dientes: Corpus communione in Sanguine Domini porta ad fratres nostros Calocerum et Marcianum, p teque per fontem Domini repotatum esse coiant.

D Postea, que in MS. Astensi adjecta erant, supra egimus, et qua fore nuntiatur editissima vel Vitam SS. Fausti et Jovit 15 Teberni pag. 820. — h In Vita coramdem SS. cuius partem ex Monasterio editissima anno 13 legitur: vale in legem nostram dicens, et velut ad 4 lucas credere vult. Malabogla patet Astensis folio ex familia Gossendrada, que castrense Gossendradii ostinxerat: quod etiam tradit Ughelius in Bonifacio 39 Episcopo Astensi. — c Alpinus Collarum mercurevani Tabulari Itinerarii, de quibus ad priorem Acta SS. Faustini et Jovit 15 egimus in Notandum pag. 812. d Antonius Alpinum Collarum Itinerarii, et Antiochus Preses dicitur in eiusdem Itinerario. In MS. Astensi dicitur nata diuina tunc credibili morte vitam finivisse. Ist in Vita 3 SS. Fausti et Jovit dicitur iussus cum Imperatore profectus, quod multa probabiliter redditur, quod regis vires generi Sapristini. — e In MS. Astensi dicitur S. Secundus a Calocero ad aliquo invenitus per custodes carcere; ac deinde magis convenienter dicitur codex Astensis cum aliis dubiis. — f Tertiana, vulgo Tortona, antiqua Dertona, nota in Liguria Mediolanensis ditissima nuba Episcopalis Consule dicta 6.

CAPUT II.
Reditum S. Secundi Dertonum ad S. Mar-
cianum hujus martyrium.

Facta oratione, fecit vale, et ascendit vehicula, in quibus venerat eodem die. Cumque venisset ad rivam fluminis Padi, coepit constritari corde. Et ecce Angelus Domini iterum apparuit ei, dicens: Quid dubitas? Secundus dixit: Vide mo teneri a lumine, et quonodo transcam tribulos. Cui Angelus dixit: Adscende vehiculum tuum, et veni, sequere me. Factum est autem, n ut subito sedens Angelus super equum, apprehendit frenum de equo Secundi. Pne-
ris vero dixit Secundus: Expectate hic donec luceat, et sequimini me. Secundus vero abiit cum Angelo ambulans super aquam quonque transierunt. Dixit autem Angelus ad Secundum: Crastina die Marcianus occipiet coronam Martyris: tu vero vale et se-
peli eum, quia per ipsum ad Martyrum coronam per-
venies secundum desiderium tuum. Respondit Se-
cundus et dixit: Rogo te in conspectu Domini, ut eum in corpore invenire possim. Angelus Dicit: Secunde prius venies in civitatem quam Marcianus vadat ad passionem. Secundus vero audiens hoc, repletus est gaudio magno. Angelus autem Domini deduxit B. Secundum per totam noctem usquequo pervenisset ad civitatem Terdonensem: erat enim prope media nox. Secundus dixit: Quonodo possim-
us ingredi in civitatem? Angelus dicit: Vide, Se-
cunde, fidem tuam, ecce modo aperient tibi portæ civitatis, et duram te ad Marcianum, ut videas eum antequam ad passionem ducatur. Secundus dixit: Obsecro ut facias secundum verbum tuum. Tunc Angelus dixit: Secunde, veni sequere me. Et in-
gressi sunt civitatem.

G Tone dixit Secundus: Perduc me usque Mar-
cianum, ut eum salutem et tradam ei transmissa. — f
Faustini obi B. Marcianus erat in custodia. Cum vero ingressi fuissent carcere, salutaverunt B. Marcianum dicentes: Gaude et lactare sapiens, et cultor Dei. Secundus dixit: Ecce quod tibi Dominus transmitit iacitentibus Faustino et Jovita. Accipiens vero Mar-
cianus Corpus et Sanguinem Domini, b sumpsit sibi dicens: Corpus et Sanguis Domini b custodiat am-
mam meam in vitam aeternam. Amen. Et osculatus est eundem: Pacem meam portabis fratri Caloce-
ro: et gaudentes pariter psallebant eum Angelo us-
que ad lucem. Facta autem oratione exierunt de carcere Marcianus, et dixerunt ei: Hodie iunctabis cum diabolo et accipies palmarum justitiae. Cui Secundus dixit: Sed menor esto mei, cum ingressus fueris ante conspectum Domini. Etenim haec dixisset, abiit cum Angelo usque ad Ecclesiam Domini, ubi dixit Angelus Domini ad Secundum: Vere tibi dico, quia e fidei tuam Dominus elegit, in istos enim tres dies exies de fallacia hujus mundi. Sed vade modo ut vi-
deas Marcianum dimicantem contra artos diaboli. Tunc Secundus dixit: Adjutorium vestrum depre-
cor: ut diabolum vincam. Cui iterum Angelus dixit:
Vade

Ab Angelis
trans Podum
rectus,de nocte
dusus Derto-
nana porta
urbis ultra
aperta,feri sacram
Eucharistiam
S. Marciano.commendat
in S. Marciano
no.

c

*el Angelos
ductoris.*

*S. Marciatus
idola contem-
nu.*

*torquuntur
ardentibus
natis ferreis
tenetis imposi-
tis:*

*B. Marciatus illae-
sus.*

*h
constans in
fide Christi*

*ductus extra
utrum*

*Copie e pluribus
cepitur a
S. Secundo.*

*a MS. Astense. II Angelus ascendit veliculum, approphen-
dit etc. — h Idem MS. et nostrum, sit mecum in vitam eter-
nam.
b MS. Astense. per Idem tuum Dominum te elegit ut
infra tres dies exas de fallacia — d Horn ista transmontanis
est septima montana — c MS. Astense, sprovi. — f Idem at-
tactus — g MS. S. Marcius standebat MS. Astense condebat.
h Idem Astense, ex loto corde meo. — i Addebantur in MS.
Astense ista sub die sexto Calendas Aprilis. Fudit igitur be-
atusissimus Marciatus Episcopus sanguinem suum pro Christi no-
bilio et adeptus est coronatus martyri. Colunt Berthonenses
S. Marciatum ad diem 6 Martii, ut tunc ad eum ita dictum,
qua hinc denunciata, et iam dicta pro ipsis ridentur adeptus, quia
ibidem priuati actio S. Marciatus.*

CAPUT III.

*Tormenta S. Secundo Derthonæ inficta. Iter
ductu Angelico Astam.*

*N*untiatum est Sapricius, quod Secundus Marciatum

sepelisset. Sapricius vero non credebat, quoniam misit domesticum suum ad domum ejus, ut ad eum venire dignaretur. Cui sic mandavit Secundus: Quomodo ad te possum venire, qui manus plenas habes sanguine Justi? Domesticus haec verba renuntiavit Sapricio. Qui domino misit ad eum Consilium suum, dicens: Quid pateris; qui talia mili mandas? veni ad me: referam tibi quidem Marciatum dederum sententiam. Secundus autem dixit ad illum qui missus fuerat: Vade: dic illi: Perna quam tu intulisti Marciato, apud eum est corona justitiae: tu vero vide qualiter evadere possis. Consiliarius vero omnium Sapricio retulit, que a Secundo audierat. Tunc Sapricius commotus est valde et remisit ad Secundum tertio et dixit: Non ignoras quia sacra praecipita sunt ut omnes contemptores legum ferro puniantur? Tu vero, quantum video, particeps es omnium qui contemnit leges Dominorum nostrorum, et jussit eum in domo sua custodiri, ut a nullo sciretur, usque in alia die.

*D
EX MSS.
S. Secundus
renuntiavit e-
re ad Sapri-
cium,
custoditur
in domo sua.*

10 Sorgens prima linea Sapricius, jussit ad se adduci Secundum, ut eum private audiret: Ingressus est igitur B. Secundus ad Sapricium: em si ait: Secunde, non legisti de contemptoribus legum quid sit praeceptum? B. Secundus dixit: Ego legi sacrilegia vestra, per quae effunditis sanguinem innocentem: sed b manus de cada linea videns, dabit iram suam super incredulitatem vestram. Sapricius dixit: Modo in quantum video, Christianum te profiteris. Secundus dixit: Vere dico et spondeo me esse Christianum. Sapriens dixit: Quantum video malam mortem desideras propter istud nomen. Secundus dixit: Mors, quam tu mili promisisti, tibi debetur. Sapricius dixit: Secunde, audi me et rerede ab hac vanitate. Secundus dixit: Ista vanitas in me perseveret. Sapricius dixit: Prius quam publicetur accede et sacrificia, et eris inter nos clarus et possidens divitias tuas. S. Secundus dixit: Sapri, Divinitate mundi luius nihil sunt apud Deum: tu vero recede a me, quoniam ego servio Deo meo ex toto corde meo.

11 Tunc Sapricius valde iratus, jussit expoliari ut eum perturbaret. Qui cum staret undus ante Sapricium, dixit: Audi me, Sapri, quia modo videbis confusionem tuam. Et conversus ad Dominum dixit: Domine, qui fecisti celum et terram et mare, fac signum ut videat Sapricius ut consumatur. Et subito Angelus Domini apparuit, et dixit ei: Accipe, Secunde, vestem hanc Domini, quia de paradyso Dei transmissa est tibi; et hoc tibi signum, quia peccatores non videbunt eum: Sapricio vero parata est mors quam evadere non potest: in bene sustine propter nomen Domini quemque pressus fuerit. Hoc enim dixisset Angelus, discessit ab eo. Sapricius audiebat quendam vocem: sed aspergim videre non meruit.

12 Tunc iratus Sapricius jussit eum in ecclœ suspen-
di et torqueri donec brachia ejus disjun-
centur. Sanetus vero Secundus clamabat: Exaudi orationem
meam Domine, auribus percipe verba cris mei:
quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes
quesierunt animam meam, et non proposuerunt
Deum ante conspectum suum. Ecce enim Deus adju-
vat me, et Dominus susceptor est animæ meæ. Sa-
pricius dixit: Vide quanta in te est perfidie, ut vi-
deas corpus tuum esse disjunctum, teque morti
vicinium esse conspicias, sed nescio quem Deum in-
vocas. Secundus dixit: Sapri quanta S. Marciatio
fecisti, et pro nihilo duxit te: ecce et nunc mea
brachia desjungi fecisti, et nunc vides me sanum a
Domino omni corpore redditum, ad confusionem
tuam et patris tui diaboli. Erat autem stans D. Se-
cundus liber ab omni tormento. Tunc Sapricius vi-
*politus
vestibus,*
*F
ultum ab
Angelo
accipit.*
*tute in ecclœ
corpus,*
*max sanus
restabatur,*

EX MSS
filiis & fratribus
misi sentit :

Adens, quod B. Secundus confidenter Dominum invocaret, jussit eum fustibus cædi : cumque cæderetur Secundus, sic clamabat : Saprei quare tantam insaniam patris circa servos Dei? Nihil est, quod nihil facias, nec aliquid in corpore meo sentio, quia dominus noster adiutor est. Ministri autem cædentes eum, defecerunt: sanctus vero Martyr nihil sentiebat.

13 Tunc ait Sapricius ad ministros, dicens : Tollerite eum et recludite usque nunc, ut in isto satietur anima mea. Ministri vero tolerant B. Secundum, et miserunt eum in custodium. Ubi cum pervenisset, facta est in carcere lux præclaræ fulgens. Et ecce Angelus Domini venit ad eum, dicens : Surge Secunde, et succinge humulos tuos et veni, dicam te ad Creatorem tuum. Tunc B. Secundus dixit : Altissimo Deo gratias refero, d' Cumque exi-set una cum Angelo foras carcere, assumpsit eum Angelus secundus et posuit, ubi erat B. Calocerus et e Salvator eum eo. Videns in custodia antem eum B. Secundus, proiec-tis se in terram et adoravit, dicens : Domine libera animam meam de isto seculo : ut inimicus in me non habeat potestatem. Tunc ait Salvator : Noli timere Secunde, quoniam ego sum Dominus Deus tuus, qui eripiam te de manu Sapricii, et faciam ut eum Calocero et romanum accipias. **f** Tunc beneficxit eos et ascendit in celum. Erat autem Secundus gaudens cum Calocero in carcere.

Atam, alteram energumenam aliam dementem; duos homines a renum languore, binos infantes ab innata deformitate; et quatuordecim alias variis variis a morbis liberavit. Quamplurima alia patravit miracula, que non fuerunt descripta. Sed quanto decimo ad obitu illius die res mira admodum evenit, ut publico penes eundem Conventum documento constat. Vicarius ejusdem Conventus Aquilensis, ut servo Dei devotis satisficeret, duobus Fratribus jussit, ut sepulcrum illius aperirent, et nonnullas tam ex habitu quam ex corpore reliquias desumerent: et cum terra educere incepissent, suavissimum senserunt odorem, qui eo magis augebatur, quo sanctum ad corpus accedebant. Vicarius autem a Fratribus accessitos, ut pretiosum odorem perciperet, se jama culicula usque praesensisse illum asseruit, et duo illi Fratres moltis etiam ab illius diebus eandem sensere fragrantiam. Vicarius vero, cum reliquias in cubiculum proprium detulisset, propter odoris vim magnam a somno arrebat. Cum autem sanctum istud corpus de mandato Isabellae Regiae Catholicae translatum fuisset in sepulcrum affabre admodum elaboratum, in quo adhuc quiescit, repertum est omnino integrum atque incorruptum: et tunc cum iusu prefatae B. Reginae quatuor digiti fuissent a dicto corpore amputati, manavit sanguis adeo recens roque colore, aesi vivo prodiisset ex corpore. Ex quibus digitis unus Regina habuit, alter repositus est in loco in quo corpus erat antea reconditum, duo alii in sacario Aquilense remanserunt; quorum alter fuit postea delatus ad S. Franciscum Matritanum, et in sacario ostenditur.

E 6 *Ex Libro inscripto Speculum Minorum, seu Firmamentum trium Ordinum, part. I, fol. 32.* Alii viri praezellentes scientia et sanctitate floruerunt eodem tempore, utpote B. mem. F. Petrus de Regalata, qui innumeris miraculis claruit in vita et post mortem. Familiae Domini-Dei specialis Pater, patronus, et redicator extitit, et in eadem Domino-Dei honorifice est tumulatus. *Ex Chronica Regis D. Joannis II. Castelle, Cap. xxxi fol. 330.* Fr. Petrus de Villacereces fuit magnus concionator, probataeque admodum vita; ille subsecutus est B. Petrus Vallisoletanus, qui tan vivens quam defunctus fertur magna patrasse miracula, quorum aliquibus interimit Iuricus Manriquez Episcopus Jacensis, postea Archiepiscopus Seguntinus, Praelatus admodum insignis et fide dignus. *Ex Chronica manuscriptis Marium Florentium prius Bibliothecam Fratrum Minorum structoris Observantie, ad S. Isidorem in Urbe.* Fr. Petrus de Regalata securitas, et sanctitate floruit isto etiam tempore (secreti) in dicta provincie Conceptionis, qui innumeris miraculis claret in vita et post mortem. Familiae Domini-Dei specialis Pater, patronus, et redicator extitit, et in eamdem Domino-Dei honorifice est tumulatus. *Ex Fratre Petro Rodulfo Tossinianus in Historia Seraphica, Lib. vi. tit. de Regalari Observantie nova Familiar apud veteres nationes, fol. 154 a tergo.* Adjuvansque est P. F. Petrus Villaceres opera subsidaria F. Petri a Regalata Pinciani, non ab eo et nomine eius ipso dissimilis; ambo spiritu Dei pleni. *Ex Petro de Salazar in Chronica praevaria Castelle, Oratio 8. Francisco, Lib. iii. Cap. xii. fol. 157.* Fratris Petro de Villacereces partier fuerunt scilicet, enodemque plurimorum in reformatioine Observantie coadiuvarunt Fr. Petrus de Regalata, et Fr. Petrus de Santoyo, subtilitate et virtutibus insignes.

F 6 *Ex Fr. Francisco Gonzoy de Origine Seraphica Religionis, par. I, fol. 40.* Assecutus (Frater Petrus Villacerecus) deinde hominem sibi per omnia similem, ac omnino secundum eorū sumū, nūc summa Religionis virū, Patrem Fr. Petrum a Regalata

Pincianum (qui et spiritu propheticō donatus fuit), illum suis morib⁹ ac piissimis desideriis informavit, ejusque opera summe adjutus, etc. Is igitur tantus Pater, postquam omnia pro facta sibi facultate suavissime disposuisse, neophytum gregem suo successori atque carissimo discipulo, Patri videlicet Petro Pinciano committens, in Minoritico Conventu, qui Hispanio idiomate Pennafel nuncupatur, diem vite sue clausit extremum, etc. *Idem dicta par. I. in Catalogo Brutorum Seraphici Ordinis, fol. 99.* Beatus Petrus a Regalada Hispanus, mira sanctitatis vir atque Regularis Observantie apud Hispanos auctor, virtutibus insignis sanctissime quievit. *Idem in 3 par. Cone. 17. fol. 869.* Quemadmodum B. Pater Petrus Villacerecius Pennafelianum, et B. Petrus a Santoyo Pincianum suis funeribus illustres redunt, ita quoque B. P. Petrus a Regalada (cujus Chronicorum nostri Ordinis auctor tercia sui operis parte mininit, nosque in Castella provincia mentionem fecimus) praesentem conventum suo obitu summopere commendat. Nam ut primum xxx Martii, anno vero Domini ccclvi diem clausit extremum, miraculis coruscare ciepit. Quadragesima siquidem et sex intransque sexus homines omnino contractos, tres paralyticos; duos itidem leprosos, aliosque quamplorimos gravissime lebicitantes integræ ospitati restitut: insuper et surdis auditum et mutis afflatis, et cœcis visum, atque claudis rectificatiōnem suis meritis a Deo Opt. Max. omnium bonorum largitore impetravit. Praeterea mortali alluc carne induitus, dum precedenter atque presentis domum (quarum altera ab altera quadrageinta enque amplius milibus distat) Vicarium ageret, ad utriusque loci Fratres infra horam Capitulum de religioso more halant, atque sepon strato supra Durian flumen pallido, ex una in alteram ripam se transtulit. Cujus demque corpus cum per aliquot annos in communione Fratrum sarcophago jacuisse, inde ad alabastrinum sepulcrum, opera Serenissime Elisabethæ Hispaniarum Regna fabrefactum, translatum extitit: ubi et in maxima veneratione, tum a secularibus tum quoque a Fratribus babetur, et innumerā fere miracula contingunt, atque adhuc hodie contingunt.

ac Petri Gonzalez.

E 7 *Ex Petro Gonzalez in Historia Montis Celii B. Virginis de Salgorio, Lib. ii. Cap. vi.* Humana fragilitas, quamvis vita circumscripta limitibus superiorem consequita agitatem et celestem participes gloria, fidem patratis in alienam openi miraculis insimans, eloquenti sane testimonio aperit, sanctum Fratrem Petrum Regalatum Christi secutum esse vestigia, etc. *Et inferni.* Quare applausus fidelissimi que poetas tribus enim a celo donatum contemplabantur: virtute, qua manus, clavis atque contrectes ad ambulandum restituit, admirabilique vita atque orationibus quibus agros sanavit. Prophetic⁹ spiritu, quo futura prospiciebat, prout quando misericordia eius in fratribus et convento Tribuli, post Horas matutinas recitata, egressus est ad ripam fluminis Durian, ut mulier ex desperatione demersus corpus exciperet; asserens eam, dum se praecipitem ageret, premisse, ideoque ex divine misericordie impulsu sepediendam etc. *Et inferni.* Quidam vero adolescentis, cui Regalatus habitudinē Religionis promiserat, prædefonetus, cum a Regalato tamquam proprius vendicaretur, aperto sepulcro, inventus est religioso habitu induitus. *Et inferni.* Tandem, ut omnibus constaret insperitatem, tolerantiam, atque humilitatem Sanctum hunc Angelice consortem naturam in agitata iterum fecisse, cum Aquilensis Vicarium ageret, a Deo tamquam illius minister obtulit, ut brevi intervallo locorum distantiam suppeditet, et injunctum offici debitum impletet, etc. *Et inferni.* Post felicem vero obitum innumerā patravit miracula

quoruad
antiquiorum.

Francisco
Gonzoy

A miracula, sanans crecos ac mortos, et, ut inquit Gonzaga surdis auditum, mutis afflatum, cæcis vi-
sum, et claudis rectificationem concessit. Hodie
sanctum illius corpus conquiescit in alabastro se-
pulcro ipsi extracto a Regina Isabella in conventu
Aquiereræ; in quo in dies novis effulget miraculis,
ad devotionis incrementum, Religionis honorem, et
divinæ gloriam Majestatis. Hartenus illi: unde ne-
gari non potest quin ex prefatis omnibus resulset
plena probatio famæ sanctitatis, quam etiam testan-
tur Judices remissoriales in fine Processu fol. 408.
asserentes, Servum Dei Regalatum communiter ha-
beri pro Sancto.

*ex frequentia
visitantium
sepulcrum*

B 8 Post virtutes communemque hominum opinio-
nem, proximum ad Regalati sanctimonie probatio-
nem præstat nobis argumentum veneratio, qua
homines interne conceptam ex virtutibus opinionem
sanctitatis exteriori testantur expressione; que sane
veneratio erga hunc Dei Servum insignis esse de-
prehenditur. Siquidem non solum in illius obitu ex
diversis partibus gens plurima ad sanctitatis famam
accurrit, sed ad illius etiam gloriosum in terris se-
pulcrum maximus fidelium numerus assidue con-
fluxit ac confluit, ut illius corpus veneretur, seque
ejusdem intercessioni devote commendet: deponunt
testes, qui de visu subhunc, Philippum Tertium Re-
gem Catholicum ac Reginam Margheritam Austria-
cam, una cum Archiepiscopo Toletano, Sedis Aposto-
licæ Nuntio, quamplurimisque aliis Episcopis ac
Proceribus dictum sepulcrum visitasse, in quo con-
cordant alii testes decem: quorum unus subhunc
decem annorum spatio predictos sexies idem sepul-
crum visitasse. Quem etiam universi populi concur-
sum, et frequentiam ad dictum sepulcrum compro-
bant Judices remissoriales in Processu fol. 408. Nec
vanas, aut frustratorias fuisse visitantium commen-
dationes et preces, ostendunt innumera circa idem
sepulcrum appensa a fidelibus vota, ut se eorum fac-
tos compotes testarentur. Hæc autem veneratio uni-
formis etiam colligitur in Reliquiis hujus Servi Iei: *E*
omnes enim in illius obitu quæabant aliquid de ejus
vestimentis pro reliquis desumere, hodieque fideles
ad præfatum sepulcrum confluent, non solum ut cor-
pus venerentur, sed etiam Reliquias: nempe sanguinem,
digitos, enculum, pallium, calcos, et alia hu-
jusmodi, de quibus in visitatione sepulcri fol. 406.
Et deponunt testes, quorum unus de visu et facto
proprio subhunc, eam esse populi in hunc Dei ser-
vum devotionem, ut fideles ad sepulcri illius visita-
tionem confluentes nolint inde recedere, nisi ipsius
ejusdem ostendantur Reliquie; quas ut videant ac
venerentur, solent multo temporis spatio expectare;
prohibetur enim aliquando ne ostendantur, ut in
conventu nascituri tumultus extentur, etc.

*et Reliquias
venerantibus*

B 9 Has vero inter reliquias insignem admirationis
obtinent locum præfati digiti, qui in hanc usque diem
in corrupti integrique asservantur; necnon enculus,
qui adhuc propria servatus in integratæ, et miri
odoris fragrantiam emittens visitor: quarto Reli-
quiarn contactu fideles passim obtinent gratias
quamplures, et nonnulli pristinæ sanitati restitun-
tur. Quinum reliquie hujusmodi al quando per Præ-
sudem conventus Aquilerianæ ad Philippum Quartum
nunc Hispanarum Regem Catholicum, in Arandie
de Duero oppido tunc gravi infirmitate laborantem
delatae, illique impositæ, eumdem ad somnum revo-
carant, a quo exspectatus, statim in melius propedi-
cepit, integreque convalevit; ut ejusdem Serenis-
simi Regis Majestas piissimo testatur affectu, in literis
ad Excellentissimum Comitem de Monterey
apud Sanctitatem vestram Oratorem suum transmis-
sis. Nec intra corpus aut Servi Dei reliquias fide-
lium veneratio contenta est; sed ad illius etiam

imagines devota propagatione processit, non sine D
insigni conceptu de sauitate opinionis argumento...
Has vero variis in locis pictas impressasque con-
spici et conservari, deponunt vari, et solitum fuisse
servum Dei Regalatum pingi cum flammis et splen-
doribus ignis: idque testatur unus de picturis anti-
quis et recentibus, cum quo concordant alii tres.

*PER AUDIT.
ROTER.*

10 Quæ omnia clarus etiam comprobantur ex se-
rie visitationis sepulcri in Processu a fol. 402 usque
ad fol. 408, in qua Notarius ac Judices referunt, in-
venisse sepulcrum Servi Dei ex alabastro elabora-
tum, et ad mensuram hominis elevatum; in cuius
cacumine exposita conspiciebatur statua Regalati,
et in ejus superiori parte legebatur inscriptio in eo-
dem alabastro incisa, continens ejusdem Regalati
laudes, indicansque ipsius ossa in eodem sepulcro
conquiescere, quod Comitissa de Haro extruxit. Præ-
fata vero Inscriptionis tenor in eadem visitatione
substantialiter relatus per hæc formalia verba habe-
tur: Jacet ornata caro, fulgent ossa quieta. Perse-
verans Christo servivit. Mundum ab infantia fugiens,
honoresque despexit miserabilis sæculi, Petrus Re-
galatus Vicarius de Domo-Dei, et Scala-Celi hic
finivit sub Panpertate Regulæ S. Francisci; nullum
sæculi quærens præmium ob gratiam Christi. Co-
mitissa de Haro adornavit sepulcrum, qui in præ-
mium orat pro ea assidue Christum. Laboribus car-
nis finem dedit, die 2. Resurrectionis Domini,
ccccxvi anno. Cui quidem inscriptioni, in antiquo
adeo lapide incisæ, plena fides adhibenda est.

11 Ulterius in eadem visitatione supradicti refe-
runt, in præfato sepulcro incisa esse plura ejusdem
Regalati miracula: que pariter in tabulis diabibus
antiquis descripta ac etiam aliis in locis, tam sacelli
quam etiam conventus et ecclesiæ Aquilerianæ, de-
picta conspicuntur. Item circa dictum sepulcrum
innumeræ adesse vota, linteæ sepulcralia, antiquis-
sima fulera ac baculos, nec non compositos ex cera
pedes, manus, crura, brachia, aliaque hujusmodi
illuc a fidelibus in recuperatæ valetudinis signum
receptarunque Regalati intercessione gratiarum
fidei appensa. Imaginem pariter ejusdem servi Dei
antiquissimo opere in sacrario dicti conventus repe-
rirri depictam, diademate splendoribusque caput or-
natam (et hoc quidem in signum regni spiritualis, et
consecutæ beatitudinis argumentum) et in pœnitentia-
ris speciem vultu admodum extenuato expressam;
cum inscriptione hujusmodi: Anima mea liquefacta
est tuncquam cera liquefæcens in medio ventris mei.
Plures insuper magna veneratione atque ornato as-
servari reliquias ejusdem servi Dei; nempe sudario-
lum, quo inter meditationes absterget lacrymas,
et alterum, quod suppositum manantem exceptit san-
guinem, cum de mandato Regulæ Isabellæ manus
a reliquo corpore Regalati amputata est, necnon calceos,
cucullum, pallium, ac digitos. Talmam præterea
admodum antiquam, in qua legebatur inscripta que-
dam Antiphona, Oratio, et Versiculus in laudem Re-
galati compositus. Ac denique in apertione capsæ,
in qua recondita erant ossa servi Dei, optimum sen-
sisse odorem magnamque fragrantiam, que quidem
fragrantia odorisque suavitas, ex aliis etiam reli-
quiis mirabiliter et supra omnem naturæ conditio-
ne manans.... insitæ velut divinitatis est argu-
mentum.

*et representa-
tione miracu-
lorum,*

*atque
monumentis
Aquileris
visendis.*

F

§ II. De Miraculis.

Sed transitum faciamus ad miracula, quæ uti ma-
gis certam atque indubitatam sanctitatis fideli affe-
runt, sic juxta S. R. E. ritum, ad sacrorum Canonum
sanctiones in promovendis ad Canonizationem re-
quirantur. In quo quidem articulo, omissis consulto
disputationibus

*Item ex
multitudine
miraculorum*

PER AUDIT.
ROT.ER.

a publicis
Notariis
descriptorum,

A disputationibus, quæ miraculorum essentiam, requisi-
ta, operationes, gradus, probationemque respi-
ciunt (de quibus maiores nostri et nos quoque in præ-
cedentibus Sanctorum relationibus disceptavimus)
nonnulla subhiciemus miracula ex illis, quæ omnipotens
et in Sanctis suis mirabilis Deus. Regalato intercede-
re, operatus est. Innumerera enim gloriosum
hunc servum Dei patrasse miracula colligitur ex
testim depositionibus, de quibus in processu: ex
bistoricorum relationibus superius insertis, ac eodem
principiis qui Vitam Regalati scripserunt; ac
denique ex tenore supra ponderatae visitationis, in
qua non solum exprimuntur miracula in sepulcro
alabastro antiquo opere incisa (quorum singularis
babenda est ratio, ut de inscriptione ejusdem sepul-
cri jam fuit consideratum) et plura alia referuntur
in conventu atque ecclesia depicta; neconon dnabus
antiquis tabulis descripta (quæ tabule, si necessaria
concurrent requisita, solent fidem mereri) sed Notariis
testatur in archivio conventus Aquilicis vi-
disse ac reperi librum in forma authentica, in quo
habentur centum et sexdecim miracula. Regalati
intercessione operata, ac legali Notariorum manu
scripta, ollaque postmodum anno MCCCCLVI coram
Alphonso Fernandez, vicario et Judice Ecclesiastico

B oppidi de Aranda; ac Joanne Martinez de sancto Do-
minico, Rectore Villa-nove; Didaco Diez de Pa-
lacios, neconon Joanne Sanchez de Aranda publicis
Notariis, fuisse auctorizata et approbata; ac tandem
anno MML, eoram Petro Alfonso de Alameda Ar-
chipresbytero, et ejusdem oppidi de Aranda Judice
Apostolico, et Licentio Francisco de Villa-Fag
Correctore, neconon coram Christophoro Ortonno,
Ferdinando Hernoso et Gregorio de Aranda, regis
Actuaris et Notariis Apostolicis, fuisse transumpta-
ta, et utrumque librum, tom originale quo trans-
sumptatum in publica forma reperiri signatum, atque
authenticatum, etc. Proponeamus igitur primo loco
nonnulla ex miraculis, quo Regalatus vivens Deo
operante patravit; secundo autem loco aliqua ex iis
subiectemus, quæ idem Deus omnipotens defuncti
servi sui intercessione operatus est.

*Sequentia miracula sub iisque titulis, quos hic visum
excerperit, ne jam satis explicata in Vita, propter volum
quod additur Thologicum examen hic repetantur:
quale enim hoc et quam muturum sit ex aliis similibus
facile cognoscitur. Tituli igitur sic habent:*

i. Panis ac carnis frusto pauperibus distribuendo
in rossis convertit.

ii. Orans in extasim rapitur in tempore diffundit
splendorem.

C iii. Defuncto et jum sepulito dat babitum S. Fran-
cisci.

iv. Unius horae spatio 42 milliarium iter absolvit.

v. Flumina extenso super undas pallio transgredi-
tur.

vi. Religiosis pane destitutis succurrat.

vii. Prædicti adventum Episcopi Valentini et gib-
bosum sanat.

*Hanc Vita: ex iis, quæ gesta post mortem et proba-
ta sunt ducentum prima omni: limus, satis ex Vita et jam
dictis noscenda.*

i. Defunctus pauperi panem porrigit.

ii. Sangnis recens a Regalati corporo, annis 36
sepulito, emicat.

*Reliquorum titulos habet in margine. Est igitur
tertium, quod subjungo.*

13 Anna Bertranda incola oppidi de Gomiel de
Hizan, diuturno sanguinis fluxu afficta, postexperta
variis generis remedia, eo devenerat, ut jamjam mor-
tura putaretur. Aderant infirmi nonnulli Franciscan-
eum familie religiosi, qui ex monasterio oppidi de
Aquila advenierant, ut ei in his, quæ ad animæ

salutem pertinent presto essent. Ad quorum unum D
se Anna convertens, Pater, inquit, velim B Regalatu-
rum pro me rogues, ego, si mibi sanitatem ille a Deo
impetraverit, ad sepulcrum ejus invisendum pedibus
accedam. Attulerat unus e præfatis Religiosis cu-
cullum a Regalato gestari solitum, eumque infirmæ
recepit sanitatem. Ita concludit is, qui per quatuor-
decim annos bona ejusdem Anne administravit, et
deponit de visu ejusdem Annæ filia, et alius testis:
de publica autem voce et fama deponunt non solum
prædicti testes, sed etiam alii quinque ac plures.

Hujus miraculi certitudo.

Hujusmodi vero sanationem miraculosam esse cen-
suimus; quia fluxus iste sanguinis, qui ægram
passim torserat et saepius ad extremum vitæ spiritu-
rum redegerat, jam factus erat naturaliter adeo in-
sanabilis, ut quamvis plura fuissent adhibita exper-
taque varii generis remedia, nihilominus illa nihil
proficerent. Accedit insuper medicorum judicium,
qui de salute infirmæ desperaverant. Quibus tamen
non obstantibus ægra adeo convaluit, ut lieet per
plures annos postea supervixerit, numquam tamen
eodem amplius morbo, qui antea ipsi passim erat
olivius, laboraverit, ut asserunt idem testes. Huic
etiam miraculo fidem adstruit, brevi tempore et abs-
que ulla medicamentorum applicatione subsecuta
sanitas. Cum certum sit vim morbi diuturni naturæ
viribus, vel medicorum pharmacis expelli non posse,
nisi longo temporis spatio; et sic multo difficilis
absqne iisdem medicorum pharmacis (qua maxime
purgativa morbi istius natura possere videbatur)
sanguinis iste fluxus, ad vitiosam ipsius sanguinis
qualitatem referendus. Unde cum nullo rite operan-
tis naturæ artis ministerio, sed ad solam cuculli
applicationem ægra tam cito atque integre conva-
luerit, utique id divinitus per merita et intercessio-
nem Regalati satendum est a Deo emanasse; quod
comprobant præcedentes infirmæ preces ac votum,
neconon cuculli contactus: maxime cum omnes testes
uno ore asserant sanationem fuisse miraculosam.
Neque obstat curationem non fuisse instantaneam,
quia non est necesse miraculum fieri in instanti, sed
sufficit fieri successive... Quod tamen intelligi debet,
dummodo (ut in casu isto) eo tempore, licet
longiusculo, contingat quo ex natura rei contingere
non potuerit.

14 Joanna Garzia, incola oppidi de Gomiel de
Mercado in regno Castellæ, miserandum in morbum
incidit, ventre tam foide exulcerato, ut septem in eo
foramina conspicerentur: et bæc pessima erant, F
perque illa cibi potusque excrementa egerehantur
omnia. Adhibita sunt per multis menses varii gene-
ris remedia; quibus nihil proficientibus, incurabi-
lem eum morbum medici prouunciarunt. Joanna hoc
in statu constituta, de ope Regalati imploranda co-
gitare cepit, ac sepulcrum se illius visitaturam pro-
misit; egreque impetrata a patre venia equo impos-
ita est, fasciis arcuissime circumligata, ne intestina
offenderentur. Pervenit ad ecclesiam monasterij de
Aquila, ibique criminibus poenitentiae Sacramento
deletis sacerdotia Eucharistia suscepta, ad Pe-
tri sepulcrum se contulit, seque illius intercessioni
enixis pro sanitate a Deo oltinenda precibus com-
mendavit. Nec frustra: siquidem illico foraminosa
consolidata sunt ulcera, morboque omni depulso
pristinæ incolumentati Joanna restituta est. Factum
istud deponit eadem Joanna Garzia de certa scientia,
et de visu mater ejusdem Joanna, et consolrina
ipsius mot Joanna de publico et notorio; et depictum
reporitur inter alia miracula in prefato conventu
Aquila. Sanationem hanc fuisse miraculosam,
demonstrat primo qualitas ipsius morbi, qui cum
asset diuturnus transitumque fecisset in habitum,

*Ulcera incu-
ribilla sanat.*

Sanguinis
fluxu luto-
ralem morti-
que proximum
sanat.

difficiliter

A difficulter sanari poterat; ulcera eam, quæ longo tempore durant, difficulter sanari possunt, ut generaliter affirmant Galenus et Avicenna. Quam curationis difficultatem comprobant etiam adhibita in vacuum remedia et medicorum assertiones, de quibus deponunt eadem Joanna et illius mater. Secundo comprobant instantaneus sanationis modus: ulcera enim fuerunt statim absque ulla medicamento perfecte conclusa, ut eadem Joanna asserit, et de visu sequenti die testatur illius mater: unde miraculum reinanet plene probatum ex supra deductis, maxime cum morbus iste non sohnum instantaneam, sed etiam brevem curationem excluderet. Id vero Regalati tribuendum intercessioni, testantur praecedens infirmæ in servo Dei confidentia illiusque intercessionis invocatio; cui ut se ægra commendavit, statim se convaluuisse cognovit, ut eadem Joanna deponit.

15 Franciscus Garzias incola loci de Sutillo in regno Castellæ, cum pessime ex utroque crure laboraret, adeo ut progrederi sine fuleris minime valeret, ad opem Petri Regalati, cujus fama sanitatis per eas regiones erat celeberrima, confugit, et equo vectus ad illius sepulcrum contendit; ubi cum per novem horas (novenam vocant) intimo cordis affectu ei se commendasset, ut sanitatem sibi a divina im-

B petraret clementia; repente ab omni crurum infirmitate et claudicatione liberatus est, pedibusque domum reversus; fuleris ad miraculi memoriam relictis. Factum de visu recensent filia ejusdem Francisci et filius: alius autem quoad morbum et recuperatam sanitatem deponit de visu, quoad modum vero deponit de auditu ab eodem Francisco, et de publica voce et fama deponunt alii testes plures. Hanc quoque sanationem miraculosam demonstrat tum qualitas morbi, tum modus curationis, brevi adeo novem horarum intervallo absque ulla medicamentorum ministerio obtenta. Certissimum est enim convulsionem seu membrorum attractionem, nec facile nec confessum adhibitis etiam medicamentis curari... Unde cum factum istud naturæ vires facultatemque excedat, referendum procul dubio venit ad dextram illius, qui virtutem curationum hujusmodi in seipso inchoatam, ut patet apud Matth. c. n. in dilectos suos passim transfert.

16 Novissimus quoque bisce temporibus, anno videlicet salutis MDCXXVII servum suum Deus præclarí miraculi gloria illustravit. In oppido, cui Gómel de Mercado vulgo nomen est, fons quidam extat publicus, sancti Petri nuncupatus; ad hunc cum alignando puerulus triennis, nomine Joannes, Joannis Reinosi filius, seu ludendi gratia, ut fieri solet, seu aliquid quidpiam facturus accessisset; in vas, quo aqua fontis excipitur, decidit, ibique submersus est. Ubi cum per trium fere horarum spatiū (ut ex supplicatione temporis, quo domo egressus fuerat, conjectari potuit) jacuisset; puella quedam ad fontem venit aqnam de more haustura: quæ tristis spectaculo conterrita, ut puerum agnoverit, clamoribus et ejuslatu cuncta complevit. Advolant vicini. Jacebat nusellus sub aqua supinus atque ore aperto, nec facies ab aquarum superficie multum aberat, qua modicò tinctæ sanguine cernebantur. Extractum est itaque corpusculum, et ore deorsum verso, inter manus eorum qui accerrent aliquamdiu suspensum, ut aqua effueret. Verum cum ne gutta quidem exiret, nec ulla in eo motus aut vite vestigia consiperentur; cum planctu et lamentationibus quandam in porticum delatum est. Accedit ut Pater Didacus de Ordonez, Vicarius in monasterio Domus-Dei de Aquilera, præfatum per oppidum ad obeundâ munerâ sibi a monasteri sui Præside commissatransiret: is cum frequenter mulierum turbam tristem et attontatam ad eandem porticum confluentem videret,

quid hoc rei esset ab adstantibus petiit, casumque D eductus est. Sensit Didacus interius se moveri, ut puer vitam per merita Regalati, de quo in Sanctorum numerum referendo recenter tunc agi coepérat, a divina postularet clementia: propinsque accedens, ægre per confertam multitudinem ad puerum pervenit. Lurdum erat ac frigidum corpusculum; inversi tumebant oculi, distentus aquarum copia turgebat venter. Auxit lugubris adspectus Didaci misericordiam, speque vehementiori ad vitam pueri reciprandam animum ejus inflammavit. Accessit, diligenterque tenella membra pertractavit; quæ ubi frigida, rigidia, omni arteriarum pulsu destinta, vitaque ornatissima spoliata reperit; silentio mannum colligione indicto, ad circumstantes conversus: Quando, inquit, nullum jam nisi a Deo remedium sperari potest, servo ipsius Regalato puerum hunc commendamus. His dictis, quotquot aderant una cum Didaco enixe Deum precati sunt, ut Regalati intercessione ac meritis puer vitam reddere dignaretur; ac promiserunt, si voti compotes fierent, puerum se neconon sindonem qua involutus erat ad ejusdem se-pulerum delatueros. Tum Didacus junctis manibus signum Crucis super puerum formans, In nomine Patris, inquit, et Filii, et Spiritus sancti, ad intercessionem et per merita B. Regalati, Deus tibi vitam E imperiat; ac deinde bis pueri aures osculatus, arctissime eum amplexus est. Mirandum dictu! statim puer clamorem edidit, caputque movens, Didacum intutus est; postque dimidium horæ quadrantem latus ac rubicundus, nec ulla læsionis alteriusve incommodi vestigia præseferens, evasit: inque miraculi memoriam habuit S. Francisci indutus, ac deinceps Regalatus vulgo dictus est. Hæc deponit idem Fr. Didacus Ordonez, tam in Processu quam in re-petitione illius facta hic in Curia, et concordant Maria Gonzalez de Penillos, quæ prima vidit puerum submersum in fonte, Maria Cassada, quæ puerum extraxit et fonte. Dominicus de Reynoso avus pueri, Maria de Segobia avia, Stephanus Botero patruus magous pueri. Bartholomæus de Sanctes, comes fratri Didaci Ordonez, qui omnes deponunt de visu, et certa scientia, cum quibus etiam conveniunt sex alii testes. Dubitari non potest, quin puer iste fuerit ad vitam revocatus miraculo: cum secundum Philosophos a privatione ad habitum non detur regressus; et secundum Fidei dogmata nisi finis hujus mundi advenerit, humanum genus a sonno mortis non evigilabit... Nec visum fuit nobis dubitari posse de obitu pueri istius, cum satis evidenter mortis signa concurrant; Primo, quia nt conjectari potest a tempore, quo recessit a domo, diurni temporis spatii demersus in fonte permansit... Secundo, quia inventus est jacentis immobili, sub aqua supinus expansis brachii, ore aperto, atque aque supposito, neconon comperta est, aqua sanguine tincta. Tertio, quia postquam e fonte extractus fuit: inventum est illius corporis aquarum copia turgidum, omni spirituum motu destitutum, facieque lurida ac nigricanti, oculisque ad terrem inflatis, neconon frigidis ac rigidibus membris. Quarto denique, quia testes omnes conveniunt, ut p. ceteris bene expliat idem Fr. Didacus Ordonez, prædictum puerum absque ulla difficultate fuisse mortuum. Unde circumscriptio etiam resurrectionis ipsius miraculo, quod abinde remanet probatum ex deductis; cum his non obstantibus vix signo Crucis in nomine Sanctissima Trinitatis super ipso firmato, puer non solum clamorem edilerit, sed post dimidium horæ quadrantem latus ac rubicundus, nec ulla læsionis aut alterius incommodi signa præseferens, evaserit; ex hoc solo probatio miraculi resultat, cum naturaliter in corpuseculo tam languido non possit dari

PER AUDIT.
ROT.ER.

Hujus mira-
culi ades
indubitate.

Claudum
sanat.

Puerum
submersum
resuscitat.

brevis

PER AUDIT
ROTÆProcessus
Aranda
formatus,ex remis-
sionum a
Paro conces-
sorum,

A brevis adeo regressus ac primum statum, que enim longo tempore, et vehementioribus affectibus tenuantur corpora, lente reficere oportet.

§ III. De validitate Processus, ac legitimo testimoniū examine.

R eliquum est, Pater beatissime, ut postremum faciamus gradum ad tertiam ultimamque hujus relationis partem, in qua nobis agendum superest de validitate processus, ac legitimo examine testimoniū, ex quibus tum vita sanctitatis tum miraculorum deductie sunt probationes. Et quantum attinet ad Processum auctoritate Apostolica fabricatum in regno Castelle-Veteris, et in oppido de Aranda diocesis Oxomensis, censimus de illius validitate dubitari non posse. Postquam enim Sanctitas vestra, supplicibus totius Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia libellus benigne inclinata, sacre Rituum Congregationi hujusmodi caussam conmisit, fuerunt in vim praefatae commissionis per eandem Sacram Congregationem de anno MDCXXVII expeditae litterae remissoriales, directe Reverendissimis DD. Episcopis Oxomensi et Vallisoletano, necnon Archidiacono, Decano, et Sacriste prefato Cathedralis Ecclesie

B Oxomensis, cum facultate ut duo ex illis juxta praefatam Sanctitatis vestre commissionem conjunctim procederent. Quæ litteræ Reverendissimum Dominum Martino Manso de Zuniga, Episcopo Oxomensi, necnon Doctori Alphonso de Portillo ejusdem Oxomensis Ecclesie Thesaurario praesentatae fuerunt per Fr. Didacum Ordóñez, tamquam deputatum in hac caussa a Religione procuratorem, et pro illarum executione instantem, et dorentem de legitimo mandato Procurare a prefatis Judicibus admisso. Nec aliquam facere difficultatem debet, quod Doctor Alphonsus de Portillo cunnicetur Oxomensis Ecclesia Thesaurarius, de quo litteræ remissoriales non loquuntur, quæ soluit fuerunt directe Archidiacono, Decano et Sacriste. Quia advertendum est, apud Hispanos Sacristam appellari Thesaurarium, cum voculum Sacriste apud eosdem infimi ministerii significacionem recipiat; ut testantur Curiales in fide exhibita, et renovent omnia difficultatem alia fides ipsiusmet Episcopi Oxomensi, qui testatur prefatum Doctorem Alphonsum de Portillo esse Sacristan in eadem Ecclesia Oxomensi et Thesaurarium inveniari, nonque Thesaurarii et Sacriste esse unum et idem.

C 18 Cum vero Judices prefati acceptassent atque apernissent dictas litteras pro illarum executione deputarunt Notarium ac Nutrium, qui jurarunt de fideliiter exercendo officium. Elegerunt insuper ac deputarunt pro loco loci audiencie et examini testimoniū cappellam et oratorium domus Episcopalis, que loci deputatio tamquam de substantia iudicij erat necessaria. Pro dictis vero audienciarum deputarunt omnes et singulis dies non feratos; et pro hora, horam octavam de mane, usque ad undecimam; et ab hora secunda de sera, usque ad quintam. Et coram iisdem Judicibus factus fuit in prefato oppido de Aranda processus iste, qui Procuratore predicto instante, et previo Judicium decreto, necnon deputatione Notarii fuit transumptus, ac cum originali collationatus per Notarium caussa et alterum deputatum, qui post subscriptiones et apposita Judicium sigilla se ipsis subscripterunt, et de fidei collatione atque auscultatione te tantur; cum tamen ad effectum, ut Processus iste dicetur esse in forma probanti sufficeret subscriptio Notarii de illo rogati.....

Demum vero clausus et sigillatus, cum attestatione a tergo trium publicorum Notariorum circa legalitatem Judicium, Notarii causæ et adjuncti, una cum litteris eorumdem Judicium remissorialium, fuit presentatus in Sacra Rituum Congregatione, ac deinde instante eodem F. Dicado Ordóñez, uti Procuratore ac mandatum exhibente, fuit apertus et de mandato ejusdem Sacrae Congregationis deputato Interpretate, commissum fuit examen super illius recognitione. Qui quidem Interpretis debitum prestitit juramentum de fideliiter interpretando: et dictum processum una cum litteris Judicium a se fideliiter interpretatis, reportavit: et processus iste formiter recognitus, per sex testes, dicentes se habere notam manum, personas, et signa, fuit tandem Rote Auditorio per eamdem Sacram Congregationem remissus.

19 Quantum vero attinet ad testes, censimus illos ^{et pro} rite ^{citatione} ex parte rite ac recte examinatos; fuerunt enim formiter examinati, ea scilicet diligentia, que in hujusmodi gravioribus causis requiritur.... nempe prævia eorumdem inductione facta per Procuratorem, ac citatione seu monitorio per Judices decreto, et per cursorum sive nuncium contra quemlibet eorum personaliter executio. Quæ quidem, citatio seu monitoriorum tamquam de substantialibus Judicij erant omnino necessaria. Qui omnes testes formiter jurarunt de veritate dicenda, prout requiritur; cum in juramento depositionis substantia consistat: et singillatim fuerunt examinati, depONENTES primo juxta interrogatoria, deinde super articulis in remissoria, contentis.... Ex quibus omnibus constat, testes rite ac recte examinatos, cum de jurisdictione Judicium, qui illos examinaverint, appareat ex litteris remissorialibus, eisdem, ut supra, directis; et de forma per eosdem rite servata ex testimoniū inductionibus, citationibus, juramentis, ac depositionibus, primo super Interrogatorij et deinde super Articulis. Non obstat, quod aliqui ex testibus, sint ejusdem Ordinis, cuius est Regalatus, ideoque in ipsis videatur cadere suspicio affectionis ad caussam: quia cum de singulari ipsorummet Religiosorum commido non agatur, pro Religioso et super Religiosi virtute testimonium ferre non prohibentur. Nec replicetur, quod saltem dictus Fr. Didacus, tamquam Procurator in causa veniat excludendus, ex regula, quod Procurator in causa quaque agitat vel agitavit testis esse non possit pro Domino; quia predicta regula non obtinet locum, quando, ut in casu isto, cum dicto Procuratoris concurredunt testis idonei. Quod maxime procedit, quando, ut pariter in casu isto, Procurator est homine conditionis et fame. Nam si sollicitator in his terminis a ferenda testimonio non repellitur, multo minus debet repellere Procurator, qui nimis testimonium ferre prohibetur quam sollicitator.

20 Ex quibus firmata tam processus quam examinans testimoniū validitate, absoluta quoque renaret tercia et ultima pars hujusmodi Relationis. Unde cum Regalati virtutes atque miracula, que Sanctitatis vestre oculis subiecimus, satis testentur qualem sibi in celo gloriam fortunatissimus hic Christi associata comparaverit, hoc unum superest, ut eundem infallibili suæ non errantis vocis oratione terris atque gloriosum reddat: censemus enim caussam in eō statu esse, ut possit Sanctitas vestra quandocumque sibi phenerit, ad ulteriora procedere, etc.

Joannes Baptista Coceimus Rota Decanus.
Philippus Pirovans Rota Auditor.
Clement Merlinus Rota Auditor.

DE BEATO AMEDEO SABAUDIÆ DUCE, VERCCELLIS IN PEDEMONTIO.

AN.
MCCCCCLXXXII.
XXII AART
Amedit
varphi.

ex Comite
Dux Sabau-
dæ primi.

dein ex eremo
ad populum
electo,

nepos de.
Arelius,

cujus virtutes
et miracula
datur ex
Maedo,

alia quendam
ex MS.

Acta vi et e.
S. M. Guichenon.

Plures hoc nomine Principes Sabaudia habuit, Comitum contentos titulo, usque ad annum Christum .Ere mccccxv, quando Sigismundus Imperator, alloquim et constitum requirens Amedei viii. Duceum ipsum renuntiavit litteris Cameriaci signatis xix, quas pag. 232 Probationum exhibet Samuel Guichenon post Historiam Genealogicam famitiz Sabaudicæ anno 1660 vulgatum, publico illo documento convincens erroris eos, qui aliter censuere. Hunc Amedeum, vero nomine dictum Pacificum, cum rerum humarum cœpisset fastidium, translatis in Ludovicum filium provinciarum regendarum curis, humilium eremtum Dvoque et sibi soli vacuenter in Ripahensi recessu, quem anno mccccxxix fundarunt Augustiniatis, vñl et admiratus est orbis; usque dum Busileensis concilii Patres, eauctorato contra jus fasque Eugenio IV, in Amedei electionem consenserent, et anno mccccxl sub nomine Felicis Pontificem creaverent. *Hic eam dignitatem non regnandi libidine sed absquenti, ut rebatur, necessitate u se susceptam abunde decloravit, cum Nicolaio v, qui fuerat Eugenio mortuo legitime suspectus, rauudem voluntarie cessit; dignus, quem ad suum reversum erenum, et Geneva anno mccccli vii Joannu punitissime mortuam, etiam miraculis Dens illustraverit.*

Non tamen per ipsum, sed per cognominem ipsi ex filio et successore Ludovico nepotem, Sancti seu Beati cognomentum inter Sabaudorum Principum titulos legi caput: quod hec uicium solumne iusticium Ecclesie Romanæ approbarit, eodem in Canonem Sanctorum relatu; constans tamen subtiliorum ergo sanctissimi Principis sui ossa memoriamque religio, et Pontificum Romanorum consensus tacitus, cum publicis sollemnibusque Beatorum honoribus jum inde ab obito morte constituit venerandum. *Hoc autem ne pluribus hic debent demonstrari facient virtutes et miracula, diligenter collecta per Petrum Franciscum Maletum, Canonicum Regnarem Congregationis Lateranensis: quem ad ea conscriberenda typique vulganda anno mcccix impulit Mauritus, tuus Cardinals a Sabaudia; ubi qui postea anno sicuti ejusdem xxi, ad promovendum Canonizationis postulatum negotium Romam Maletum misit; ut infra rubribus in appendice, excepto ex MS. processu Vercellensi, in supplementum eorum, quo de sacri corporis elevatione, translatumne ac cultu lector curiosus posset desulerare. Erat uitem processus ille, cum ista nolus interrentur jum absolutus, solaque Episcopi, Cammissorialis ea in causa Judicis a Sede Apostolica constituit, sententia mundundus, ut una cum alio simili Taurini confecta Romam portuverat; extremum uel rem conficiendam, ut speruhatur, monumentum allaturos.*

Ceterum quia Maleti compilatio, quoniam Vix precerat titulum, vnde tamen illius actu nequaquam historico prosequitur ordine; sed eatenus tantum ipsa attingit, quatenus ad sanctissimum virtutum exemplarum signis probandam, id est, ad propositum ipsius scriptum firmare poterant; ideo ex predicto Samuele Guichenonio publica decretorum, conventionum ac fæderum acta diligentissime scrutata, premittimus chronologicum ejus, quoniam in terris Amedeus duxit, vix synopsis. ne multis opibus annotationibus sit, ad exerrantem subinde Maleti catalogum revocabendum in eam retegendaque et corrigenda historia menda: quæ attentis Acto per se patet. *Quattuor tamen eorum, qui rebus gestis testes vnde, et alius particeps intervenere nomina quia eorum prolixa series posset lectorum ad sanctiora festinatrem remorari. et ipsa in suo fonte probationibusque ad magnum Historiae Genealogicæ prefatae indicatis,*

atque in secundo operis tomo requirendis, possunt reperiri.

ACTA VITÆ

Ex Gallico Samuelis Guichenon.

Tunc, quod Cabiliacensis Ducatus ad Lemanum lacum caput est et Ripalensi secessu proximum, natus Amedeus, i Februarii anni mccccxxv ip-si in cunis promissus est Yolanta, trienni filia Caroli vii Regis et Mariae Andegavensis, contractu legitime celebrato Turonibus anno mccccxxvi die xvi, et filii a patre atque a pueri confirmato xxviii ejusdem mensis die, anno eodem. Huic paullum adulteri parens suis concessisse videtur, ut sese Principem Pedemontii scriberet, itaque promissionem suam signavit anno ihesi jani seculi xii Cameriaci xiiii Martii, qua Ludovico Delfino, Carlottam sororem Amedei uxorem accipienti, sese ipse obstrinxit reciprocè consanguinitatis iniunctu, ad ejus obsequia caussamque sustinendam: ubi jam tunc Yolantam non sposam suam sed conjugem nominans, suspicionem ingerit matrimonium, tanto ante concludit, jam tunc fuisse celebratum: licet consummatum dñm taxat videatur fuisse in Forensis agri orbe primaria anno sequenti; quando die xxvii Octobris Ludovius Dux dotales filio terras consignavit, litteris Clippiaci signatis, qui deinde ad intercessionem Regis sorori auxit Amedei redditus per donationem Bressiensis Domini, bramatam xii Decembri anni mccccvi.

2 In Bressiam igitur, jani conjugis sui factam, cum viro transit Yolanta post Julianum annū mcccclv, ibique pariter commorati plerisque sunt, mirum in modum complacente sibi in ea regione. Amedeo, proprie quod esset a strepitu anha remotior: quamvis Pedemontii Princeps etiam tunc dicit perseveraverit. Est Bressia civitas primaria Burgus:

in hac una cum lucissa uxore, mortuo patre Ludovico, iuramentum fidelitatis exegit recipique a cismonianis soliditis, Taurinumque ad transmontanos destinavit, quibus suo nomine idem præstaretur: et mox ultimo Februarii die anni mcccclxv Cameriacum movit, ad convocatos in diem xxv Martii Ordines Sabaudiæ ac Pedemontii. Hoc in conuentu, auditu sunt hinc Ludovici xi Regis Francie inde Philippi Ducis Burgundie oratores, contraria sila invicem instanter postulantes in causa Joannis Ducis Borbonii, cui ut armis inferret a Rege solicitatatur Sabaudia, Burgundo ne faceret deprecante. Ipse autem, licet neutrā offensum euperet, tandem tamen ab Yolantæ in partes Istris Regis traductus eatenus est, ut Galeatio Sforzæ, Patavino Comiti et Dueis Mediolanensis filio, regiarum copiarum Duci, transsum per suas ditiones comeaderet ad Villæfrancie in Bavionensi agro obsidionem: enque ex sua aula viros aliquot primarios adderet: qui tunc paco inter Regem Borbonumque composita magno usui Regi fuere eo in pælio, quod contra Carolum Burgundum Carolis Comitem mense Julio pugnatum est.

3 Mortuit interim mense Martio anni mccccxvi Franciscus Sforza Mediolanensis Dux: itaque redire festinans Galantis, neque satis tutum sibi ratus Sabaudi ditiones palam transire, dissimulauit personæ: sed Novaletri in montis Cenitii descensu ba-Galeatium in Pedemontio detrahens, et sum dimitti;

Natus an.
1438.

Yolantæ
Francie
spondetur
en. 1436.

conjugatur
1432.

E

exinde fere
commoratus
in Bressia,
mortua patre
regi en.
enit an. 1438.

equæ adjungi
partibus Regis
Francie,

EX GUCHE
NON.

fratribus
hereditariam
portionem
tribuit:

in Pedemen-
tum transi-
an. 1467.

fœdera sancta
cum Burgun-
dia, Duce

alisque

in Mon-ferra-
tensem i rma
mota

pace inita
deponuntur.

E! Bona soror
Galeatio
fungitur.

Praefectus in
Franciam
Amedeus
honoris
excipitur an.
1468

confederatur
Veneit.

A detentus est: at mox dimissus, improbante suorum factum Amedeo. Circa idem tempus solitus Gallico carcere Philippus Bressiae Comes, post obligatam quam maxime potuit Regi fidem de ea Ducis Amedeo fratri suo servanda Augustani prætoriam cum Jano Comite Genevensi, altero fratre suo, accessit: ubi haereditatem quique suam sub clientele fiduciarie jure jurando suscepere ab Amedeo. Qui deinde continuata in Pedemontium profectione Pignaroli appulit, et ibi die vii Octobris Taurinensium civium privilegia confirmavit, ibidemque primo sequentis anni LXVI die conjugi sue donavit dominium Ville-France in Pedemontio.

B 4 Ut autem Ducis optima nihil erat quam pax et concordia optabilius, sic libenter eidem concilianda operam suam cum posset accommodabat: idque unice studebat ut novis identidem vineulis propinquos sibi vel sanguine vel ditionibus Principes per amicitias fœdera obstringeret. Tale fuit quod anno januarii die xxv Martii Cabillone per suos legatos initum cum Philippo Burgundo ac filio ejus Carolo, quod deinde iv Aprilis Brugis in Flandria signatum fuisse reperitur. Item cum Calabriæ Duce xxix mensis Maii, cum Franciso in Britannia Duce vii Augusti et cum Carolo Franco Duce Normannia die similiter vi Novembris. Interim autem coactus fuit arma sumere contra Guilielimum Montis-ferrati Marchionem, pacta a Joanne patre conventa observare recusantis: cumque exercitu suo Philippum fratrem praefecisset, hic quidem in hosticum copias movit; Marchio vero imparem sese videns, ad Galeatum Mediolanensem respexit; qui continuo in subsidium magnis cum copiis venit, itaque commenstruit, ut ultra scese alienam in caussam miscenti denuntiarit Amedeus, restituaret Valentiam, Occitanum aliasque arcas et oppida, quæ Sabaudicæ domini crepta pater ejus Franciscus usurpaverat. Tandem tamen pax coaluit, post bellum per aliquot menses gestum, et iv mensis Novembris die inter partes convenit, ut in eo quo ante bellum erant statu, relinquenter omnia ex parte Comitis: Galeatus vero restitueret quidquid hoc bello ceperat, et deinde pacis fœdera, quæ pater suus ante annos xii enim Lodovico Duce signaverat, inviolata servaret. His firmans accessere nuptiae cum Bona Amedei sorore pacta, et in Ambosiensi castro sequentis anni die ix Maii celebratae.

C 5 Fuit hic annus seculi LXVIII, cum Jacobus et Philippus, Bressiensis hic, ille Romontensis Comes, Amedei frater, et alius frater, Joannes-Ludovicus Episcopus Gebennensis, contra Ludovienni Franciae Regum amplexi Burgundi Ducis partes, occasionem Amedeu dedero abeundi in Franciam, ut se expertem fraternali consili atque in Regis amicitia constanter declararet. Exceptus est in eo itinere honoribus ubique maximis, Meldisque congressus cum Rege missus ab eo Parisios est, ut vicem suam teneret in succendendo publico rogo, sub noctem præviam festo D. Joannis Baptista. Voluit etiam Rex ut ad ejus in urbem Parisiensem ingressum captivi omnes dimitterentur e carcerebus: qui honor solis Regibus consuevit exhiberi. Ejusdem anni vi Angusti sancitum cum Venotis fœdus est, quo mutua defensionis causa se Dux et Respublica obstringebant, ut singuli ex parte sua in armis haberent continuo, pacis quidem tempore quatuor millia equitum, pedites milie quingentos; bello autem conflato, eum numerum duplicarentur. Menso autem Octobri Ducis ac Ducissæ nomine missus Mediolanum ad Galeatum est Hugo Linus de Montefalconis Dominus de Flaxieu, deprecaturus ne quid adversus Sabaudie statum moveret, contra quam Regi ac Burgundia Duci in sancienda Italæ pace promiserat.

6 Crescebat interim infirmitas Ducis, paroxysmorumque frequentia pene inutilem eum reddebat regimini: itaque ex communis popolorum, magistratum, nobiliumque consensu, translatum illud est in Yolantam, prudentissimam matronam: eique frater suus Rex Francie novo obstrictus fœdere, per litteras signatas Gaurie xv Junii, protectionem quoque et auxilium suum aduersus quoscumque hostes addixit, Ambosia scribens xi Martii anni MCCCCCLXIX: sed quoniam plurimum utebatur Ducissa Antelmo Miolanensi, Ludovico Grilliacensi et Antonio Orbianensi Dominis, notæ fidei atque experientia viris, nobilibus Sabaudis, Genevensis, Romontensis et Bressiensis Comites, Dueis frates, conspirationem clam inierunt de usurpando regimine statuum Ducis nomine, et suis quique in ditionibus militem ceperunt cogere: quod noui sic potuerunt occultum habere, quin rem subdorata Ducissa consideret sibi, primero abducto in castrum Montis-Milliani Duce, deinde auxilium postulando tum a Rego Fratre, tum a Burgundia Duce, quod hic eidem ampliter addixit per litteras, Ultrajecti signatas xx Februario anni MCCCCLXXI: quod idem fecit rogatus Galeatus signavitque Mirabellæ xiii Julii: sed et Episcopus Genevensis ipsi et Yolantæ omnem ex sua parte securitatem perfectamque unionem addixit.

D 7 His tamen nihil obstantibus in Sabaudiam cum exercitu et fratre Romontensi Comite irruens Philippus, Cameriacum usque citra impedimentum pervenit, divulgansque aliud nihil a se agi quam ut anla pellerentur favoritæ, quos vocant, sub muliebri imperio cuncta pro libidine administrantes, urbem Montis-Milliani defensam a nemine vi cœpit expavitque: deinde castrum ipsum obsedit. Interim supervenientis Janus Genevensis Comes, sub quadam concordia specie, Duces coegerit promittere quod designatos nobiles septem removerent ab aula, rationem gestorum coram Statibus reddituros. Sed nihil hic pacta conventa colibuerunt conspiratos fratres, quo minus occupato castro Praefectum impunerent Guilielmum de Balma, Intermontii et Montis-majoris Cornites captivos acciperent, Ducemque in suam potestatem redactum Cameriacum abducerent: non tamen et Ducissam, quæ artificio vim eludens, fuga se recepit in Aspermontis castellum, indeque ad Regem Fratrem Hugolinum Mon falconium direxit, auxilia postulatum.

E 8 Movit Regem, ut debuit, tam atrox injuria illata sorori: mandavitque continuo ut illius provinciæ gubernator coactis ex Delfinatu copiis, quantis possit; obsessa succurreret: et quem penes se babebat Carolini Pedemontii Principem, exercitui præficiens sub Comitis Villariensis magisterio misit in auxilium inatri. Sed tenerum hunc florem in ipso rei agende principio per iter mors abstulit improvisa: et solos, quem dixi, Delfinatu Gubernator, junctis sibi Episcopi Genevensis copiis, Asperum-montem obsedit, intercepit, Ducissamque liberatam adluxit cum liberis Gratianopolim. Novis deinde majoribusque copiis ex Francia submissis, ventum est in conspectum hostium, circa Cameriacum, cuius suburbia conjurati insederunt: ibique, prius quam veniretur ad manus, medianibus Bernensium ac Friburgensium legatis et superveniente paucos intra dies oratore Gallico, pax inita inter partes est, conditionibus illis, quas in ipsis ejus instrumentis meuse Augusto signatis licebit legere.

F 9 Tum vero pacata Sabaudia Ducibusque in integrum restitutis, Montes Amedeus transiit, expertus num aeris mutatione quidquam ad levandum infirmitatem posset proficere: ibique die v Martii Montiscapreoli dominium in Pedemontio condonavit uxori, pro ingentibus ejus erga se et subditos suos meritis

uxori regimen
provin-iarum
committi
an. 1469.

contra hanc,
magis licet
fœveribus
utram, an.
1471

arma novet
fratres Ducti,

ipsiusque dolo
in potestatem
sum redi-
gunt,

elapsa per
fugam Ducti-
na:

et copias nucia
pacem extor-
quet.

An medeus in
Pedemontum
transit an.
1472

*et moritur
Vercellus :*
enus epitaphium :

A meritis, vergenteque paullatim in deterius valetudine, mortem Vercellis oppetiit postridie Paschatis, anno MCCCCCLXXII, etatis sue XXXV: et sub altaris majoris gradibus in D. Eusebii æde humiliter, sicut mandaverat, sepultus, exequias dumtaxat solemnes habuit biennio post, convenientibus ad eas praecipuis Sabandica: domus Principibus et ecclesiarum Antistitibus: fuerat autem hoc ei positum epitaphium:

10 Claudio in hoc tumulo, qui Princeps Imperialis

Dux Amedeus eram: quem dedit alta domus, Regis Alexandri Saxonia prole creata;

Imperii proceres hinc mibi duxit avos.

Sacra dies Paschæ, quarta celebrata Kalendas, Dignata est humilem justificare Ducem.

Exhalat terno, deplangitur ante Kalendas,

Aprilis mitis prima recondit eum.

Hic pietatis honor, pacis divinus amator,

Pauperibusque pater largior ille fuit.

Mille quatercentum cum septuaginta duobus

Annum pangebant, dum petit ille polum.

11 Elogia Ducis optimi historici omnes Sabaudi multi que exteri texuere: sed peculiaribus opusculis

B eum celebravere Franciscus Ranzo, Petrus Franciscus Maletus, Cardinalis Bellarminus, Stephanus Binetus e Societate Jesu, B. Franciscus Salesius Genevensis Episcopus, Frater Camillus Balliani ex Ordine S. Dominici Inquisitor Taurinensis, et Franciscus Codrettus ex Ordine S. Francisci de P. Observantia. Hactenus Guichenon, breve ex dictis auctoribus contextens sanctitatis Amedei elogium, cuius exterrantem calamum in die mortis cum per vigilio Paschatis conjugundum correrimus, ex eoque elogium finiente didicimus electam a B. Amedeo tesseram, quæ representaret sepulcrum cum tribus elavis atque corona spinis et hac epigraphe. Animam hic corpusque devovi. Congruum sine pietati ipsius lemma: quam plenius descriptam subiungimus ex Maleto, nunc usq; (quemadmodum testantur qui legere) manuscriptus predicti Laurentii Ranzonis. Ceteri autem supra nominati ex incidenti dumtaxat illum landare ut Bellarminus in Principe Christiano aliisque in opusculis altis: ex quibus postremos duos needum vidimus.

VIRTUTES ET MIRACULA

ex Italico Petri Francisci Maleti, Canonici Regularis Congregat. Lateranensis.

CAPUT I.

G B. Amedei pia juventus: eximiæ mansuetudinis et fortitudinis laus.

L udovicus Dux Sabaudie, Amedei Pacifici filius, bello ac pace inclitus, anno Christi MCCCCXXXII Annam Jani Cypri Regis filiam uxorem duxit; quæ viro, anno felicis matrimonii tertio, prima Februario die, Tunonii peperit primogenitum suum. Eam nativitatem ingens omnium ordinum letitia exceptit, et boni omnis causa vocatus puer in baptismo est avito Amedei nomine. Lactenti adhuc sponsa addicta est Yolanta Caroli VII filia, soror Ludovici XI, Regum Francorum: itaque ex ipsis cuius coepit pacis concordiaque pignus haberet et amari a parentibus, pertensis molestiarum quas bella discordiaeque parabant. Quæ fuerit pueritia ejus, quamvis nemo sit qui explicuerit scripto, licet tamen ex ætate consequenti agnoscere: quem enim suo nomine præferebat puer Dei amorem, hunc adultior et exercere ipse et docere alios verbo sategit atque exemplo. Et priuam studium multum posuit in orando Deo; nisi eo prævie conciliato per preces, nihil magna aut parvæ rei aggrediens; totius diei negotiis Missæ sacrificium

præmittens quotidie, ipsamque orationem crobra ad D eum mentis elevatione interpolans, sive cum canonicum Horarum pensum persolveret hymnis psalmisque devote recitandis, sive cum per hortum solus inambulans, frequenti genuflexione adorabat numen et Christi patientis mysteria recolabat, sive etiam cum pervigiles (quod faciebat frequenter) noctes in precibus duceret. Ut autem ad orandum Deum aptior puriorque accederet, crebra animum expurgabat confessione, opera utens viri e Franciscano Ordine perquam eruditæ ac pii, Magistri Joannis Fausonis de Mon-devio.

2 Hec ut Deo summe faciliunt gratum, ita hominibus amabilem reidebat comitas et affabilitas summa, et absque fastu magnificentia, cum singulari formæ decore; quam conciliabat statura honesta, color floridus, vultus raso semper pilo juvenilis, frons spatiose, aures meliiores, oculi nigri ac scintillantes, genæ convenienter eminentes et mentum ex rotundo quadratum. Angelum dixisses, nisi hominem et humanis infirmitatibus obnoxium indicasset. morbus epilepticus: cui cum a teneris esset obnoxius, ipse de eo loquens, minus esse agnoscebat Dei, paterno sibi amore datum, ne in superbia efficeretur, in tam eminenti fortuna primogenitus, inter eas qua conditionem ejusmodi sequuntur aularum adulaciones atque blanditias: quin et dicebat se in firmo corpore vicinorem esse Deum, et mali identem recurrantis insultus pro stimulis sibi esse ad bona opera exercenda.

3 Interim advenit annus Christianæ Ævo MCCCCLI ætatis ipsius XVI, quo currante pridem despontam sibi Yolantam duxit uxorem; non ardore libidinis sed paternæ obedientie studio ductus. Itaque nec difficulter totum sponsæ suæ in se traxit amorem, nec minus a patre diligebatur ardenter pro suæ observantiae et pietatis merito: cuius intuitu Pedemontium gubernationem ab eodem accepit, sibi commissam cum titulo Locum tenentis generalis Dominique Bressæ ac Vausii: ut errore eos lapsos appareat, qui existimant patre mortuo, Amedeum præ infirmitate ad regimen inidoneum, statim illud in uxorem transtulisse. Erat enim paroxysmo transiente mente pariter ac corpore firmus, quod satis ostendit, pleraque sua ditionis loca ipse per se obiens frequentius quam alius majorum suorum ullus; nec raro etiam in exteris regionibus hospes: ut cum Ludovicum patrem et matrem Annam in itinere Arvernico assecutus est, sociam uxorem ducens ad obsequium suorum gentitorum; idemque officium eidem præstítit ad S. Claudium proficisci: quare nihil causæ fuit quominus ille dubitaret filio regimini habendas committere.

4 Sed tanta amoris ac dignitatis prærogativa non potuit non somitem invidiæ accendere in animis fratrum, quorum unus Philippus nomine usque adeo indulxit impotenti affectui, ut non dubitaverit arma in fratrem, ipso patre inspectante, movere, eaque insolentia commeritus sit, ut eodem procurante per Franciæ Regem castello Locensi includeretur captivus. Verum tantum abest ut ea in re partem haberet Amedeus, Fratrum suorum amantissimus, ut statim a parentis obitu accesserit pro liberando Philippo apud Regem intercessor, conciliandarumque enim eum Margarita Caroli Ducis Borbonii filia nuptiarum auctor existeret; Bressam ultiro eadem condonans, et dono honorem aildens Locum-tenentis generalis. Poterant haec debebantque sufficere, ut et amari se intelligeret Philippus, et amantem vellet redamare: secunda tamen offensione fraternali indignatione commeritus non tantum illam expertus non est, sed adeo pium erga se Amedeum sensit, ut ab eodem se dilectissimæ conjungi prælatum quadamtenus posse obessus

laudatores,
testem.

*Ludovici et
Anna Cypri
natus 1432*

*Dei amorum
crebra ora-
tione lovet:*

EX ITAL.
FRANC.
MALET.

cum blando
allogio
mitigat :

capitantes de
abdicando sibi
Ducatu
subdusos

tenuer
corrigit :

Galeatum
Mediolani
Ducem

hostem et
ingratum

affinitate
functis subi
concedit.

similis erga
altos n. ansue
tudo :

A tuerit gloriari. Etenim datus sibi non contentus horribus, in ipsam Ducalem aulam administrationem que ambiabat ingressum, nec cerebat Dominum Meolani, Dominum Grilli, aliosque Sebaudos assiduo famulatu assistere Duci. Quare aesi justa ea foret causa in justissimi belli, non dubitavit coacto milite obsidionem ex improviso admoveare castro montis Milliani, in quod cum uxore se frater receperat.

B At hic non armis arma repressit, nec saltē portis hostem moniisque arcuit: sed intro ad alloquium invitavit, et verbis blandis sic emolivit, ut ruborem incusserit tam insigniter impio, et obfirmatum animum fregerit vice ritque: quanvis non sequi longannis Yolata, eo nomine palam a maritodissentiret, et vindictam meditans militem et arma a Rege fratre posceret. Sed et hanc flexit mitissimus conjux, quoque et Christi exemplo docuit offensam remittere. Similem se aliis pluribus praebuit, quos Ducis in virtutē vestituque modestiam, erga sacra resque divinas religionem, in pauperes misericordiam aliasque dignissimas Princeps virtutes superbo fastidio aversatos, consuepsa sua evexit insolentia, ut contempnere Amedeum, velut degeneris animali vilisque hominem, et cuello quam purpure aptiorem præsumerent, ocoleque in ejus depressionem abdicationemque conspirarent. Quos ille ut a proposito, secretiori via cognito, reveraret; amicos etiam quam alii ut illis ecipit, secumque ad Franciam Regem duxit; ostendens hinc ipsos sibi caros esse; illis vero occasionem præbens cognoscendi, quo loco habetur a Rege: itaque efficit ut eopti eos sui peniteret, muta illa admonitione correctos, et, quas alii fuso sanguine eluendas vix crederent, culpe alta obliuione sepelirerentur.

C 6 Neque minus memoria dignum est, quod cum Galeatio Sforza, Mediolanensi Duce, egit. Iujus patrem Francensem domus Sabaudica inimicum professum passa fuerat, donec aliquam concordie rationem Ludovicensis Dux init, qua conclusa Francensis moritur, Galeatio in Delfinatu absente: quem cum ad paternorum ditionum possessionem adeundam res ipsa vocaret, neque iter nisi per Sabaudiam comode posset institui; ipse sibi conscient, quid committeritus esset, non paternis tantum sed propriis etiam adversus Salicandrum Ducem injuriis; dissimilata persona, inseruit se faulnis Antonii Placentini mercatoris, cum corpore Mediolanum proficiebatur, agnitus Novalitii et ab Alblito Casa novae detentus, ab Ugo- ne Alemano captus est; qui mox ad Amedeum expeditum nimis, de successu, ut sperabat, gratissimo relatueros. Verum alter accepit Amedeus, et continuo libertati restituti Gabentium mandavat. Ille vero accepti beneficii immemor, non modo nullam rebus gratian, sed nec conditiones quidem, quas pactus fuerat pater suis, curvavil observare. Quare commotior in eum Ducis frater Philippus, arms compescere volebat insolentem, ferissetque, ni pacis studiosissimus Dux et a sumenda vindicta alienissimus, alia prorsus via se suaque voluisse tueri, Franciam Regem concehanda pacis et arctioris amicitiae arbitrium diligens, ipsamque sororum suum Bonum uxori Galeatio jungens.

D 7 Quid nunc mansuetudinem eam dicam, qua erga Joannem Ducem Borbonum usus est, nouumilla Bressae castella intentem usurpare: aut ergo Monserratensem Marchionem Guillelmann, cui licet Philippus justum intulisset bellum, vindicanda jurisdictionis sue ab eodem violatae causa, Amedeus tamen non modo non probavit factum, sed totam controversiam arbitrio Galeati Ducis commisit, uno eodemque consilio honorum nulli deferens, et inimicis amicitiam extorquens? Nec potuit tanta lenitas pusillo impuniti abjectoque animo: enim enī non sua sed Dei

caussa et ecclesie agebatur, Mosis ac Phinees semper labatur zelum, nullis impendiis et periculis parcens. Ita cum tristis de capta Constantinopoli nuntius ad eum esset perlatus, conscribi copias militares armarique magno numero jussit, atque in Peloponnesum destinavit, prohibendis barbarorum adversus Christianos progressibus. Cum vero Pins u bellum Turcicum meditans, couuentum Principum Mantuae indixisset, inter primos Amedeus eodem prefectus est, seque in commune fedus adscribi voluit, arma, militares, pecuniam promittens anno mcccclix.

E 8 Mirabiliter porro ejus emicunt magnanimitas, cum Jacobus Cypri Regis filius notus, Nicosia Episcopus, dimissis mitra pedoque pastorali, sceptrum arripuit, injustamque regni invasionem armis magis in justis defensurus, Soldano Egyptio sacramentum dixit fidelitatis, Dei Christique injuriam jungens perfidie adversus legitimam regni haeredem Carloottam, Ludovicu Salicandu fratri suo noptam. Etenim dignos caussa et matalibus suis spiritus induens, totus in sacram ferebatur expeditionem, quam nihil minus agchatur, quam ut regnum istud Christo ac fratri conservaretur. Talis cum erga suos et Dei inimicos esset, erat etiam in subditis regendis publicisque vitiis corrigendis fortis atque robustus; itaque omnium merebatur amorem, ut tamen ejus caussa nihil remitteret de rigore justitiae, sepe Davidicum illud in ore habens: Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt nec potuerunt stare, quoniam Deus sprexit eos. Unum hoc nempe spectare solitus, ut placet Deo, conjungebat tamen cum persona Princepis affectum patris, naucleri vigiliam, prudentiam medici atque pastoris curam. Et quia summum conservandi status momentum in concordia Princepum reponebat, curavit ut cum Philippo Bono, Burgundie Duce, Venetaque Repubblica fodus suo nomine sanciretur ad mutuam defensionem.

CAPUT II.

B. Amedei erga pauperes comitas et liberalitas, rigor vite, liberi, pia mors.

V erum illi, que diximus, negotiis non dabat, sed commendabat dumtaxat amicum, quasi alienum a seipso personam invitus sustinens, cum pauperibus vero sic erat, ut totus in ea occupatione definitus, nullam aliam habere curam, nullas delicias videtur. His serviebat ipse accumbentibus ad mensam, sibique paratas inferebat dapes: in horum comitatu esse gamblebat et conspicie, nullum rejiciens, fastidiens nequicunque, quantumvis ulcerosus pannosusque videretur. Cuncte non decessent, qui tantam Ducis sui humanitatem vilitati imputarent, eoque nomine ipsum etiam redarguerent presumerent atque monere, videret ne infra suam dignitatem nimium ipse se abjiceret, suisque contemptui esset propere; respondebat ipse, Sinite, quarto, neque me frustrare vilitis merito, quia talibus misericordie Christiane operibus iuxta doctrinam Evangelicam multum potest accumulari. Consiliariis vero suis, eleemosynarum largitatem restringere cupientibus, cum dicerent ea prodigalitate fieri ut immensa pecunia summa expenderetur, que reparandis urbium castellorumque munitionibus, militarium virorum stipendiis, nobilium virorum obsequiis remunerandis fuerat impendenda; ne his neglectis nudus atque inermis remuneraret, et hostili cuivis violentiae oportunus, respondebat, nullas se munitiones firmiores, nullos fortiores milites, nullos auxilios fideliiores nosse quam pauperes, quorum praesidio suis omnes ditiones tutas esse securus existioaret. Itaque pauperes suis appellabant commilitones, detractas corpori suo vestes non

*fortitudo
contra
infideles,*

*et contra
Jacobum Cypri
invasorem,*

*justitia
servanda
rigor.*

*milites eos
suis vocat*

numquam

A numquam iis largiens, et una quandoque familiariter discubens ad mensam.

10 Fuit cum forte a legato quodam extero, num quos haberet venaticos canes interrogatus, ingentem eorum numerum ipsi postridie ostensurum respondit. Reversum autem ad horam condicatu boninem, cum canes nulli apparerent, in proximum induxit conclave, unde in subjectam aulae planitiem despectus erat; ibi mensam illi admirabundo oblongam et ciborum omnis generis refertissimam, accumbentesque mendicos ostendit plurimos. Isti, inquiens, amice, canes sunt, quibus in hac vita celum venor. Ad quae, dicente inter alia legato, inveniri sepe homines improbos qui paupertatem simulant, et mendicando quam manibus operando malint vivere: Nolim tam anxie istud ego inquirere, Dux ait: nam si in nostras actiones pri curiositate inquirat Deus, et quietescumque a recto deflectimus animadvertere vellet, non tam larga liberalique manu sua in nos conferret beneficia. Alia autem praeter hanc complura in pauperum patrocinium, allegante Duce, eaque variis confirmante Scripturis locis atque exemplis, interpellans Legatus. Si ea mens esset omnibus Principibus, inquit, ad paupertatem plures quam divitias aspirarent. Et essent quoque, reposnit Dux, qui sapient et sibi recte consulerent plures. Divitiarum enim comites plerumque sunt superbia, insolentia, fastus, temeritas, injuria et rapina: paupertatem vero modestia, sobrietas, justitia et ceterae virtutes affectantur.

11 Hæc ille tunc: nec potest solentio præteriri quid alia vice Vercellis acciderit. Funium confidendorum faber in conspectu castelli suum faciebat opus, cum Ducus ministri aggressi hominem monebant de solvendo tributo noviter constituto: ille autem ex desperatione inveniendæ pecunia cœpit in blasphemias voces erumpere, clamore tanto ut ipsum Duxem compulserint prospectare per fenestram et advocatum ad se interrogare quid pateretur. Expositus ille egestatem suam, que propediem esset futura major, ablata exigua quam habebat suppellectile in solutionem tributi. Dux vero blandis verbis afflictum consolatus, et spem fiduciamque monens in Deo colloca tam habere, deprompsit et Ioculis summum pecuniam, quam evactoribus tradiceret requisitus. Qui factus successu ad postulandum animosior, simile subsidium aliis, æque ac ipse solvendo non futuris, poscere agreditur. Quod minime negligendum sibi ratus Dux, nec supra fortunas suas plebem gravari volens, requisivit e Consiliariis suis quam justa esset novi illius tributi causa: et intelligens eam excusari non posse, propter præsentem exhausti ærarii inopiam; torquem Ordinis, quem nunquam non gestabat e collo, sibi detrahit, jussitque ut redacto in pecuniam pretio instanti prospicerent necessitat, pauperculæ autem plebi parecent.

12 Magnificam insuper liberalitatem suam demonstravit Amedeus erigendis hospitalibus, quale unum Confluentæ cernitur; ecclesiis reparandis, ut cum S. Marci et Carmelitarum templo Vercellis novo stravit pavimento; monasteriis alieno aere sublevandis, quod Augusti apud Franciscanos fecit; locupletandis sacraris, nominatim S. Eusebii Vercellensis, ubi donatae ab eo planetæ, materia et arte pretiosissimæ, servantur. Hæc autem omnia pietatis opera cumulavit tunc maxime cum peregrinus Romanus abiit religionis ergo: eleemosynis enim larga manu per iter et loca sacra effusis non contentus, S. Petri basilicam donavit rarissimis ac pretiosissimis geminis, quas in suis thesauris potuerat reperire. Cum autem in suo ipse Statu haberet pretiosissimum Sindonis Dominicæ pignus, frequens ad ejus venerationem accedebat, et quidem pedes, suoque exemplo

etiam Yolantam, dulcissimam conjugem, pii laboris D trahebat sociam, singulari cum edificatione fidelium subditorum. Addebat his alias corporis pro Deo macerandi rationes: imprimis autem raram cibi potus que abstinentiam, ut creditus fuerit, hac una mediuca plurimum mitigasse epilectici mali incommoda, quibus alias fuisse cumulandus.

13 In hac tamen rerum delectabilium abstinentia et commodorum corporalium neglectu tanto, non obliviscebat dignitatis suæ: sed omnia, que Ducalem aulam spectant, ministeria atque stipendia tam splendide numerosequre habebat ordinata, ut nihil summis Principibus etiam in seculari pompa concederet: idque non domi, tantum, sed et foris, si quando peregre hospes degeret: ut patuit in primo ejus ad Franciæ Regem accessu. Qui volens sororis suæ maritum modis omnibus honorare, suas ei vices commisit inflammando rogo, cui, ad honorem S. Joannis Baptiste in Vigilia ejus arsuro in foro Parismo, faciem subiectere Rex ipse solet, omnibus regni Proceribus stipatus. Quod ita fecit Amedeus, ut magis etiam quam fuerat bonoratus a Rege, honorari a Deo mereretur illo in actu, plurimis infirmis, claudisque et debilibus, qui ad festum accurrerant, sanitatem impertiens. Ab aula nihilominus sua superfluum omnem resecabat luxum, nec in ea degere tolerabat, qui non sibi persuassissem mores ex virtute compondere, exilio etiam multatis iis, quos Dei nomen blasphemasse cognorat. Tales igitur cum haberet ministros, qui Domini vitam virtutesque sectarentur, facile ei fuit ærarium, quod exhaustuu repererat, implere paullatum; Fratribus congrua statui suo subsidia conferre; invenire tribus sororibus dotem; et tantum insuper pauperum turbam alere, citra ullius novæ exactionis constitutionem; quin etiam redimere possessiones a suis majoribus oppignoratas.

14 Erat ergo hominibus pariter et Dux carus, maxime quia ad virtutes prædictas sumnam justitias suum cuique tribuenti curam addebat. Ut autem ab hominibus laudem, sic a Deo benedictionem refrebant multiplicem: cuius pars non minima felix et numerosa soboles fuit ex conjugi, quæ sex mares et feminas tres viro suo peperit: scilicet Carolum, Claramonte natum anno MCCCCIII, mortuum Gratianopolis LXXVI: Philibertum, Camberii in lucem editum MCCCCLXV, ex eaque subductum LXXXII: Bernardum, Pignaroli eodem anno MCCCCXVII natum atque denatum: Joannem Carolum, cui natalis lucis Carginianum fuit anno MCCCCXVIII, et anno ejusdem senectuli xc mors immatura obtigit; Joannem Ludovicum, qui ad annum astatim decimum tertium, Christi vero F annum MCCCCXXXV vivendo pervenit; et Claudium Galeatinum, qui mortuum patrem e cenis ad celos est comitatus. Filiae autem fuerunt, Anna, Frederico Regi Neapolitano despontata; Maria, Philippo Marchioni Auspergensi et Rotelinio nupta; et Ludovica, que per post mariti Ugonis Cabillonensis mortem vidua, monasticum institutum amplexa est.

15 Præcipuus ex his patri dolor et exercendæ monstranda: que tolerantia argumentum fuit is, qui primus nascendo fuerat Cardus, magnæ spei adolescentis, et iam tunc cœptus adhiberi rebus nonnullis gerendis: post cuius mortem paucis clapsis mensibus, Duxem affineum visitaturus, Vercellas advenit Geleatus Mediolanensis, multis in suo comitatu canes addueens: cui saniora monendo facetum excoxitavit consilium Amedeus, majori numero colligi jubens pauperes qui ipsum assertarentur: nisi dicere malimus eos collectos non tam castigande afflinis Ducus vanitati, quam præparandas in celis mansioni, ad quam non multis post dies erat ipse transiturus, ætatis annum agens XXXVI. Hujus rei index cometes maximo in fulgore per quatrūdum semper seipso major

EX ITAL.
FRANC.
MALETI

Domi nihil-
ominus et foris
splenditus

E
luxum ab
multa super-
fluum resecat :

gignit sex
filios

e: filastres.

Goleatti
canibus nos
pauperes
componit

testimentum
condit

et canes
venaticos:

paupertatem
laudat:

unius e vulgo
querela
monitus

militari
verrationes
jubet.

Erga pia locu
liberalis

limina
Apostolorum
temel,

tepe sanctam
Indonem
rishi pedes.

EX ITAL.
FRANC.
MALETI. 1.1.1

A major, visus est populum admonuisse : ipse autem ut letali sensit se morbo corripi, mente in Denn elevata divine se voluntati subjicit; et horam exitus sui circumstantibus signans, primo sepulturam locum eligit quam posset bumiliuum, sub gradibus altaris majoris S. Eusebii Vercellensis : eorum scilicet volens pedibus concaleri sub terra, per quorum manus oblatis sacrificii sperabat supra celos elevati : deinde Volantam uxorem liberorum tutricem esse constitut, et susceptis pie Sacramentis extremis eoram uxore et filiis atque ministris primariis administrationis publicae, supremam suam voluntatem paucis verbis testatam reliquit, Facite, inquiens, iudicium et justitiam, et dilige pauperes, et Dominus dabit pacem in finibus vestris.

16 Sic comparatus ad exitum Dux, et humanis *et pie mortuus* omnibus exolutus curis, beatum spiritum reddidit sub aurorum diei penultima Martii anni MCCCC.XXII, omnibus inopinantibus, ut ait in suis manuscriptis in Sabaudica Ducali bibliotheca repertis dominicus Machaneus Mediolanensis ; qui et asserit, retulisse sibi inter alios verissimos testes virum gravissimum, Magnificum Stephanum Capriscolle quondam Sabaudiae Generalem, se predictam stellam admirando continuatis diebus conspexit : et in Auguste urbe

B Taurinorum primaria dum supplicationes agerentur a venerando Antistite Joanne de Campesio, triginta millibus hominum, in vestibus albis atque pedibus nudis comitantibus, pro salute mentis et corporis Duci impetranda, circa solem visum esse circulum mire pulchritudinis [ipsiusque Beatum in eo] similem sedenti in throno; qui cum plus conspiceretur plus terræ proximus videbatur : quæ ipsissima verba habentur in chronica Martini, impressa Taurini anno MCCCCLXXVII sub Pontificatu Sixti IV anno VI : ubi etiam dicitur : quod in obitu Duci hoc signum contigerit. Ut videri possint huc litanie extra ordinem tanto cum fervore institute ad primum de periculo mortis Principi imminentis nuntium, signum autem ipsum ait quidam visum esse eadem hora et momento quo Amedeus obiit : alii Angelorum cantus addunt et celestes odores ad corpus perceptos.

17 Deinde a Duccissa vidua inducta exequiae sunt, ad quas tanta hominum accurrit multitudo quanta nunquam simul Vercellis visa est. Funus comitabantur Senatores centum et Ducas aulae ministri feudatariique clientes, omnes polluta induti ueste, tum pauperum multitudo maxima candidis indumentis anicta ; ut notaretur dolori de Duci morte conceptio mixtum gaudium de illius gloria : de qua ut nihil debitandum esse ostenderent, qui una cum clero secuti fuerant tres Episcopi, Tarentasiensis, Taurinensis, et Vercellensis, sacrificia sua sic instituerunt, ut hic de Spiritu sancto caneret primo nonoque die, secundus de Beata, primus in genere pro Defunctis fidelibus.

C CAPUT III.

Beneficia sanitatum impetrata variis, praesertim herniosis, febribilibus, diarrhoeis atque phreneticis.

Galleria de
narratibus
Anecdota
locis

H Is que mortem beati Duci illustraverant signis morta erga defunatum veneratio popularis, copit continuo potentem et eolis patronum experiri, et eis miraculis confirmari in ea, quam de Principiis sui sanctitate habebat, opinione : ejus testes sunt votiva anathemata infinita Vercellis ad locum sepulturae appensa. De quibus eum sermo esset ad Galeatum Sforzani, arrepta joci parum digni occasione, uxori sua Bonae dixit, quas fratrum factum esse speciarium et cerepolam. Verum immobilem mox se sua in

sede expertus, culpam indicio uxoris agnovit, ejusdem quem irriserat patrocinio invocato, consuetum castigatur, corporis motum recuperavit. Porro quædam ex miraculis ad B. Amedei invocationem patratis praecipitatus dominicus Machaneus bis verbis referit.

19 Bugellensis quidam a febre diutina illico sanatus est : aliis Novariensis ossiculo in oculum dolore summo inclusu : Russinus etiam non superstitionis tridui inedia deficiens, nec a natura remedium comperiens : Ardichinus de S. Gerinano de surdo factus est audiens, Generosa Antonia ab hydropsi sanata. Bonus Grammaticus insania liberatus : Jacobus Bojera Taurinus vulneribus suis invocato Amdeo statim cicatrices obduxit : Guilielmus Pinarolius podagra liberatus est : Joannes Ossolanus Taurinus idem obtinuit beneficium, et Bartholomaeus Mota fracti brachii integratatem. Nicolaus Vercellensis, custos porta, equo super illum cadente extemplo vovit, illasque remansit. Quæ omnia esse verissima probant vota nuncupata oblataque ad cœnotaphium, in medio chori templi primarii Vercellarum erectum. Et ne singula nomina utriusque sexus hic scribam, quæ in libellis miraculorum a gravibus viris referuntur : Respublica S. Gerinani oblatio cereo, se ex oppidulo illo Galeatum Sforziam Mediolani Duceum, ingenti cum exercitu imminentem machinisque bellicis formidabilem, arcuisse testatur.

20 Hæc ille breviter : cetera prolixius digeruntur per ordinem alphabeticum, quem Italica in lingua habent singula, aut saltem præcipua, humani corporis membra ; quem ordinem ut in Latine quoque seruaremus lingua tanti non putamus esse, ut propriece cuncta vellemus inverttere. Sunt ergo fidei interpretatione sequentia, quæ B. Amdeo sanctitatem comprobant. Henricus Vinealis Lanarius Eporediensis, membris omnibus stupidus immobilisque, tertium mensem jacebat in lecto : qui ut se Beato devovit, non solum rorile paullatum sibi vigorem sensit, sed intra paucos dies sanus ad sepulcrum venit, seque voto exoluit. Agnesina uxor Uberti Nigri de S. Germano, in quodam rei familiaris opere curando ex sublimi lapsa cubiculo, confractum ex easu brachium habuit : factoque de brachii cerei ad sepulcrum oblatione voto, intra medicinarum usum et medicorum operam, consolidatam rupturam gravisa est. Agnesina Petri Cavalli de S. Germano brachium male affectum ferebat ad omnem actionem inutile : ut autem Beatum invocavit, et candalam promisit, omni se dolore liberam sensit. Joannes Bartolina de Motta-comitum improvide currrens brachium sibi fregit, quod absque alio medicamine consolidari meruit mater, candalam pro filioli longitudine vovens. Joannes Lia de Monte cravello, sub carrum quem minabat coincidens, retulit brachium a rota supergressa comminutum tribus locis : et recordatus quam promptum a B. Amdeo referrent auxilium invocantes, ipse quoque ad eum convertit spem, brachium e cera spondens ; illudque mox integrum et paullo post etiam a dolore liberum sensit.

21 Julius de Mulegio Vercellensis, ex caossa incognita toto capite vultuque sic intumuit ut videre oculis nihil posset, et intolerabiles prorsus pateretur cranciatus. Hic quarto infirmitatis die vota sua ad B. Amdeum convertit, ceream premittens imaginem, et subito absque medicina ulla resedit tumor, ipsoque intra duos dies pleno convaluit. Nicolaus, Comestabilis porta S. Andreae Vercellensis, e monte revertens, ita infelicitate ex aquo prolapsus est, ut tota hora sub ei jaceret, maximo cum periculo ne totus, praesertim in capite, contereretur : quod ipso metuens et omni auxilio alieno destitutum se cernens, vovit si inde eriperetur oblatum sese e cera caput et ex oppressione periclitare.

ad

A ad sepulcrum Beati cum aliquot candelis : et mox equus assurrexit, ipseque in pedes subsiliit, tunc integrus ac si lapsus non fuisset.

Hiem herniorum plures e

21 Joannes de Nigris ab hernia decennali invocatione B. Am. dei sanatus est intra biduum, nulla prorsus medicina usus. Joannes Christoporus Mediolanensis, eamdem infirmitatem secundo jam anno patiens, paris cum sepulero longitudinis candelam Beato vovit, et sanitatem intra octiduum recipiens, votum complevit. Joannino de Pratolo Vercellensi natus est filius ab ipso matris utero herniosus : qui cum secundum ætatis expletet annum, pueru compatiens pater, trium solidorum candelam promisit, et subito locum infirmitatis inspiciens, eam prorsus sublatam cognovit. Simili voto duarum librarum cereæ Andreinus de Monte formoso, quamvis quinquagenarius, mernit a vestigio persanari ab in veterata ruptura. Agnesina, uxor Bertoni de Larizata, filii suis, quinquenni uni, alteri septenni, parem impetravit gratiam, quatuor solidorum candelam sepulcro offerendam spondens, sic ut sanitas emissum votum in uno quidem subito, in altero paullo post, sequeretur. Dominicus Costa de Carezzana, quinquagesimo sexæ ætatis anno currum incuriosus agens, everso illo, sub ipso jacuit herniamque incurrit : a qua liberatus est sepulcrum Beati circumiens ex voto, candelamque in manu ardente gestans. Catharina filia Jacobi Rosa idem se facturam vovit pro filio similiter periculose laboranti, eoque ipso illo momento convalescente, votum alacris adimplivit. Benevuta, uxor Jacobi Carezzanae nati, pro filio ramicoso et octodecim menses febribus afflito, obligavit se voto candelarum duarum ad sepulcrum ferendarum sicille sanaretur : ejus rea voti, illud exoluit. Ruffinus Vulpes, Vercellensis, succurrere volens nepoti suo, sextum mensem hernioso, constituit apud se pro ejus salute ceream Beato candelam offere, et quod petierat consecutus est.

22 Uxori cuiusdam Antonii Legnana dentes sic enormiter vacillabant, ut minimo quovis tactu excutiendi viderentur : votum ille pro uxore vovet, et cereum caput ad sepulcrum promittit, huc autem dentes solidari mox sensit. Christophorus Vardellus de Chivasso uxorem ingentibus videns oppressam doloribus, itaque affectam ut extremis munita Sacramentis mortem expectaret in horas, promisit Beato Sacrum unum in gratiarum actionem cum oblatione cerei curandum ad sepulcrum : et mox sanatam esse mulierem testatus est, cum suo sese voto exoluisset. Similibus doloribus cruciari matrem videns nec ferens Antonius Reynaldi de Voghera, cerea libram pro ea devovit, et subitam impetravit sanitatem; ut testatus est Gregorius illius frater, emptam Vercellis ceram ad sepulcrum offerens.

dentes solidati.

corporis totius dolores sublati.

loquela mortuorum

et mortuorum relativa.

compatientes consanguinei, cum pro ea Missam et D imaginem ceream offerendam vovissent, subito balbutire coepit ; et aucta paullatim articulandæ vocis facultate, liberum denique expeditamque ut ante linguam habuit. Petrus Zaninus de Piverone in ætate juvenili tamen incurrit infirmitatem, ut pro humanis vocibus mugitus edere vide-retur, nec ab illo pene posset intelligi: qua re afflictus B. Amedeus invocavit, et quod lingua non poterat corde promisit, imaginem videlicet ceream, si loquela recuperaret, prout ipso illo die factum est.

24 Rufinus Carenci de Stroppiana circa D. Michaelis festum gravissima invasiva febre, post unum morbi tolerati mensem eo reductus est, ut triduo toto cibi potuisse et loqueke expers jacuerit. Hunc cum amici sui Beato commendassent, cum voto aliquo cereorum offerendorum, tantum subito vigorem recuperaravit, ut eadem qua mil gustarat septimana venire ipse Vercellas potuerit, voti adimplendi gratia. Dominicus, filius quondam Rufini de Colobiano, vicens cerea libram, auxilio Beati febribus molestissimam a se deposit. Eusebius Bartholomæi de Curino tertiana febre liberatus est, ipsa hora qua ceream imaginem vovit, prout testatus est eum adserens ad sepulcrum Agnesina Joannis de Morta comitum, die E quartanae febris paroxismum prægrediente, ceream vovit imaginem, itaque cavit ne malum recurreret. Franciseus, filius Francischini Centorii Vercellensis, febriles ardores imminui sibi sensit, mox ut se Beato commendavit, ea mente ut sanatus imaginem offerret ceream ; ac denum plene confirmatus voluntatis sue propositionum executus est. Antonius de Novara, cœmentarius faber, pro duabus filiis, altero tertiana, altero quartana febri laborantibus geminam vovit candelam, et sanos habuit. Simona, uxor Ludovici Furnarii, pro filio continuis febribus afflicto candelam vovit, et ipso die sanum vidit. Anno MDCIX mense Maio, Amedeus de Alexandris Taurinensis, continua febri aliisque infirmitatibus dejec-tus, admonitus est ab uxore voti, quod ipsi pro eoffererat si sanaretur, de visitanda Beati imagine in æde S. Dominic et cerea effigie ibidem efferenda : quod ubi ratum habuit maritus, intra duos dies omni febre, dolore et capitis vertigine liberum se miratus, votum mox fideliter implevit.

25 Antonius Guinati Legum Doctor, civis Genevensis et Magister sacelli Ducis Mediolanensis, ex *diarrhoea* *repressa*, febri et diarrhoea laborans, jacebat a medicis desperatus. Pro eo uxor sua vovit visitare Beati sepulcrum Vercellis, offerre ibi tres ceree libras, et totidem Sacra de Spiritu sancto, de Beata, atque de F defunctis curare : et mox sublevatus aliquantulum est æger, sic ut votum ab uxore factum intelligere potuerit et annundo confirmare : post quod, nullis ulterioris medicinis adhibitis, sanari coepit, et perfectam denum sanitatem a Beato acceptum grauis agnovit. Bartholomæus, uxor Jacobi Ayazza nolitus Vercellensis, filium habuit fluxu hepatico per quinque inenses attenuatum : eumque devovit Beato, intendens candelam deferre ad sepulcrum mox ac sanitatem in finis receperisset. Et hic quidem illam recepit, sed matre votum adimplere differente, rediit infirmitas; et quatuor horas æger pro mortuo jacuit : donec anagadvertis pater uxoris sua culpa id arcidere, duplicantam oblationem priorem decrevit, et mox filiolum sanum vidit. Ottina uxor Landfranci Donæ, Vercellensis, filolam nutriti traditam eo tempore fluxu ac febri laborare doliuit, quo nihil auxili posset habere a nutrice, que etiam ipsa febribetabat : utramque igitur commendavit Beato, vicens candelam ad sepulcrum, et speratam utrique gratiam obtinuit. Catharina, vidua Antonii Cara de S. Germano, restringendo fluxui multis per menses tres

*aut si sunt
in febre
sublati*

C videns nec ferens Antonius Reynaldi de Voghera, cerea libram pro ea devovit, et subitam impetravit sanitatem; ut testatus est Gregorius illius frater, emptam Vercellis ceram ad sepulcrum offerens.

23 Leonardus Bay de Candelo, octavo infirmitatis die lingue et oculorum usum amiserat : hic votum interius nuncupavit de visitando Beati sepulcro si sanaretur, et eodem die loquela recuperavit, eosque qui adveniebant cognoscendi facultatem : et plene postea restitutus sanitati, gratias per se acturus venit. Antonius Mondella de Biella, post trium septimanarum infirmitatem velut incurabilis derelictus a medicis, biduo integro absque loquela jacuit, et modico dumtaxat circa eorū edore vita intentia dabat indicium : sed uxor, suadentibus qui ad animo auxilium aderant religiosis, submissa in genua, promisit se curatrā, ut sepulcrum Beati visitaret maritus, et Missa sacrificium ejusdem honori celebrandum cum oblatione candelarum mandaret. Et ecce audivit insperatum mariti gemitum, qui velut e profundo experrectus sonans ad se rediit, cibum sumpsit et brevi convalevit. Catharina Bassini Blasii de Eporedia, duodecimum annum aegebat muta : cui

*EX ITAL.
FRANC.
MALETI*

A medicinis usa, auxilium Beati imploravit; et quod a medicis non potuerat, ab ipso obtinuit, et intra duos dies exoluit se voto certe promisso. Alia Catbarina, Antonii de Cazola uxor, maritum extreme languorem videns, ob junctas diarrhoeæ, stomachi, vomitus, crurum ac brachiorum infirmitates, Missam in honorem Beati cantandam vovit: eodemque die surrexit e lecto sanus, qui moribundus jacuerat.

CAPUT IV.

Curantur invocato Amedeo phrenetici, tibiisque et cruribus male affecti.

*Sunt menti
resiliuti
verbi.*

L[aurentius Furione](#), Senator Vercellensis, vehementi febri a statu mentis sue dejectus, biduo totu[n]ibil comedit: Medicis autem nihil in eo curando proficentibus, uxor ad meliorem recurrit opitulatorem, et cum imaginem ceream ad Beati sepulcrum offerendam vovisset, noctu apparuit ipsi infirmo Amedeus, confortans eum et auxilium in loco diffcili transeundo promittens. At ille, quasi labore perfunctus ingenti, sudorem sibi undique erumpente[m] sensit, seque liberum a morbo esse: quare monitus

B a conjugi de voto facto, ratum habuit, eique incunctanter satisferit. Michael Aymonis, Taurinensis, violenta febri in phrenesim actus depositusque a medicis, tantum lucidi intervallu obtinuit, quantum invocando B. Amedeo satis esset, et ternas certe libras vovit: ac subito voti rens surrexit e lecto, seque Vercellas transtulit voto satisfactorus Bonus Furnarii Luchi-magister Vercellensis, noxia curiositate librum quemdam necromanticum legens, demonum turba circumdatum se vidiit, attonitusque et extra se positus per annos duos amens est creditus: donec Beato suns eum commendavit pater, et sancte mentis usum recuperavit infirmus: qui proinde acceptam gratiam Deo et B. Amedeo retulit.

27 Catharina Reda, Novalitionis, ambigua de filio amentione ageretur a[et] d[omi]ni infistaretur, pro salute ejus tria Sacra ad Beati sepulcrum dicenda vovit, et mox corporis ac mentis sanitati redditus infirmus est Christopherus de Brusinengo, videns filium suum Nicolaum duos jam menses insannu exegisse. B. Amedei recordatus est, atque ad sepulcrum ejus adducendum a se filium vovit cum cerea imaginis oblatione: nec toti quatuor dies abiervit, quin sane sensu uteretur infirmus, et ortavo die veniret cum patre volumque excluderet. Antonius, filius Martini Quagha de Castelengo, sive ex dementia sive ex alia ignota causa nihil apte respondebat interrogatus, nec cibum pro corporis necessitate sufficienter uolebat admittere, neque intra neque extra solita refectionis horam. Qua in re septem hebdomadis nequinkquam lassata mater, ipsum B. Amedeo commendavit: et continuo consolatam se in utroque vidiit, nec multo post perfecte sanus venit cum matre, gratias devote Beato agens.

pleuricti sanoti,

*furiu[m] rela-
tu[m].*

C terrogatus, nec cibum pro corporis necessitate sufficienter uolebat admittere, neque intra neque extra solita refectionis horam. Qua in re septem hebdomadis nequinkquam lassata mater, ipsum B. Amedeo commendavit: et continuo consolatam se in utroque vidiit, nec multo post perfecte sanus venit cum matre, gratias devote Beato agens.

28 Rainerus Signori de Burrolo, laterum dolore tanto tactus, ut negre spiritum ducere posset, tres certe libras Beato vovit, et voti rens ipso illu[m] momento misit Jacobum illum, qui illud impletet. Elisabetha, uxor Beltrami de Vardello, infirmitate quadam languebat, tritus potissimum corporis partibus infesta; lateri sciheet, manilla et pedi, quorum simulacra cerea cum ad sepulcrum Beati ferenda vovisset, ex omnibus convuluit. Stephanus Vicentii Genevensis mercator, ad undinas Vercellenses copiam detulerat bellum, e quibus duodecim furto sublatae, cum nullo uideretur indicio reperiri posse, voto se obstrinxit in B. Amedei honorem, et postridie mane intellexit, furem fuisse Bertonem quemadmo, qui apud cauponem furtum deposuerat, nude

dictus Stephanus res suas absque difficultate recepit.

29 Primus, qui promissum anathema ad Beati sepulcrum attulit, quidam Aloysius de Biella fuit. Hic vice quadam domum repetens, cum esset in itinere versus Biellam, metueretque ne atrocissimi, quos patiebatur in tibia dolores indies sumerent incrementum, humano destitutus auxilio, celeste expectabat, dixitque: Amedee, si in Dei gratia discessisti, mihique ab eo impetras tibi sanitatem, ego, ad honorem divine Majestatis et S. Eusebii atque tuum, tibiam e cera offeram, eamque (si mihi id permisum fuerit) ad tumulum tuum appendam. Dixit et expeditum se momento sentiens, alacri gressu suum processulus est iter, et votum reddens, professus est gratiam quam obtinuerat. Jacobus Bonerius Taurinensis, extra civitatem progressus, in quatuor latrones incidit, qui graviter in pectus saucio pene amputarunt tibiam, sic ut modica tantum ex carne penderet. Postquam autem opem Beati invocavit, supervenire homines, a quibus in urbem relatus est curandus; itaque convaluit, ut ne claudicaret quidem ex incisione perfecte solidata: quare beneficium sibi factum gratus commemoravit coram omnibus, qui pariter ad sepulcrum visitandum accesserant.

30 Dorothæ, uxori Antonii de Blandrate filia erat, et huie tibia sic male formata, ut os deesse tangentibus videretur: vovit ipsa ceream tibiæ, et filia tibiæ firmitatem accepit. Uxor Eusebii Marescalci, Vercellensis, multis diebus ac noctibus somno privata ob incurabiles in tibia cruciatu[s], simili voto alleviata est, et paulo post fuit ex integro sana. Eusebio Cotte Ultramontano similis tibiæ male affecte dolor nullan quietis partem noctu diuine relinquebat, cum ipsa caninis dentibus laniari arrodique videretur: pro quo Petrus sacerdos par votum faciens, mox generum vidi obdormivisse, et brevi sanum incolumenque conspexit. Margareta, uxor Eusebii Laineti, ut sibi tollerentur quos ex cruce patiebatur dolores, promisi sequenti Dominica ad sepulcrum Beati ituram se et circum illius laturam cerenam, ejus honori accensum: sed cum doloribus e vestigio sublati etiam voti oblitus, mox ut Dominica præterit, commerita est rursus eosdem experiri; eoque modo sua admotia negligenter, iteravit votum, et pro obtento gratias referens, suum quoque est confes: a errorem.

31 Petrus de Brusinengo, plenæ vir ætatis, totis viginti annis ex cruce laboraverat et lecto decimiliens, nulla potuerat arte juvari: sed incrementum sumente malu, postremus quatuor annis gravis etiam quara prioribus passus, cum cereo cruce candalam vovit offrendum ad sepulcrum si sanaretur, et votum fideliter adimplivit. Thomas ex burgo Lavezza, panjer Vercellensis, nullo apparente mali indicio, occultam gestabat infirmitatem in tibia; cum qua forte in extans lignum incurrens, accidente ad veterem dolorem novo, spem omuem posnit sanitatis absque magno impedio recuperandæ; cui faciendo quia par non erat, gratis petiti a Beato, et mox accedens ad sepulcrum, obtentam gratiam cerea imagine testatus est. Petrus Joannis Cossie, natus in S. Germani vico, desperabat tibiæ sanitatem, eo quod ex prorsus marcida atque emortua nullam admitteret medicinam: sed voto cerea tibiæ offrendo facto, per Beatum obtinuit quod per homines habere non potuerat.

32 Antonius Duranti de Candolo, quadraginta duolius diebus affixus lecto, nec commoveri quidem poterat ob intolerabiles in tibia crueciatus: cui cum tota marcesseret caro, desiderabat amputari tibiæ, ut reliquum corpus sanum servaret: sed ab uno filiorum suorum admonitus intercessionem Beati expetere

*Sanantur
dolores in
tibia,*

*crux ferre
præcium,*

*alii in tibiis
curati,*

item atti,

F

et aliis:

A petere, duos cereos vovit et Missam ad ejus honorem curandam : fuitque tam efficax postulantis devotione, ut mox conversus ad circumstantes, dixerit : Orate pro me, quia omni malo solutus mihi videor meritis. B. Amedei : et revera fuit, ut testatus est, gratias debitae referens. Joannes Puelottus de Valesia. Cassalis Mon-ferratensis incola, eruris unius aqua intercute tumescens malo impeditetur per annos octo, ne libere quo vellet ambularet, non sine auxilio dolorum ingeptum : quorum gravitatem diutius non ferens, quasdam promisit elemosynas si intra octiduum sanaretur; et sanatus est. Sed promissi immemor, recidit in priorem infirmitatem, itaque castigatus, ad primum votum aliud addidit de sepulcro cum ardentis candela circumdeundo : et mox obdormiens ipsum Beatum sibi conspicuum habuit, seque promissa sanitatem solantem. Neque vana illa visio fuit : consanxit enim, et visitato sepulcro, votum compleans, profitebatur usque aedeo pedibus firmum se esse, ut Romam usque iturus sibi videbatur.

*nec non ut.
ceros tibie,*

B omniibus esset intolerabilis : sed *voto* ad Beatum facto de cereo crure curando, sanitatem obtinuit. Gilbertus de Pinerolo duobus annis diligentem medicorum curationem perpessus, spe sanandi cravis, ex quo soetidus corruptusque sanguis profusebat; post variorum Sanctorum patrocinia nequidquam implorata, tandem ad B. Amedeum se verit, certa jejunitia aliaque pia opera spondens; et exauditus est. Apparuit enim dormienti Beatus, eique spem sanitatis fecit : qui subito et intolerabili pruritu exrectus, abstulit ex impatientia medicamina, et unguibus partem affectam scalpens, veteribus plagiis novas addidit, rursumque obdormivit. Experrectus autem denso a somno, nec dolorem sensit nec pruritum, et brevi prorsus sanum se vidit.

C 34 Laurentius de Mortigliengo annis octodecim ferebat tibiam supra quam credi potest tumidam, eoque ab incessu prohibitus, cogebatur decubere : sed cereum ad tibiae longitudinem vovens, obtentam gratiam professus est. Henrico de Zubiena marcida et exulcerata pars eadem erat, et simili voto sanata est. Item Dorothea, uxor Magistri Bartholomaei de Lau, de remedio tibie male affecta desperans, quia neque tumor neque hystericum signum aliud deforis apparens causam latentis mali indicabat. Margarita Tepacchia nepti sue ambulandi facultatem impetravit, facta voto : et surrexit puella, que inutilibus tibiis eatenus decubuerat. Helena, uxor Joannis Petri Prevostini Vercelleus, nullam in filiola bimula spem videns gradiente, non absque suspicione maleficii, eo quod magis magisque exsiccarentur tibiae, prout infans magis proficiebat astata; vovit quod ipsam diebus novem ad sepulcrum Beati latura esset, illaque mansura dum Missa solenniter caneretur; et quanto die se exanditam sentiens, nono die suis pedibus ambularem reduxit.

*rel. scipionis
egentes,*

35 Bernardinus, Aurifex Vercellensis, vir matrus et prudens, scipione egebat ad promovendum gressum praedictum diuturnam infirmitate : quod cum illi avideret molestissimum, ceream tibiam Beatoe vovit, endemque die rejecto futero ambulare coepit, et intra octiduum perfecte sanus votum exoluit. Andreotta uxor quondam Andreae de Serra-valle, ab labore consueto prohibebatur dolore tibie, nullum exterius suum signum dante : bac cereum Beatoe portandum vovit, subitoque dolorem auferri sensit, et intra triduum plene convallum. Matthaeus Molitor Vercellensis, ob tibiam inflamatam ulcerosamque sequae acsi gangrenam in ea pateretur, dolorem patiebatur et

incommodum, non absque scipione valens moliri D gressum, exundante sanguine, quoties nitebatur vestigium figere. Cui malo sanando cum nullam spem esse faterentur medici, sacrificio Missæ, quod ad sepulcrum ejus per novem dies curaret celebrandum, interfuturum se vovit, et votum suffulitus baculo adimplere coepit : paullatimque, cum magno stupore suorum, expedite ambulare potuit.

ITAL.
FRANC.
MALETTI.

*aut enormiter
tumida:*

36 Freilinus de Ballocho duobus mensibus tibiam supra quam cogitari potest tumidam habens, ad ejus longitudinem vovit candelam, et, ut testatus est, sanus mox fuit. Joannes Fassina de Cusali-Velonis, alieni ad ambulandum auxili egens, postquam se Beato comendavit vigorem in tibiis sanitatemque recepit. Idem beneficium professus est Antonius Bergomas, cum duas ad Beati sepulcrum candelas ferret, obtinuisse uxori sua, cui eruris tumentis exesa cutis, et diuturnitas mali magnum dolorem, ac demum gradiendi impotentiam attulerat. Anno denique MDCIX, verno tempore Francisca Corona Mediolanensis, Taurini habitans, ex quinque septimanarum felice adeo afflicta tibias debilesque habuit, ut ambulare non nisi difficulter posset: haec cum sacrificio Missæ ad altare sanctissimi Rosarii in ecclesia S. Dominici facta interfuisset, non cessantibus E doloribus, convertit se ad B. Amedei imaginem, eodem in templo miraculis claram, ceream imaginem Missamque; ibidem curandam promittens; et mox sublato dolore, dominum reversa est hilaris, et voto suo postmodum fecit satis.

37 Petrus Mascarpinus, coagularius Vercellensis, sub chirurgorum carnificina habuit integro anno genu, quod tribus patens plagi continuo manabat pure : ac tandem videns malum in pejus vergere, imaginem ceream ad Beati tumulum offerendam promisit, et mox sanari incipiens, dum votum complet, integre valuit. Joannes de Ossula, Taurini habitans, gonagra quatuordecim annis exercitatus, aliaque omnia media inutilia expertus, ad auxilium B. Amedei recurrit, et rejectis medicinis, intra triduum sanitatem retulit; testatus, quod prius quam spem collocaret in Beatum, saepius desperaverit se convallitum. Eusebius Arcalus de S. Germano, arthritide gravatus, et tertium mensem affixus lecto, *et arthriticus* duo. pia ad Beatum prece cum proposito cerea imaginis offerendae meruit extemplo sanitatem, et gratias acuturas ad templum accessit. Petrus Franciscus Bellensis Vercellensis, anno MDCCV, arthritidem maxime patiebatur in brachio, tantisque erat cruciatus, ut non proficientibus medicinis, amentis instar per F vicos plateasque discurreret, vociferans epniansque, tandemque ad B. Virginem, B. Amedeum atque B. Rochum respxit, vovitque se curatorum eorum imagines depingendas ante dominum suam, et in loco, ubi anno MDCX Virginis transfixæ et B. Amedei effigies pictæ cernebantur : subitoque sanatus et citra dolorem brachia commovens, fabricari sacellum jussit, ejusque curam gerens, juridice testatus est beneficia multa, que idilem Beatoe devoti accepere. Stephanus Villata, schrofulis laborans, voto ad eundem factu, sanatum se asservit.

CAPUT V.

B. Amedei ope ægroti variæ, præsertim epileptici, et multi moribundi sanitatem recuperant.

A ntonia, uxor Joannis Petri de Carensa, aqua intercute ad medicorum usque desperationem transiens, vix invocaverat ferventer Beatum, cum voto nonnullarum candelarum, quando sanari se sensit, et paucos intra dies cum magna suorum admiratione integræ fuit restituta sanitati. Augustino Sappino Vercellensi

Liberian. ur
hydrapica.

EX ITAL.
FRANC.
MALETI.
et engrumenti
duo.

A Vercellensi filius Andreas fuit, qui decimo octavo
aetatis anno de inquilino daemone caput esse suscep-
tus, adeo inconditis motibus et infrunitis verbis om-
nium oculos auresque offendebat: pater igitur qua-
tuor cerea libris ad Beati sepulcrum ferendas vovit,
et testatus est, sana deinde de mente corporeque fuisse.
Margarita filia Boacia Vercellensis, ex impro-
viso in stupore tantum incidit, ut judicio privata
et sanguinem spumas crederetur a demonibus pos-
sessa: sed cum mater illius ceream unius librae ima-
ginem devovisset, antequam a voto facto dies octo
effluerent mentis pariter et corporis sanitatem re-
euperavit.

39 Uxor Dominici de Cavaglia, quindecim dies
natum filiolum pro deposito habens, quia toto triduo
nihil materi fuctis acceperebat, vovit ex cera capita
tria, et verba fomentis mamillam coepit puer sugere
ac ruborari. Quin etiam Benedictus Jacobi Francisci
de Siglia, bovi suo, quo ad sustentandam familiam
intellicatur, spatulae emota sanitatem obtinuit Beatum
inveniens. Margarita Nazarii Vercellensis bovem si-
militer habens male in gula affectum, admonita a filio
asseverante sappiis in sonno monitum se, sarandum
bovem si Beato commendaretur; paruit suggestioni,

B et petite gratiae facta compos, ceream librarium qua-
tuor bovem obtulit. Tomena uxor Joannini Varari
Ultramontani annis duodecim patiens in hunc dolores
acutissimos, et quartana insuper febri aliquis
vexata incommodis, ad Beatum confugit: et ab omni
inconveniente se liberam sensit, vovens imaginem ceream
lienis. Eusebius Nazarii Vercellensis similes simili
ex causa anni sex continuis patiebatur cruciatus,
et simili voto testatus est redditam sibi esse sanitatem.

40 Catharina uxor Antonii Refini macellariorum vo-
tum cereae oblationis in forma manuum fecit profilio
Bertino, adeo graviter epileptico, ut duodecies ino-
vigies uno quandoque die in terram corruens, col-
lum manusque inflatas immobilesque haberet, et a
medicis derelictus maneret. Voto autem facto rese-
dit tumor, et morbos evanuit: quare votum eterque
devotus implivit, testatusque est filius quadriennio
post robustus ac vegetus, nunquam ex illa hora fuisse
isto incommodo tentatum. Bartholomaeus Grana
Ultra-montanus, imaginem ad sepulcrum ceream ob-
tulit pro filio, qui fuerat eodem morbo liberatus,
postquam eum B. Amedeo devoverat. Catharina, filia
Ayinoli canponis, non tantum natam ex se recens
filiam dolebat morbo caduco laborare fer quater-
que in die, sed etiam se lactis copia destitui, que
C nutriende infanti sufficeret: et utrinque incom-
modi remedium tulit per intercessionem Beati. Eadem
intercessione filio suo Antonio de Mondella,
Vercellis conmoranti, sanitatem ab epilepsia impe-
travit mater votum pro illo faciens.

41 Facio de Lognani, juveni Vercellis habitanti,
ideo frequens et nullo ordine redibat hoc malum, ut
numquam esset a lapsi scorbutus et ineptus itineri faci-
ciendi: itaque cum die quodam insideret equo, pro-
lapsus ex eo in terram saxosam est, itaque gra-
viter offendit caput, ut exinde se moriturum metue-
ret. Corde igitur, cum ore non posset, commendavit
se B. Amedeo, et subito nemino adjuvante surrexit,
atque in equum concendens, feliciter reliquum iter
absolut, numquam deinceps idem expertus. Augustinus
Joannis Petri Blanchini Vercellensis, iam inde
a pueritia epilepsie obnoxius, sic ut quavis septi-
manam iterumque corruberet, voto longinis cereae
facto liber fuit. Antonius Sella de Andorno, idem
natura iam aetate frequentius patiens, simili voto
similiter liberatum se testatus est.

42 Francisco Tizzoni nobili Vercellensi filius epi-
lepticus pestilenti etiam febre laboravit, pro cuius

sanitate cum candelam vovisset, et utriusque mali D
impetrasset medelam, cum cedula etiam imaginem
ceream misit ad tumulum Beati, Donato Bongello
Eporediensi, quartum in matrimonio annum agenti,
natus erat filius; quem menses octodecim supergres-
sum, nocte quadam inter se et uxorem habens sensit
invisibili manu tolli ex lecto, nec potuit tota domo
quamvis studiose quæsitus inveniri: votum igitur
ipse et uxor ejus B. Amedeo fecerunt; et mox, ne-
mine qui puerum retulisset conspecto, in lecho repe-
rerunt quem quærebant. Cum autem differente implere votum, epilepticus puer effectus est: qua nova
calamitate erroris sui admoniti parentes, denuo priora
confirmarunt vota, promittentes filiolum si libera-
retretur Beati sepulcrum a se portandum, ubi sacram
solenne unum cantandum aliasque privatas Missas
dicendas curarent: et compotes voti facti sunt.

43 Comina Morgia de Nonsecho, domesticis re-
bus occupator cespitavat, cediditque supra manum
tam infelriter, ut ejus brachii nervis hesis, debilem
manum inutiliisque deinceps futuram metueret, ni-
hil proficentibus, que per dies quindecim erant ad-
bibita remediis: quare unius librae candelam porta-
turam se vovit, et intra duos dies sana votum com-
plevit. Catharina Martini Gatti, Vercellensi, erant
infirmitas filiae due: hydropeca altera, altera de manu
amittenda ex medicorum iudicio pericitans: probis
afflita mater Beatum rogavit; ut vel sanitatem puel-
lis, vel, si ita expediret, mortem iis citam impre-
rat a Deo: et voti compos, antequam dies secundus
efflueret, alteram sanam habuit, alteram mortuam
extulit.

44 Antonio Mediolanensi pellioni, post gravem
infirmitatem spes vita nulla erat super, et jam ex-
tremis munitus erat, quando illius amicus intimus, Petrus Cazzamus Vercellensis, ipsum B. Amedeo
comendavit. Nec mora melius coepit habere æger,
adstantes agnosceré, loqui libere, versaque in gau-
dium domesticorum mœstia brevi sic convaluit, ut
cum amico Vercellus venerit, gratias Beato ad ejus
sepulcrum acturus. Hieronymus Signori de Buronzo
filium Joannem tam gravi morbo afflictum habebat,
ut omnium sensuum substitutus usu pro mortuo ha-
beretur a cunctis: cum ecce filio compatiens Elisab-
etha mater ad B. Amedeum se convertit, vovitque
tantum cerea quantum filius suus appenderet: quo
facto convaluit filius, et ipsa quod voverat implere
curavit. Jacobus Francisci, Sigliavi natus ægritudine
exhaustus diurna, in eo erat statu depositus ut
jamjam egressuram animam Deo commendarent Re- F
ligiosi adstantes. Interim domesticis ejus in mentem
venit sancti Duecis sui intercessionem poscere, eu-
demque die notabiliter mutatus morbi status est, ac
brevi plene integreque sanatus beneficii auctorem
gratus agnovit.

45 Uxori Ubertini Varotti subito spusino oppressa
filiu, cum animam agere crederetur, subito quoque
sibi est restituta, postquam mater Beatum invoca-
sat. Michael de Cazolo nuntius publicus Vercellen-
sis, dum telam texit, retrorsum e sella in terram
ecclit coram uxore: quæ mortuum rata, votum
vovit unius candelae, et subito maritum vidi erectum
in pedes. Augustinus Ruffini de Frango, ex impro-
viso velut mortuus defecitatque insensibilis manus: in-
agine pro eo vovit mater sua, moxque se mouere
coepit infans, et mamillas sugere. Patientia uxor
Antonii Nizzola de Sigliano, secum habens trium
mensium filiodum, intercepta est adeo horrenda tem-
pestate, ut ipso illo in loco extincta sint animalia
septem; et, prius quam sub lectum pervenire posset,
eo erat redactus parvulus, ut mori videretur. Recur-
rit igitur ad Beatum mater, et eodem momento tem-
poris vigor rediit moribundo, matillam suxit, et se
sanum

*manus inuti-
les curata;*

E

*varilis mori-
bundis servata
vita*

Item alia

*sanguinur
mortuus
puer*

et boves duo,

*totudemque
epileptici.*

tumulo epileptici

alii,

atque alii.

A sanum exhibuit. Margarita, uxor Bartholomaei Avogadri de Quinto, ex solario delapsa, mortua quoque est credita. At ipsa, quem voce non poterat, invocabat corde B. Amedeum, cera libra vovens; et mox, velut nibil passa, surrexit in pedes votumque perservavit.

46 Joannes Thomas, filius Pauli Emilii pelhouis Taurinensis, anno mpcix mense Julio, etatis sua anno quinto, continua febricem symptomatis magnus et periculosis invasus fuit per dies quindecim: eo in statu derelictus a medicis, et a parentibus commendatus fuit Sanctis variis, nec hilum sublevatus est; usque dum Antonia, avia ejus materna, Sacrum in honorem B. Amadei in templo S. Dominici celebrandu et imaginem locandam vovit: eodem enim matutino tempore post invocationem Sacrumque auditum, filiae generoqne indicans devotionem suam, intellexit pueru renissius esse: quare continuo imaginem promissam attulit, et quem omnes habebant pro mortuo, sanum integre brevi vidi. Jacominus Lignarius Novariensis anatem venatucepit, cuius alani unam cultro dum truncat, disseci ossis assula in oculum ejus insiluit, dolore tanto, ut eo per dies septemfecim durante, oculum se amisisse crederet:

B vovit igitur e cera oculum, et mox ultra noxium frustillum elapsum ex oculo ipsum dolore liberavit. Franciscus Cigna Vercellensis, prae diro oculorum cruciatu nullam noctu diuque quietem capiens, post aliquot hebdomadum tolerantium ad Beati sepulcrum accessit, ipsiusque pie invocans, priusquam egredi vellet et templo, sanum se sensit, oculumque cereum ibidem gratius appendit.

47 Alesina, uxor Stephani Vercellensis lignarii, marito, nulla apparente ex caussa per tres menses cero, visum recuperavit, cum cereum caput Beato vovisset. Augustina, uxor Christophori de Rubbio, inqnilini Vercellensis, oculis, quibus praedolore difficulter videre poterat, simili voto sanitatem recuperavit, orans ad B. Amadei sepulcrum. Elisabetha, uxori Joannis de Blanzago commorantis Vercellis, filius ex variolis menses quinque cæcus manserat: itaque caput e cera vovit, et pueru paullatum visus rediit. Idem accidit Bartolinae Fini de Sigliano, ex uno oculo similiter per menses tres nil videnti, cum esset aetate prosector: nam et ipsa caput cereum voverat. Catharina quoque Joannis de Ossolla Casalasca, ex quadam accidenti cæcam in perpetuum futuram se metuens, ceream vovit imaginem, nec diu post plene convalevit. Alia Catharina, uxor Bartholomei de Mosso, meruit filiam suam Mariam, et

C gravi oculorum dolore (ex quo alter jam erat inutilis redditus) et cruciatu ex pedis distorsione nato, liberari per oculi pedisque cera votiva oblationem. Helena de Blandrato, uxor Antonii Caligari, defluente in oculos catharro, difficulter iis uti poterat; sed mox ut Beati tumulum ex voto circumiit, sanum se sensit.

48 Durum apostema, sub anrem sinistram collectum, Leonie uxori Dominei Gazanni, arte sua emolliaverant medici, et in crastinum faciendam sectionem insinnaverant: at illa manum chirurgi verita, B. Amedeum invocavit, cereum caput vovens, et placide requievit nocte illa. Sub auroram vero experrecta, et manu tumorem pertentans, cum nullum sentiret, et sibi sanata videbatur, proprie tamen experientie non fidens, duas que ad ministerium aderant neptis inspicere locum jussit. ipsique nec vestigium quidem reali ilium invenientibus, surrexit alacris, et medicorum prævertens adventum, relicti domi pueris per quas rei successum ipsi disserent, properavit ad ecclesiam gratias relatione pro beneficio. Eodem modo Beatum invocans Ardicinus Birotta de S. Germano, cum ita surdus esset, ut nisi elata cla-

mantes voce nullos intelligeret, recuperavat auditum. Prorsus autem obsurdnerat Antonius Lucas de Vi- verone, idque a multo tempore: nullis tamen medi- camentis adhibitis, sola invocatione Beati, amissum sensus illius usum recepit.

49 Ideon contigit Antonio de Fortibus, civi Ver- cellensi, post vehementissimam febrem, quae audi- tum sustulerat, venuenti ad sepulcrum Beati: nam cum ibi certam ceræ quantitatem promittens pro impentranda gratia devote oraret, prinsquam genua ab oratione attolleret, voti compos fuit. Anno mpcix mense Maio Joannes Baptista Cassina, Taurinensis in paralysim inciderat, hunc Sacristanus ecclesie S. Buminici viſitans, hortari cepit ut votum B. Ame- deo faceret: quod ille se facere indicavit minum Fratris stringens, et paulo post relevatum se ac brevi etiam sanum sensit, appenditque in gratitudi- nis argumentum argenteam ad imaginem illius ta- bellau.

CAPUT VI.

Auxilium gravidis, puerperis, captivis et aliter miseris a R. Amadeo latum.

M etuebat Bartholomeus de Bergomo, civis Ver- cellensis, ne mortuum sili foetum pareret uxor, quia appropinquante partu tempore nullum ejus motum sentire se pregnans aiebat: itaque tantam Beato re- ram vovit quantum appenderet infans, si baptismi capax veniret in lucem; et voti compos (pulcherimun enim sanguine puerum enixa est mulier) libras ex voto quatuordecim obtulit. Simili in iœtu post abortivos quator, jam quartum gravida Mariotta uxor Bartholomei Colobiani, et ceream nati, si vi- vum pareret, imaginem vovens, votum laeta hilaris- que persoluit.

51 Anno mpcix, mense Martio, Isabella Biolata, uxor Domini de Sanz, acerrimus totobilis doloribus fatigata in partu, cum laboraret in extremis, ketumque ob nimiam matris agitationem extinctum crederent medici, praescripta est potio expulsiva: sed prinsquam eam suineret patiens, et ipsa et Laura Picca ipsius amantissima, votum B. Amadeo fecerunt, merueruntque ut mox ei filius sanus nasceretur. Puerperæ tamen, aetate et complexione tenerrimæ, relicta est febris ex cruciatu tolerato: cui ab eodem Beato petitum remedium est, cum voto Missæ cu- rande in sede S. Dominici, hodieque ibidem appensa visitur tabella argentea, omnis quæ petita fuerat gratiae nupetræ testis.

52 Catharina Guttiera de Arce Hispana, uxor D. Alphonsi de Rapis gazophylaciis Serenissimæ quon- dam Infantæ Sabaudicæ, anno prædicto mense Maio quartum mensem gravida, quia nullum toto triduo motum sentiebat in utero, sinistram aliquid suspi- cata, infantum effigiem ceream vovit in S. Dominici offerendam; moventeque se mox conceptu exanditam orationem suam gavisa est. Per Quadragesimam anni ejusdem, iludem Taurini abortum fecit Jacomina, uxor Ludovici Balbi Taurinensis, exhortanteque ad invocandum Beatum Confessario, qui ex febri, catarro laterumque doloribus post vanam medicorum curam moribundæ aderat, novendiadum devotionem et tabulan in grati animi tesseram vovit, si convalesceret: et exandita, votum explavit.

53 Margarita, uxor Antonii Centorii Vercellensis, bilio in doloribus partus perseverans, mox ut im- aginem ceream vovit, suam et prolis vitam exemit periculo. Lucia de Erris, post puerperium, dolores triduo continuati omnem sensum usum abstulerunt, sed auxilio ei fuit Beatus cum simili mariti Galeazzi voto invocatus. Diutius idem dolores post partum affligerant Ludovicam, uxorem Archangeli Cernusci,

EX ITAL.
FRANC.
MALETI.

*snuatus para-
lyticus,*

*abortiendi
periœcum
dispettilar.*

*dificile
puerperum
tevitur*

F

*puerperæ
xyrote sanan-
tur,*

EX ITAL.
FRANC.
MALET.

A meteoris Taurinensis anno MDCIX, et febrem continam generaverant; qua intra tres septimanas ad ducta mulier ad extreum periculum, ad mortuam est ab accersito ad moribundam Confessario ut ad B. Amedeum recurreret. Paruit illa, et brevi convalescens testem beneficii tabellam ad S. Dominici aedem detulit. Joanninam Hieronymi Roveri pictoris Taurinensis uxorem, quarto mense gravidam, dolor lateris dies aliquot tenuit, ac denum noctu quadam sic affixit, ut matris ac proli metuens maritos, recurrendum sibi ad opem coelestem putarit, ceream in B. Dominici templo imaginem promittens; et mox nontantum dolorem lateris, sed et stomachi inveteratum per annos duos malum sublatum esse testata mulier, contracto per maritum debito devote satisfecit.

B Domina Margarita Ducissa Sabaudia, iam serme quadragenaria, agnovit a Beato adjutam se, tum in concepiente tum in partu unigenitum suum, qui modo vivit et regnat, Carolum Emmanuelem: siquidem sterilem eam videns Soror Leona, Conversa in monasterio Annuntiata, votum eoram ipsa concepit ad Beatum, ut filium Ducissae impetraret a Deo: verita autem, ut par esset illa ferendis doloribus puerperii, ipsam se obtulit in partem laboris, si ita Deo videretur, votique per omnia facta est compos. Etenim priusquam Vercellis abiit Ducissa, concepit prolem, eodemque momento temporis, quo filium suum modice cum labore peperit Rivalis, anno MDLXII, nocte diem xii Iannari inchoante, atrocissimos cruciatus sensit Leona; ut opus fuerit ad ejus auxilium Abbatissam et canones Canonicas surgere. Statim autem, ut afflatus est letissimus de Priuice nato nuntius, collataque inter se tempora sunt parientis Ducissae et patientis Leone, agnitus quoque est, quo successu invocatus Beatus fuisset.

C 35 Eodem quo mortuus est B. Amedeus anno, gravissima pestilentia depesta est Pedemontium atque in proximis Gassinense oppidum: cuius primores audita mortuorum per sanctum Ducem patratorum fama, votu se obstrinxerant publico de centum librarum cereo Vercellas nottendo et noctis unius pervigilio, statim autem a nuncupatione voti cessavit iies, et non modo e sanis nullus afflatus est, sed etiam ex vigintiquinque fine regrotinibus extinxerunt nemo, quemadmodum nisi Vercellas nunti retulerunt. Idem beneficium retulere Montis-eranelli incole, apud quos multas domos contagio inficerat; admissaque coram attestatio est, simulis jonderis cereum in multo ad hoc destinatariorum comitatu offerentium. Atque haec forsitan ea causa fuit imaginem B. Amedei pingendi in ecclesia S. Petri Martyris.

D 36 Simon de Ponderano, in Monferatensi Comitatu Presbyter Curatus, nervorum debilitate tanta temelotur, ut pedibus suis nequiret ambulare, junque triennium durarit infirmitas, et parochiam de alio Presbitero provideri sibi a Superioribus postularunt: eum illi in mentem venti ad Beatum recurrere, et diuinum librarum cereum ad sepulcrum ejus offrendum vorare: quo facto, scitis quoque Eactum dominus est desiderio tum eus tum populi, ut huc agnitus in Curiope virtute divina alium pro eo doncep nollent, ipse functiones suas comodo omnes obreret. Ludovicus Blanens de Malunsema, Comitatus Nizzensis in Provincia vice, simul asperima febre, puncturaque et respirandi difficultate maxima premi se sentiens, junque et loquendi et quiescendi et expundi facultatem sibi deesse, desit a medico saltem sperare, et extremis omnibus munitis Sacramentis, omnem in B. Amedeum fiduciam transfluit. Sciens autem quod annos mortis eus felicissime ad celum transitus dies iste esset, promisit Missae sacrificium in S. Dominici Taurinensis curandum:

eamque mentem suam, ut potuit, manifestans, mox D notabiliter alleviari se atque intra bidum ita sanum sensit, ut non dubitarit de lecto surgere, imaginemque Beati visitare in ecclesia praeominata.

E 37 Laurentius de Curino libertatem e carcere pettit, et imaginem ceream vovens Vercellis appendendam, impetravit eam ipso illo die, portis reseratis abeundi facultatem captivo offerentibus. Cum Galeazzus Mediolanensis contra Jolantam, definiti Amedei viduan, bellum gereret, captus ut explorator est Joannes de Crema, Vercellensis iniquillus, et ad capitalem penam reservandus custodie traditus. Videbatur esse impossibilis fuga, quia locus eminentis erat, et cippo inclusus miser a decem viris, una cum ipso inclusus, observabatur: invocavit nihilominus B. Amedeum, qui apparuit ei, confortans illum, et liberationem proxima nocte promittens. Ecce autem, cum novo Ducis mandato astrixi custodes intentissimi deberent habere vigilias, oldorierunt omnes, delapsaque e manibus unius eorum claves sunt, et lumen extinctum: captivus autem vincula, velut si papyracea fuissent, diffingens, claves arripuit, quarum seris immissarum strepitu experrectus quidam cum clamare cepisset, levi impulsu dejectus in terram est attonitusque obnubuit.

F 38 Joannes autem, reserata videns ostia, ne quærendis scalis tempus perderet, saltu sese dejicit in immo, et ad duo milchiaria Garlasco discendeus, sub quodam palearum cumulo totum diem sequentem latuit; donec fatigata credens requirentiam diligentem, Vercellas versus iter arripuit; nulloque hinc diebus ac noctibus cibo sumpto, sannus tamen vegetusque pervenit, et prodigiosum sive evasionis modum publice enuntiavit. Cum autem indignatus Galeazzus Garlaescensis muletam pecuniarum grandem imposisset, excusantibus miraculo evasisse captivum, respondit: Si affinis meus ita sanctus est, ut potuerit captivum meum liberare, non difficulter vos reddet indennes. Quod joco dictum serio a Deo aereptum est, et indictam sibi muletam ferentibus allegatis in via mundatum obuisse Ducem: quare ad nos retulere pecuniam sibi commissem.

G 39 Tomena, uxor Ubertini Brusie de Motta, nec catalana stare nec jacere poterat, intolerabilis enim dolore renum, eructu: quoniam cum unum unum esset perpessa, imaginem ad sepulcrum Beati ferendam vovit, et sanitatem recuperavit. Lumbis etiam sic infirmis erat quaedam Mariae Bertonis de Larizate filia, ut jam trinuclea nec pedibus quidem posset insistere: sed Beato commendata a matre, in momento confirmata fuit. Joannina Joannis Villani de Biella, stomachi F dolore annis duabus cruciata, simili invocatione sanitatem adaptu, candelam, quam voverat, gratu atlet. Joannes Giacofus diocesis Genevensis, uxor sue infidelitatem non ferens, adeo injuriam tulit aegre, ut mentem sibi auferendam metueret, nec proderat, mutato domculo, Vercellas commigrasse: quare cereorum aliquot annis offerendorum votum fecit, si solatum haec in afflictione recipiceret: nec multo post certa fidelium annicorum relatione didicit, mulierem, in alias coniunctatam mores, honestissimo vivere.

H 40 Bartholomeus Franciscinus de Rublio, in uno ventre percussa petra, adeo graviter lesus fuit, ut in seruum intestina difficerent, et eodem momento quo cere libram offerendam promisit, sanitatem integrum recuperavit. Simili ex causa simile incommunum, toto decennio patiens Fanilanus Uniz, Lazarus Vercellensis, mox ut idem votum fecit, quod prior, eamdem a Beato obtinuit gratiam. Benedicto Jacobo Francisci de Sighano, magnos dolores pariebant in ventre dura quadam instar pugni coagula, quae tactu sentiebantur: qui promissa, defientibus

e carcere
liberatur
duo.

quorum uni
Beatus appa-
rit,

ob eaque
clanum
multatis.

consulat
Gloria t
uorum.

et s. pauli
doloris.

ac nimis
ravior.

et locutoria.

tumbris,
urina diffusa-
liis.

A ficientibus in auxilium medicinis, imagine cerea, curatus est. Uxor Joannini Erri Vercellensis, Contesina nomine, pro filio supplicans, cui corrosa a vermisbus viscera febrim attulerant, et bibendi elendique facultatem quatriduo abstulerant, eidem sanitatem impetravit. Similiter laborante Joannem Franciscum Cusunum, triennem puerum, et nullo medica mine sanabilem, domi sue habens Joannes Tomas Canella Vercellensis, de visitando Beati sepulcro votum nuncupavit, et intra octiduum sanum vidit, eaque de causa tabellam beneficii impetrati testem in sacculo Vercellensi appendit. Dominicus denique Cavaglia, numquam nisi cum cruciata et agre urinam reddens, quam medici ferre non poterant opem, a B. Amedeo se recepisse, facto voto, professus est.

CAPUT VII.

Constans traditio de sanctitate B. Amedei in Pedemontio et Sabaudia.

Populus trauius,
B. Amedei ad alterum transeo argumentum, quo
B. Amedei in coelis glorioli felicitas in hac usque tempora manet indubitate in omnibus Pedemontii atque Sabaudiae urbibus, oppidis, vicis, quae longum esset enumerare singula: cum nullus tam humilis locus sit, ubi non vigeat popularis traditio, ab avis proavisque ad nepotes transmissa, quod Amedeus tertius sit Beatus: cuius rei si probatio requiritur alia, quam que ex omnibus indigenarum incolarumque conscientia petitur, ecce tibi antiphonam et orationem, quae Vercellis in ecclesia S. Eusebii, nechon apud Scholares S. Nicolai de Tolentino solebant publice recitari.

habeatur ex precia for- mula Vercellis visdata,
C. 62 ANTIPHONA. Vexatus in terra corporis aegritudine altius Dux Amedeus tertius, patientie et sanctitatis emetis fuit exemplar, quem credimus frui caelestibus. ¶ Ora pro nobis B. Amedee. ¶ Ut digni efficiamur promissionibus Christi. OREMUS Omnipotens Creator aeternae, qui gloriosus precibus B. Amedei Principis et Sabaudiae Ducis tertii, ad eum confugientes ab epidemia preservasti et jam percussos sanasti, vincitos a carceribus liberasti, mortuos suscitasti, incendia extinxisti, et aliis [miraculis] urbe et patriam, que tantum dignata est habuisse Principem, per ipsum illuminasti: nos a cunctis peccatis, infirmitate, [malis] temporalibus et aeternis preservare; nec non patientia, humilitate, castitate, fortitudine ac discretione ceterisque virtutibus, ad omnino salutem animarum et corporum nostrorum necessaris donare, ac meritorum sanctissimae Passionis D. N. Jesu Christi Filii tui, gloriosi tua gratia participes efficere digneris. Per eumdem etc.

63 Ex antiquis tabellis et codicibus respective repertis in ecclesia parochiali loci Arvie, Ducatus Augustae Praetoriorum; in hospitali leprosorum loci Conflenti, Archiepiscopatus Tarentasie; et in civitate Annisiaci, diecesis Gebennensis apud egregios et pios viros, hymnus etiam hic habetur.

O potens magni Sator alme olympi,
Qui premis sacro relevasque sceptro
Quidquid hoc colum legit et profundus
Continet oreus;
Afflicis qua nos pietate scaevos?
Qui tuos nobis monitus salubres
Spernimus: sed tu miserando parcis
Cumque petenti.
Unicum nobis genitum dedisti,
Solveret qui nos miseris, nefandis,
Deditos, noxa, tenebris, parentum,
Sanguine fuso.

D
Neve morborum valide phalanges
Seculum nostrum lacerent inerme,
Principem nobis volvisti asylum

Esse perenne.

Cui Dei nomen fuit usque Amator,
Dux et arcanum voluit triumphum,
Jura conservans, aliq[ue] fidelem,

Pauperiemque.

Loripes, cæcus, varicosus atque
Quisque deceptus genio, suisque
Pressus et secl[us] variis procellis,

Huc fluat omnis.

Moror et morbus, labor et dolorque
Cessat in nostro penitus sacculo,
Vota consolvunt miseri, precantes

Pectore puro.

Laus tibi grandis, decus et triumphus,
Qui nobis iuvum tribuis sepernum,

Et preces audis Ducas, et repellis

Undique morbos.

E
¶ Ora pro nobis B. Amedee. ¶ Ut digni efficiamur promissionibus Christi. OREMUS Omnipotens et misericors Deus, qui in te sperantium preces clementer admittis, effunde ob Unigeniti tui Passionem super nos misericordiam tuam, et praesta, ut intercessione Sanctorum omnium atque B. Amedei precibus, a quibuscumque corporis languoribus et anime nocuementis expediti, tecum perenne lactari possimus. Per Dominum etc.

64 ANTIPHONA. Nunc exultet Sabaudia, enjus Princeps Amedeus, post spreta mundi gaudia collucatur Cœlestibus. Tui supplicis populi recordare. Dux beate, ut gloriari paradisi mereamur obtinere. ¶ Ora pro nobis etc. OREMUS. Deus, de cuius munere venit, ut in instabili turbine hujus seculi populorum multitudine pacifice et fideliter sub uno pio justoque Duce ducatur: concede piis precibus hujus beatissimi Ducis nostri ac Confessoris tui Amedei et praestat, ut omnes, qui ejus implorant auxilium, liberati ab omnibus infirmitatibus mentis et corporis, ad te ducem, qui recte omnia ducis, feliciter in gloriam perducatur. Per Dominum etc.

65 Atque haec de constanti fidelis populi traditioni circa veram certamque Amedei in coelis regnantis beatitatem. Eadem Scriptorum omnium et Doctorum seculo illo sequentibusque virorum testimonia consonant. Ex his Donatus Bosius in chronica rerum memorabilium ab ortu mundi, usque ad annum MCCCXXI ab excessu B. Amedei vigesimum, ita scripsit. Anno Domini MCCCXXII, vii Januarii cometa magnus caudicans apparuit, octavo deinde post die alter minor: quorum prior quindecim diebus, alter ferre quadragesima visus est. Exeunte mense Martio Dux Sabaudiae decessit, clarusque miraculis multis inter Sanctos relatus est, relictis duabus parvulis legitimis filiis, quorum qui major fuerat natu imperio succedit. Petrus Carus ad Alexandriam vi Legatus anno MCCCXXI in publico Consistorio Petrus Cira, verba faciens de Serenissimo Carolo Amedei nepote; Avum, inquit, habuit, sanctum divinissime Principem Amedeum, prodigis miraculisque fulgentem: cui templis et aras deberi uno omnes ore satentur et prædicant.

F
66 Petrus Leonis D. Mariae Scalorum Mediolani Canonem anno MDCXXI, in predicti Caroli et Beatriceis Portugallensis nuptias epithalamium scribens, querit, quis Amedeum, enjus corpus innumeris in Verecellarum mæbe miraculis effulget, ita ab imperio administratione abduxerit, ut se totum superiorum culturae dederit. In chronica Cunei MS. ab anno MCCCXX usque ad MCCCXXXIV ista leguntur. Decessit ab humanis illustrissimus et inclitus Princeps, plenus bonorum operum et devotissimus Dominus nos- ter

D
quo miracula
B. Amedei
laudantur,

item ex scri-
ptorum con-
sensu;

in quibus
Donatus
Bosius,

F

Petrus Cira.

Per nos Lonti,

uctor chroni-
cæ cantinas

EX TAL
FRANC
MALETI
Simeon
Majolus

Corius,
Machareus

Ioa. Boterus

et alii plures.

Ater Amedeus Dux, in urbe Vercellensi: cuius corpus in ecclesia S. Eusebii reconditum miraculis coruscat. Simeon Majolus Astensis Vulturariensis Episcopus, in Centuriis ad Sextum v pro defensione sacrarum imaginum Romae impressis anno MDLXXXV, Amedeum ob vitæ sanctitatem inter Divos relatum predicat: quod Bernardinus Corius in historia Mediolanensi usque ad annum viii perducta, etiam maximis miraculis tribuit: asserens fuisse honoratum pro Sancto. Dominicus Machanens Mediolanensis, in quadam libro Italica lingua MS. ad Carolum Ducem, Successit, inquit, Bellicosco Duci B. Amedeum, pacificus et religiosissimus Princeps: cuius miracula non presumo narrare, quia certus sum quod Serenitas yestra illa legerit in libello Francisco, qui mihi ab Illustrissima Blanca est commodatus, Tacerem nequeo.... gratiam, quam cuidam e corporis sui stipulatoribus fecit, postquam per aliquot dies Trini e forca pendisset, rupto fune sanum vivumque dimittens. Communitas quoque S. Germani mihi dixit quod statim ut oltulit cereum B. Amedeo, obsidionem loci soluerit Galeatus, nulla externa vi compulsa.

B7 Denique Joannes Boterus Benensis, in secunda parte de Christianis Principibus, Beati hujus Duci elegiua Italice texens, sic ait: Nimirum prolixus sim, si velim referre multas gratias et varia miracula ad ejus intercessionem facta. Dicere sufficiet, quod eo tempore, quo ego haec elegia dictaham, Joannes Stephanus Ferrerius, Episcopus Vercellensis, misericorditer ad Ducem Carolum Emmanuelum librum, continentem centum triginta octo partim gratias partim miracula, ab hoc Sancto facta, extractaque ex archivio S. Eusebii Vercellensis, magna cum fide et gravitate scripta.

C8 Plura hujus generis qui volet, legat Philibertum Pingonium in Augusta Taurinorum, et prolivius in Arbore gentilitia Principum Salaudie: Raphaelem Volaterranum, libro 3 Commentariorum Urbanorum; Jacobinum de S. Georgio, in tractatu de feudis, edito cum adhuc viveret Serenissimus Carolus B. Amedei filius; Georgium Fabricium Chemunicensem, in libro 4 Originum illustrissima stirpis Saxonar. fol. 502. Hieronymum Benningium, in Theatri Genealogici 2 et 3 parte in 4 Monarchia, et in Genealogia Comitum Salaudie, impressa Magdeburgi MDCCLXIII; Hectorem Pinetum Lusitanum, in 2 parte Dialogorum, dial. de tranquillitate vita cap. 18 sub titulo de sui ipsius fuga et lantibus elemosynis; Lambertum vander Burenum, ad D. Mariam Ultrajecti Beccum, in Salaudorum Vicuum Principium historia; Jacobum Philippum Bergonensem, in supplemento supplementi chronicarum ad annum MCCCCXXII; Hartmannum Seodelium, in Chronicis magno impresso Moguntiae anno MCCCCXCV; qui omnes cum laude scripserant de Amedeo, ut Sancto ac Beato et miraculoso claro, et quidem hi omnes Latina lingua: nam eos qui veraculo scripsere, Gasparem Bugatoni, Joannem Nicolum Peglionium Marcum Coazzum, Hieronymum Bardum, omnes ante seculum hoc florentes, praetereo.

CAPUT VIII. De imaginibus B. Amedei cum representantibus ut Brutum.

Picturae B. Amedei, cum radiis seu splendoribus vel diademate expressi, tertium constitutum testimoniū illius inter homines credita beatitudinis eoque solidius et efficacius, quod ejusmodi icones in ecclesiis super altari aliquo pīs locis, orationi vel omnium vel multorum communiter facientes destinatis, venerationi fidelium publice expositae, jam

olim existent extente etiam nunc. Tales sunt ea quae in æde Carmelitana Vercellis prostant: prima ad ingressum portæ minoris super dexterū lateris columnam unam, quae quam antiqua sit, ipsa declarat inscriptio, quae supra caput talis est: **Beatus Amedeus Dux Sabaudiae tertius: et pedes vero bujhsmodi**: Magister Abraham de Mosso Caligarius fecit fieri anno MCCCCXXVI die v. Iulii. Altera ingredientibus per portam maiorem similiter dextero ex latere sese offert ad columnam, cui pila aquæ lustralis aalheret, eundem Beati titulum exhibens cum hoc subscripto. Hoc opus fieri fecit Magister Petrus de Mondino anno MCCCCXIX. Extra ecclesiam vero jam dictam, in sacello eidem noviter aijuncto sub annum MDCVI, bonus Amedens Dux visitor expressus una cum Virgine beata aliisque Sanctis, et ad ipsum proxime affixa sunt anathemata aliquot, in signum gratia per ejus merita impetrante. Certe Petrus Franciscus Belvisius, ejus sumptibus accidente aliorum nonnullorum pietate fabrica illa erecta est, jurat testatur se a gravissima infirmitate, B. Amedeo invocato, fuisse liberatum.

E7 Similis imago depicta fuit in fronte templi, et alibi curante Petro Gabavone nonagenario sene: et paucis sunt Vercellis ecclesiae quae non habeant talem aliquam hujus Beati effigiem, cum ea videntur in templis S. Victoris, Gratiarum, S. Jacobi, S. Agnetis, S. Marie Magdalene, item extra urbem in templo S. Lucce Canonorum Regularium, in clausetro S. Agathe et in Palatio publico civitatis ac loco qui Laninum dicitur. In æde quoque S. Catharinae ad sinistram altaris pietra est aliqua jam inde ab anno MXXXXVI, et appensis anathemata ornata. Et Bartholomaeus Larina, postquam filia sua Anna Isabella ab incurabili infirmitate, quam habebat in pede, sanata ex voto est anno MDCVII, fecit alium collocari in sacello Domini nostre, quod est in ecclesia S. Marci.

F7 Nunc per Vercellensem diocesem circumuenientibus picturae istiusmodi occurrerent plurimae. Quinti in parochiali S. Filiberti aede, Colobiani in S. Victoris, Lessone in S. Laurentii, Gattinari in D. Petri, in parochiali S. Germani, in S. Eusebii Moneravellensis, ibidemque in ecclesia S. Petri Martyris Patrum Dominicanorum, ubi ad dextrum chori latius sacellum est, et in sacello supra altare tabula, pictos habens Deipara Virginem, S. Petrum Martirem atque B. Amedeum cum hac inscriptione: *Hoc opus fecit fieri Dominicus de Casa-nova de Monte-capello de anno MCCCCXXVII, die v. Aprilis.* Pezzano quoque ex voto publico communis ante annos sexaginta posita est una supra majus altare Curatie ecclesiae: et ante annos centum alia Sigliani in aede Parochiali. Quae autem in Motta-Aleati est in aede SS. Fabiani et Sebastiani, collocata est anno MD: at in S. Marie Buzzolene tam antiqua est una, puerum ad pedes genuflexum habens, ut legi amplius inscriptio nequerat: que vero Sandigliani in S. Antonii, et Biella in S. Dominicis est, notam exhibent anni MCCCCLXXXVIII.

G7 Eporediensis civitas similem habet imaginem in æde S. Odorico dicata, supra altare S. Alberti cum ejusmodi titulo, Beatus Amedeus Dux Sabaudiae. Depictus autem ibi fuit anno MCCCCLXXXVIII, estque etiam alia pictura supra altare majus ibidem. In Rivarolo vero Eporediensis diocesis duae visuntur apud Patres Franciscanos, Angustæ vero in tribunalibus mensis Episcopalis hujus nostri Beati imago spectatur media inter S. Gratium et S. Jucundum Episcopos, nec non in æde S. Francisci ibidem, atque in suburbis in æde S. Ursi. Pro ceteris autem commemoranda venit imago quae Taurini apud Dominicanos

Tales sunt
tariꝝ.

D
Percellis in
S. Eusebii

atque per
diocesem
plures

item in diocesi
Eporedensi,

A Dominicanos exposita, prostat: cum tot ibi oblationes et anathemata offerantur, tot carentur sacrificia intuitu beneficiorum istic speratorum vel imperatorum. Apud Canonicas item Regulares in aede S. Crucis altore unum est, habens tabulam ab ipsis monasterii fundatricibus istuc Vercellis deportatam: et Franciscani Taurinenses, ad demonstrandam consuetudinis talis antiquitatem, ostendere possunt ejusmodi picturæ jam pene abolitæ tabulas semicorrasas, olim altori alieni ornando servientes.

Ariglani,

Segusia

Pinarolli,

Barga,

B. voll.

Piozzasci

Caraglii

Cavoretto,

Villa-France

Averzani

Caselli,

rū parochia Gassiniensi: cum enim ex coloribus, licet evanidis, liqueat factam in memoriam extinctæ ibidem per invocationem ipsius pestilentiae, ausim affirmare positam esse ante annum millesimum quingentesimum.

76 Mondovienses in picturata chori sui fenestra B. Amadeum expressum habent una cum S. Antonio Patavino; et in S. Francisci Zoccolantum una cum aliis Sanctis in pictura antiquissima supra altare: qualis etiam in aede Domine nostre eorumdem pariter Zoccolantum olim supra majus altare, nunc in ara Sancti Rosarii cernitur, Morozziorum domum. Sed et pulcherrima est Virginis Deipara pictura in burgulo ibidem, hinc S. Nicolai Tolentini, inde B. Amadeum habens: qui et exprimitur in S. Jacobi de Piamfeis intra dictæ civitatis pomaria, itemque in pariete exteriori domus Duxiorum inter forum planicieque Breensem ante omnem civium nunc viventium memoriam. Et quoniam ab ecclesiis ad privatæ aedes sumus transgressi, tacere nolo Petrum Villam, qui supra linum domus, majorum suorum pietate, depictum cum radiis titulique Beati Amadeum ostendit. Ad tempora autem Mondeviensis diocesis regressus, Valderii et Andronii in parochiis, Villenovæ autem in S. Jacobi campestris æde pulcherri, mas B. Amadei invenio iconas.

77 Genuensis territorii Castelletum est: ibi inter plurimos Sanctos ad pilas chori pictus Amadens cernitur, et talis legitur ad posterorum memoriam titulus: Capellani hanc et sacrarian contiguum, cooptam per predecessores egregii Vincentii Tardoni, complevit ipse egregius Vincentius anno MCCCCCLXXXVII. Morozzi autem in ecclesia S. Mariae, ad tertium ab ingressu arcum, ipsa Deipara Virgo pingitur filium grevio sovens; sanctumque Bernardum ex una, ex altera parte B. Amadeum adstantes habens: ibidemque in choro sic notatur: Hanc ecclesiam depingere fecit Reverendus sacre Theologiae Doctor Fr. Joannes Fauzonius, hujus Præpositurae Præpositus anno MCCCCCLXXXIV: unde irrefragabile testimonium sumitur, cum dictus Fr. Favozzum fuerit ipsius Beati Confessarius. Similiter in alia Morozzeni ecclesia cum aliis Sanctis visitur depictus Beatus.

78 Cum in S. Francisci non solum imago ejusmodi, sed etiam altare Beato eidem erectum olim fuit: quod licet destrunctum deinde sit, quia columnæ uni adhaerens templi psum officiebat decori, servata tamen imago est atque ad chorum translata, indeque Taurinum, ut Carolus Emmanuel Serenis-siurus Dux antiquitatem ejus contemplaretur. Camaniola in S. Augustini, et regione pulpiti, imago est tam distincte expressa, ut barba reens rasa cognoscatur: similisque imago Sanighani in capella Serenorum ad S. Dominicum visebatur, nec non in domo Francisci Sereni. Nobilis sexagenarius: qui testatur a patre, post septuagesimum annum mortuo, audivisse dictum imaginam pietum esse partum ex devotione partim ex obligacione filiali sine erga Beatum, qui ex ipsa unum de sacro fonte vivens levavit.

79 Nunc transitus montibus, videamus etiam in Sabaudia religioso genuflexionum cultu coram suis imaginibus exhibito honoratum Beatum Confluentum diocesis Tarentasius locus est, ubi in aede SS. Mariae Magdalene et Lazari circa hunc Beatum expresse cernuntur sandapile quatuor, in signum totidem mortnorum ibidein suscitorum: tantaque populi istius erga suum Principem devotio fuit ante ultima bella, ut pauci reperirentur qui non frequenter ejus imaginem visitarent recitarentque orationes supra descriptas, et ibidem in appensis tabellis propositas. Chamberii vero in aede S. Francisci adoratur una, expressis circumcirca miraculis ornata, in-

D
EX ITAL
FRANC
MALETI
Gassini

Mondovii,

et per dioces-
sm.

Castelletti,

Morozzi

curmantole.

el San g/a

nt,

Conf. II,

nt.

Chamberii

tra

EX ITAL.
FRANC.
VALETI.
ANICII.

et Seissela.

A tra sacellum SS. Cosme et Damiani. Autem quoque cum eodem orationum supra propositorum usq; imago frequentabatur, posita in sacello Consolationis ad S. Dominicum: ibidemque a Domina nostra nominatur residentia Benedictinorum, picturatis egregie instructa vitreis, quae inter alios Santos etiam B. Amedeum exhibent: immo authenticis testimoniis constat, in hoc ipso Amiciensi oppido in honorem hujus Beati Missani dici solitam fuisse.

80 Neque tantum in templis sed et in domorum frontibus expressam videre est B. Amedei imaginem: itaque in Villa-Uginæ Ducatus Sabaudie spectatur ipsa inter alios Sanctos ante aedes Domini Martod et alibi frequenter. Ut autem hic finem faciam de imaginibus dicendi, conclusio cum iis, quas in Seisselensi villa temploque S. Augustini indigne possident, non solum antiquam unam in choro, sed etiam alteram in capella, eo magis dignam hic referri, quod circum eam stupenda exprimantur miracula ad invocationem B. Amedei patrata; circa varios e carceribus eductos et aliis calamitatibus pressos; et sigillatum circa puerum resuscitatum a morte, qui infelice in lapsu sex alto, in acutum sese palum induerat et expirarat.

B APPENDIX EX MSS.

§ I. De Elevatione, Translatione, Sacculo B. Amadei.

In nomine D. N. Iesu Christi. Amen. Hujus publici instrumenti serie conctis flat manifestum, quod existens Illustrissimus et Excellentissimus Princeps Dominus Carolus Subaudie etc. Dux, et Vercellorum Dominus in ipsa civitate Vercellorum, zelo devotionis ductus, premonitusque a Venerabilibus Dominis Canonicis Ecclesie Verrellensis et aliis egregiis civibus, de multis et memorata dignis miraculis, quae Deus omnipotens ad intercessionem (ut p[ro]p[ter] creditur) recolendae memoriae Illustrissimi Domini Amadei, dum viveret Sabaudie Dux, patrum sui, cuius reliquia in ipsa ecclesia ante maiusaltare ipsius respiciebant, patraverat; ob que non levis opinio sanctitatis ipsius Illustrissimi D. Amadei in civitate ipsa et vicinis locis increbuerat, et ad remotissimas etiam partes fuerat pervagata. decrevit ipsas reliquias, quae sub terra defosse erant, in aliud honestiore locum reponendas esse, ut si in futurum in numerum Sanctorum, quod pie speratur, fuisse redactus, reliquiae ipsius integræ et inmundis inventirentur.

82 Habita igitur cum reverendis Patribus, Dominis Joanne Baptista de Advocatis Valdengi, Juris utrusque Doctori, Canonico Vercellensi, Reverendissimum in Christo Patris et Domini D. Augustini Ferreri, Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopo Vercellensis, et Comitis Vicario generali, Bernardino de Advocatis, Casio-nova Archidiacono, Joanne de Tironis Archipresbytero, Audacia Ferreri Preposito aliisque Canonicis dicta ecclesie Cathedralis Verrellensis diligenti consultatione, ad ipsum tumulum, reverente aere sit, capsamque, in qua examine corpus Jacobat, apertiri fecit: ex qua singula ossa sigillatum extracta fuere (nullum opudem doerat) et per Reverendum in Christo Patrem Dominum Claudium de Seyello, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopum Tamminensem, ibidem presentem olosque dicti ecclesie Sacerdotes, de dicta capsula extracta levari ac inmundari, et in aliam capsam ligneam, panno mundo involutam, repensi fecit. Quae quidem capsæ nova, de consensu, et ordinatione dictorum Dominorum Vicarii, Archidiaconi, Archipresbyteri, Prepositi et Canonicorum, reposita fuit in thesaurum ipsius ecclesie. Vetus vero capsæ cum intestinis

et aliis, quæ ex dicto cadavere remanserunt, rursus posita fuit in priori loco unde fuit extracta.

83 De quibus omnibus et singulis suprascriptis et gestis, tam ipse Illustrissimus Dominus Princeps quam dicti Domini Vicarius, Archidiaconus, Archipresbyter, Prepositus et Canonici publicum fieri jusserunt Instrumentum per me Notarium infrascriptum. Acta fuerunt huc Vercellis in ecclesia S. Eusebii sub ann. Domini currente MDXVIII, Indictione vi, die xi mensis Junii, Pontificatus S.D.N. Leonis Papæ x anno v. Praesentibus ibidem Reverendissimo in Christo Patre D. Urbano ds Miolano, Electo Valentie et perpetuo Commendatario Abbatiae et monasteri S. Stephani citadelle Vercellarum Ordinis S. Benedicti; Claudio de Belaysone, Barone S. Germani, ejusdem Illustrissimi Principis Consiliario et Cambelano; Francisco de Bosco, Domino Persiaci, Magistro-bispiti; Ludovico Galienii, Domino Breveri, Camerario primario Ducali, et Venerabili religioso, sacrae Theologia Professore, Guilielmo Rudulphi, Ordinis Minorum Observantiae Confessore, testibus ad praemissa omnia et singula vocatis, notis, et rogatis.

Et ego Io. Thomas de Ferrariis, filius quondam Domini Joannis Augustini, civis Vercellarum, publice auctoritate Imperiali Notarius et Curie Episcopalis Vercellensis Secretarius, praemissis omnibus... hic me subscripsi etc.

84 Hactenus ipsa instrumenti authentici verba: quod sequitur, de Translatione seculo sequenti facta, ex Italo sermone reddendum Latine fuit.

In nomine D. N. Iesu Christi. Amen. Anno a nativitate ejusdem mpcx, Indictione vii, die xxv Juli circa primam horam noctis, factum est in ecclesia Cathedrali S. Eusebii et in capella infra-scripta, sita ad partem Borealem, quæ olim Capellanis ipsius ecclesia pro sacrario fuit; eorum admodum Magnificis Dominis Eusebio Dionysio, et Joanne Augustissimo ex Dominis de Rousenda, civibus et Notariis collegiatis hujus civitatis, testibus ad infrascripta rogatis, notis et idoneis. Cum occasione novi chori, extinendi in dicta Cathedrali S. Eusebii, demolitus necessario esset chorus antiquus, et consequenter etiam inter alia locus, vulgo Thesauris nuncupatus (in quo cum multo honore ac reverentia eate[n]us servabantur sacra Iteliquia, quibus haec ecclesia ab antiquis temporibus dotata fuit, itemque corpus sive ossa B. Amadei, Sabaudie Dux: quæ simul constituentes verum pretiosissimumque thesaurum, idem loco illi nomen dabant) tam dictæ reliquie magis ornatae atque tractabiles, quam ipsum B. Amadei corpus reposita sunt in sacristiam.

85 Quinvis autem ex illo tempore suscepta fuerit cogitatio de proprio loco convenienter erigendo sacris illis ossibus, que non solum hinc civitati et diocesi, sed etiam multis aliis populis provinciisque in magna semper veneratio fuerunt, propter grandes frequentesque gratias, quas variis in locis plurimi divinitus a se impetratas agnoscunt, dum B. Amadei sua committentes vota, intercessionem ejus filienter depositum; quia tamen fervente fabrice novae operæ agellantur sus deque omnia, reliquum est corpus venerabile in eadem sacristia, usque dum majoris securitatis causa elapsis annis aliquantibus, majoris reverentie et securitatis causa provisionaliter collocatum fuit in eodem loco, ubi multo prius repositum fuerat glorioli Martyris Eusebii corpus, cum intentione illud deinde solemniter transferendi: quod tamen gravissimis causis impeditibus factum hactenus nou est.

86 Illustrissimus itaque et Reverendissimus Dominus Stephanus Ferrerus, Dei et Apostolicae Sedis gratia Vercellensis Episcopus et Comes, interim dum

*atque in the-
suario lo-
cari,*

*anno 1518
Junii 11.*

Cron. Sa-
baudiæ Dux

proper mira-
torum fre-
quentium

C
consolatione
pro 44

fab. corpus
ve. rec. in
wh. n. et sum
trop. i.

*area: no
nova fabricæ,*

ex Thesau-

F

*in sacristiam
no. in transla-
tum*

*u. locum
v. in d'apo-
ref. clausu-*

- S. Audoeni Archiepiscopi Rotomagensis Translatio refertur a Galesinia, Saussatio, Ferrario: dies natalis est xxiv Aug.
- S. Reginas Martyris corporis humatio apud Flaviniacum monasterium, facta hoc die aut precedenti (nam dubia verba sunt) memoratur ex monumentis Flaviniacensibus apud Philippum Labbe tom. I. Novar bibliotheca librorum manuscriptorum pag. 272. Dies ejus natalis est vii Septemb.
- S. Cornelii Papæ Translatio apud Compendium in Francia, memoratur in additumbris Carthusianorum Bruxellensium ad Grevium: dies natalis est xiv Sept.
- B. Vulsandus Episcopus Bituricensis, qui in S. Laurentio ade sepultus, sue beatitudinis pernulta prodidit lumina, memoratur his verbis a Saussatio inter Pios, Actor Patriarchi Bituricensis, o Philippo Labbe inter monumenta Aquitanica editi cap. 48, Vitam ejus paucis exponit et Sanctum remet, sed mortuum ut anno 873 die ii Octobris.
- Godefridus, ex monacho Benedictino S. Pantaleonis
- Coloniæ, monachus Cisterciensis Villarii in Brabantia, refertur hoc die a Menardo et Bucelino: at majore enim elogio a Bucelino et Chrysostomo, item a Rayssio in Natalibus Sancti Belgii, et Gelenio in Fastis Agrippineis ii Octobris.
- Landinus socius S. Brunonis, atque ab eo Prior not. 3 majoris Carthusie constitutus, a schismaticis carcere mancipatus, et in eo mortuus, refertur hoc die a Saussatio in Supplemento Martyrol. Gall. et titulo Sancti honoratur. Apud Hermannum Grevium Corthusianum Colonensem in Auctario ad Usuardum secunda editione, et in MSS. Additionalibus Carthusianorum Tornacensium ad priorem editionem, honoratur titulo Beatæ memorie, quem rideat tribuit Canisius, Beatum appellat Ferrarius. Nos in ipsa Carthusia de hisce Prioribus, quod iis titulus Beati a variis tribunatur, solleit inquisivimus, nam aliquibus cultus Ecclesiasticus detur, et intelleximus non fieri. De Landino plurima dicentur ad Vitam S. Brunonis vi Octobris.
- Catulla matrona Parisiis, refertur a Grevio in Auctario Molani, cumque secuto Canisio, qui titulo Sancte honorat: item citato Canisio a Ferrario, qui Virginem appellat, addens se nihil apud alios de ea legisse. Saussatio in Supplemento Martyrol. Gall. hunc conjecturam adjectit. In agro Parisiensi S. Cattula matrone, quæ S. Dionysium et socios sepelivit. Secuti deinde Laherius in Menologio Virgini, et Arturus du Monstier in Gyuzevo sacro. Cum dies hic non sit certo epis venerationi sacer, mulcimus differre, ut una cum Actis S. Dionysii res ipsius gestis discutiantur ix Octobris.
- Daria, Mater S. Ursule a pluribus habita, refertur hoc die a Camerario in Menologio Scatice, Poterit de ea agi ad Acta filiorum xxi Octobris.
- S. Hypatius Gangrenensis in Paphlagonia Episcopus, ab hereticis, dum a Synodo Nicenea i rehabet interfecit, refertur in Menologia Sirleti et Menais Graecorum, a Galesino etiam et Molnau, cui tamen dicitur Amgranus Episcopus. Graeci iterum in Menais et Synaxario cum colunt xv Novembris, et in Menologio Basili Imp. et Sirleti et Latini in Martyrol. Rom. xiv Novembris.
- Fagnudi Martyris passio, memoratur in perpetuissimo MS. Kalendario S. Maximini. Videtur esse. S. Fagnundus enim Primitivo passus in Gallie in xxvii Novembris.
- S. Ambrosii Episcopi depositio, memoratur hoc die in Martyrologio Rabani et Bedæ excusi et MS. Florinum. De eo agemus vii Decembris.
- S. Aulbertus Episcopus, memoratur in MS. Martyrologio Colonensis Carmeli. Videtur esse Cameracensis, qui volvitur ANIMADVS.
PAP. 4^o
- xiii Decembris.

G. H.

DE S. AMOS PROPHETA THECUE IN PALESTINA.

XXXI MART.

Theca patria
S. Amos:

Ultimum hunc Martii diem exordimur a vita et necesse S. Amos, qui tertius inter Prophetas minorum colloquatur. Ipse initio sua propheticæ locum et tempus, ubi et quando vixit, præclare indicat. Verba Amos, inquit, qui fuit in pastoriis de Thecue, quæ vidit super Israel in diebus Ozias Regis Iuda, et in diebus Jeroboami filii Iaas Regis Israel ante duos annos terram motus. Fuit Thecue quoniam urbs seu castrum tribus Iudea in monte situm, a Roboamo Sabomoni filio redificatum et munatum, ut regnum suum contra hostes stabiliret. Media inter Hierosolymam et Thecuerum fuit urbs Bethlehemita, utrumque sex millibus passuum distans. Thecuae autem fuerat

Amus humili loco prognatus, qui postorem se armentarium vocat, vellicundem sycumoros, et a Domino vocatum, cum securaret greges. Haec de conditione et patria Prophetæ Amos a Deo assumptæ ante duos annos terraemotus: quem asserit Salianus fuisse anno xxv Osiae Regis Iuda et xl. Jeroboami secundi Regis Israel, anno mudi post ter millesimum ducentesimo quinquagesimo, ante Christum natum octingentesimo tertium. Prophetavit isto et sequente anno contra Syros, prophecia: Philistinos, Tyrios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, ac polissimum contra Israëlitas, et horum urbem Samariam. Hinc ictu persecutorum contra eum, plaga illata, ac tandem ex vulnere obitus. De hoc Epiphanius libro de

cap. 7. v. 14
et v. 13

ten p. v. 1

prophetis:

*Exodus ejus
redato ex
Ephphaniis.

Tudoro.

• alii perpe-
tan Rex*

A de vita et interitu Prophetarum ista scribit : Amos Prophetae e Theene.... ab Amasia Sacerdote Bethel jugiter vapulans, insidiis et convitio notatus est, postremo vero filius Amasie fuste eum serundum tempora feriendo occidit. Ceterum adhuc spirans in patriam terram profectus, et inibi facto funetus cum majoribus suis una sepultus est. Isidorus etiam de Patribus veteris Testimenti ista tradit : Fuit Amos unus de numero pastorum, quem Dominus ablatum misit ad populos Israel, precipiens ei, ut Samariam pergeret, et ibi quae ventura erant prophetaret. Quem Amasias Sacerdos frequenter plagiis afflictit, et novissime Ozias filius ejus vecte per tempora transfixo, crudeli morte necavit : tamen semivivus evectus in terram suam, post aliquot dies dolore nimio vulneris, animam cunctantem efflavit, sepultusque est cum patribus suis. Similia etiam habent Do-

rothens in *Synopsi Petrus de Natalibus lib. 4 cap. 16.* Graci in *Menoris ad diem xv Junii, at Latini cum celebrant xxxi Martii, cum Martyrologio Romano, in quo ista leguntur* : Theeue in *Palaestina S. Amos Prophetae, quem Amasias Sacerdos frequenter plagiis afflictit, et filius ejus Ozias vecte per tempora transfixit* : qui postea semivivus in patriam devectus, ibidem expiravit, sepultusque est cum patribus suis. *Celebratur ejusdem memoria passim in Martyrologiis MSS. et excusis, opus Usuardum, Bellinum, Maurolycum, Felicum, Galesinum, Cauisium aliisque. Sed hinc inde munda miscentur, dum aut Amos pater Isaiae habetur, aut Amasius et Ozias Reges traduntur : quae munda apud Salanum et Interpretes saec. Scripturae ad nauicam usque repetuntur ac refelluntur.*

D
Graecis cele-
brant 15
Junii.

Latinis 31
Martii.

DE S. BALBINA VIRGINE ROMÆ

Commentarius historicus.

G. II.

§. I. Cultus sacer. Res gestae, ex Actis S. Alexandri Papæ extrectæ.

B **D**edimus die proxime clauso Acta conversionis et martyria S. Quirini Tribuni Romani, cuque excerpsum ex Vita antiqua S. Alaudri Pontificis Romani, adjunxitusque varia de translatione corporis S. Quirini Novensem, ejusque ibi et ulnis in locis veneratione Hugus Quirini filia est S. Balbina, cum parente suo ad fidem Christi conversa et aqua baptismali tincta, ad denum in via Appia ac cœmeteriu Prætextati sepulta : quodet S. Ballina dicitur, ob ecclesiam illi a S. Marco Papa ibidem extrectam. *Causule Romam subterraneam Aringhi lib. 3 cap. 27. Habet S. Balbina suum hoc die reveratum, ut primum Florus, aut quisquis genuinum Martyrologium Bedæ, quod vocat, olim suppleret, issu habet : Romæ S. Balbinæ Virginis. Quæ codem modo leguntur in MSS. Vallicellana Congregationis Oratoriorum Romæ, Leodiensi S. Landerti, et Coloniensi Carmelitum. Addunt filiam finisse Quirini Martyris. MSS. *Vaticanicum S. Petri, Barberinianum, Coloniense S. Mariae ad Graulus, et aliquod Reginæ Suevicæ oliva Futbolæ conscriptum. Apud Usuardum ista leguntur* : Romæ S. Balbinæ Virginis, filiae Quirini Martyris, quæ post devictum seculi huius corsum sepehitur via Appia juncta patrem suum. In *Martyrologio hodierno Romano* interponitur fuisse a S. Alexandro Papa baptizata. Plura adduntur apud *Idunem, Notheram et auctarem martyrologij sub nomine Bedæ editi et passim apud recentiores, Maurolycum, Galesinum, Felicum, aliisque, sed ea ex Actis S. Alexandri sunt desumpta : ex quibus haec pauca damus.**

E facula apparuit et venit ad pueram, dicens ei : Salva esto, et in virginitate tua permane, et ego te faciam videre sponsam tuum, qui pro amore tuo sanguinem tuum fudit. Haec cum dixisset, abcessit. Veniens autem pater pueritæ Quirinus invenit filiam suam sanam.... Post simul etiam Quirinus cum filia sua Balbina, et omni domo sua baptizati sunt. A^r Martire Christi Quirino occiso, filia ejus Balbina in sancta virginitate permanuit. Cui sepe osculantib[us] boiam, per quam salvata fuerat, dixit S. Alexander : Desine hanc boiam osculari : sed potius require Domini mei Petri vincula et ea oscularare. Tunc data sibi opera cum studio ac desiderio magno pervenit ad illa S. Balbina, deditique ea Theoderus religiosus fœminæ, sorori S. Hermietis Praefecti urbis.

E
et invicta
ad Angelum ad
virginitatem
ravatur :

3 Haecne Artu S. Alexandri Papa in pluribus MSS. sed quæ halenus ex perpetuo calice S. Audimuri, hoc ultima latius exponunt his verbis : Ballina sepe osculantib[us] boiam, per quam salvata fuerat, dixit S. Alexander : Desine hanc boiam osculari : sed si vis osculari vincula et boiam, extenua require S. Petri Ap[osto]li. Tunc operam dedit Balbina inquirendi : et pervenit ad eas, et cum invenisset gratias cœpit agere Domino Iesu Christo, quod reperisset vincula B. Petri Apostoli : et prosterrens se in orationem, dixit : Beneficium nomen tuum, omnipotens Deus, quod per fumulum tuum Alexandrum milia ancillæ tua thesaurorum spiritualem manifestasti.

vincula
S. Petri,

Et cœpit ea vinclata cum tremore nimio deosculari, et gratias agere Regi cœlorum. Audiens hinc Theodora illustrissima fœminæ cœpit rogare eam, ut sibi ea derelinqueret. Tunc concessit B. Balbina, tradiditque vincula supradictæ Theodora illustrissimæ fœminæ, sorori S. Hermietis Praefecti Serrari hæc vincula haec in ecclesia S. Petri ad vincula trahant petit preces Pomperius Ugonis ad Vitam S. Balbinæ, et Octavianus S. Alexandri, Paucriolus agens de dicta ecclesia, arbitratu s. S. Silvestri illa deposita, sed additum in dicto MS. Tunc beatissima Balbina, cum fiducia revertens ad carcere ad B. Alexandrum Papam et ejus socios, cœpit eorum ailiærere vestigia et urare, ut pro ea Dominum deprecarentur, et suis canu eloquii confirmarent. Eodem tempore ira repletus Aurelianus impiissimus, missis militibus jussit omnes Christianos, qui erant in carcere baptizati, duei ad mare, et in naviculam vetustam imponi, et in altum deduci et ille omnibus manum ad manum ligatis, saxis in collo suspensis, ita ipsam naviculam venustam, quassatam et perforatam mergi in profundum : cum quibus et Virgo Christi perirexit glorificans Denim.

F
royal ea S.
Theodora
sorori S.
Hermietis,

Hæc

AN XXXX.
XXXI MART.S. Balbinæ
f[er]m[er] S. Qui-
rini cultus
racer,Acta ex Viti
S. Alexandri
Pape.E Iugna
defunctori,S. Alexandri
vincula
tunc,

petit preces
S. Alexandri,
comitatur
Martyres
dum submer-
guntur.

A Hoc in dicto MS. quæ etiam leguntur in codice Vitærum Sanctorum, excuso Coloniæ anno MCCCCCLXXXVII, ac biennio post Lorani. Ultima etiam extant apud Suriū sed mutato ab eo stylo.

§ II. Ecclesiæ et Reliquiæ S. Balbinæ.

Antiquam Romæ apud montem Aventinum fuisse Ecclesiæ S. Balbinæ, præter supra indicatam extra Urbs munia sitam, constat ex Concilio Romano anno MXXV Indict. XIII sub S. Gregorio Magno, cui subscripserunt tres Presbyteri S. Balbinæ, Petrus, Placitus, et Antonius, utrū tradit S. Gregorius lib. 4 Regestri epist. 45. In hac ecclesiæ ad S. Balbinam statio onus datur in Missali Romano feria tertia post Dominicam secundum Quadragesimam. Denim inter Titulos Presbyterorum, qui mane Cardinalibus tribuantur, et alio a Silvestro instituti creduntur, est ecclesiæ (S. Balbinæ) anniversaria basilicæ S. Pauli, ut post alias docet Jacobus Cuchellinus in Novitio Cardinalatus cap. 6. Pius IV Pontifex dedit hanc ecclesiæ Capitulo Ecclesiæ Vaticanae S. Petri, ut ad hujus benefacitum pastoratu cura alieni traduceretur, ut tandem Fratribus Eremitis S. Augustini ea concessa est. Ut docent Pomponius Uyonius in Historia Stationum pag. 130, et Octavianus Pauvulus in Thesaurus abscondito Urbs regnare Ecclesia 25.

B an corpus ibidem p

3 Supra memoratus Uyonius asserit antiquam traditionem esse, quod in ecclesia S. Balbinæ assereretur corpus ejusdem S. Balbinæ Virginis, item corpus S. Quirini et quinque corpora Sanctorum inconspicuum: et sub altari esse confessionem cum fenestra, per quam accenditur lumen ad honorem Sanctorum corporum, quæ ibidem requiescent. De corpore (S. Quirini in Germaniam delato, ad ejus Titulum eginus Adserriarum aliquas reliquias S. Balbinæ Virginis Bononie in magno sanctuario ecclesiæ S. Dominici scribit ad hunc diem Mastuns in Bononia perlustrata. At Rassius tradit S. Balbinæ Virginis et Martyris caput esse Insulis apud Cormelitus Eascalatorum, et cranium capitii Gerardii Montibus in monasterio S. Adriani. Verum occasione hujus S. Balbinæ videtur variis Virginalibus et Martyribus, maxime Ursulanis, impositum nomine ejus. Hinc ex Revelatione S. Elizabethæ et B. Hermanni recentet Hermannus Cronbrachius in Historia Ursulana pag. 648, Balbinæ Virgines quatuor, et ex Titalis sepulchralibus et Indicibus Ecclesiæ septem Balbinas; ex his Regina ad S. Maximumm Regina Matrona Trionopolis, Consocia S. Ursule ad Albas Dominas, alter ad S. Ursulan, ad S. Pantaleonem, ad S. Gertrudem, ubi caput S. Balbinæ Virginis, et denique, quæ Magdeburgi calculatur. Interim Gelenius in Fastis Coloniensis istu habet ad XXXI Martii: S. Balbinæ Virginis, enijs magna pars capitii Colonia apud Patres Conventuales Ordinis S. Francisci et patentes reliquias in basilica S. Pantaleonis. Item lib. 3 synecloga 32. §. 3 in Thesauro sacro dictorum Patrum Quartualium asserit enim. 8, esse partem magnam capitii S. Balbinæ, filie S. Quirini, inclusum argentea statua: et synecloga 12. non. 3 uit, ad S. Pantaleonem, eascerbereothecæ, capsam complectentem ossa S. Balbinæ: sed quæ forsitan a Cronbrachio Ursulana creditur. In ecclesia Metropolitana, hierothecæ nostra continet aliquas reliquias S. Cavelia et S. Balbinæ Virginis, et virginum Mortuorum Romanorum.

C aliquæ reliquæ hujus Balbinæ credi te Colonia esse,

6 Eginus ad Vitam S. Quirini §. 4 de Suburgi hand prædicta Colonia monasteria, et Prepositura Millensi prope oppidum agri Juliacensis Suburdum, quibus in lysis, ut S. Quirini patris da et S. Balbinæ filie cultus ac reveratio, et ea in antiquo duobus citato Missali legitur Oratio Gloriosam B. Balbinæ festivitatem, concede nos, Domine Deus, ita digne cele-

brare, quatenus per hanc in æterna mereamur lætitia feliciter exultare. Arbitrantur Millenses se caput dictæ Balbinæ possidere: de qua ex ore nobilissimi viri ac Domini Praepositi Jacobi Meinardi ab Horrich sequentia scripta nobis an. 1665 Colonia Jacobus Kitzveld Sacratissimæ Jesu Sacerdos: scilicet cum Praepositus ex familia Schießhartia sub annum MDXX aut præcedentem esset ex Millen abiturus, sumpsisse secum bona fide et innocentia caput S. Balbinæ ad arcam familiæ in Niderpleis prope Siburgum, et ad sacellum domesticum eidem Sanctæ vel S. Quirino consecratum, eo quod soror ejus capitillo unionibus et gemmis exornasset: verum ex illo tempore in altari S. Balbinæ Millensi numquam potuisse celebri sacrum cereis ardentiibus, ac diu observatum vix accendi quin mox extinguantur, flamma in aurum et ventum evanescere: tandem inquinilos summis preciis iustissime apud Abbatem Siburgensem, tum ex familia Kolliæ, ut caput sancte sue Patronæ recipenter: quod is fecit missò Capitanœ nomine de Beer, ex presidio Hispanico, quod ibi erat, cum ducentis partim millibus, partim inquinilis Millensibus, demum saeclo capite ad suum locum relato mox sacrificia Missæ ardentiibus cereis, ut ante, fuisse celebrata et aliud celebrari. Hoc Colonia dictus Jacobus Kitzveld oblatu etiam testimonio cum sigillo et subscriptione dicti Praepositi ab Horrich, qui Colonia elegit aulam Siburgensem pro loco quietis et mortis: ubi fere octogenarius apoplexæ mortuus est die S. Bartholomæ anno MDLXVI.

D ubi caput S. Balbinæ,

quo oblatio ceræ pro sacro in ejus altari extinguntur,

E co restituuntur.

§ III. S. Balbinæ ab aliquibus Martyr habita.

In Germania S. Balbinæ, filia S. Quirini, a variis credatur Martyr obiisse, atque ita colitur Siburgi et alias in locis. Quod etiam insertum secundæ editiouæ Martyrologij Germanæ a Canisa. In MSS. Actis S. Hermmetis dicitur B. Balbinæ deducenda ad martyrim, commisso S. Petri catenas B. Theodoræ religiosissime formisæ, sorori S. Hermmetis. Aliqua etiam Acta martyrii S. Balbinæ Virginis extant in Passionali MS. Bodensis canonib. Canonorum Regalium S. Augustini, ducesis Paderbonensis, quæ inde descripta misit nobis Joannes Gamansius noster, quæ sic proponimus benevolo Lectori, ut de veritate rei ipse judicet: omissa tamen prima parte, quæ ad S. Hermmetum spectat.

In Germania Martyr etiam habetur.

8 Cum S. Hermes jussu Aurelianii Comitis in carcereum clavis decollatus fuisset; B. Theodora una cum S. Balbinæ Virginie rapunt corpus ejus, et sepeherunt illud in praedio ipsius S. Hermmetis Martyris. Quod andibus Aurelianum tyrannus jussit ambas Virgines comprehendere, et in vincula mittere. Altera autem die misit et vocavit B. Balbinam, Virginem Christi gloriosam, et dixit ad eam: Quomodo vocis? Quæ respondit: Balbinæ vocor. Aurelianus dixit: Quem Deum adoras? S. Balbinæ respondit: Christianum Filium Dei vivi, qui creavit cœlum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt. Aurelianus dixit: Cujus filia es? B. Balbinæ respondit: Ego sum filia Triboni Quirini, quem imperi martyrizari præcepisti propter nomen Domini mei Iesu Christi. Aurelianus dixit: Scis, quare martyrizatus est pater tuus Quirinus: expone nunc mihi causam passionis ejus. Tunc B. Balbinæ exposuit Aureliano causam causam passionis patris sui, et dixit: Putas, Aurelianæ, quod terrore perterrita, non audirem prætimore et pudore revelare agomen patris mei non enim pudorem habeo, sed gaudium de passione et triumpho patris mei. Ego eam esse nimio dolore circumdata, ita in cœlum meum et tonum caput struma fodi sima audiaret, pater meus Quirinus aliens ad B. Alexandrum, rogavit eum dicens: Do-

qua si comprehensa ob seruato,

F. interrogata cepit usq; conversionem conversionis,

G. papa struma papa a struma papa a struma

A mine Pater, ecce filia mea magna infirmitate labo-
rat, quod si sanaveris eam, erit sub tua custodia
omnibus diebus vite sue: sed et ego baptizabor cum
omni domo mea, et credemus Domino Deo tuo. Tunc
B. Alexander accipiens catecum, cum qua ligatus
fuerat in carcere, posuit eam circa collum et caput
meum, et dixit: Domine Iesu Christe, pro enjus amo-
re vincula ista sustineo in hoc carcere, ne despicias
preces meas, sed libera ancillam tuam Balbinam a
dolore et vexatione stramine, ut baptizetur ipsa, cum
omni domo patris sui. Facta ergo oratione ad
Dominum a beato Papa Alexandro, Christi gratia lar-
giente statim ita sana effecta sum, nec unquam
rolli vel capitum dolorem sensisse. Quid plura? Bap-
tizata sum in te ego et pater meus Quirinus et mater
mea Experia, et omnis familia domus illorum:
quos omnes tu miser et crudelissime carifex requi-
sitos interfici jussisti propter nomen Domini mei
Iesu Christi. Illude derunt nomina sua in cibum, ego
vero misera et orphana adhuc servata sum supra
terrā, lugens quotidae deflens, quod non mereor
eos per martyrum palmarum sequi. Sed postea manus
bene consolata cum beatissima Virgine Theodora,
cujus etiam fratrem Hermem, Praefectum urbis
Romae nobilissimum tu in vincula misisti, et clam
in carcere decollari jussisti. Post quorum omnium
seleccissimum agonem, ego me ipsam non invita, sed
sponte ad penas et tormenta exhibeo; scens quod
occhio liberandum a Domino meo Iesu Christo de
cuius penas et passionibus vel doloribus carnis,
quos enim nolam non nomine ejus irrogavens.

*expulsa est
nū maria grīna
illātūm pātri
Quirino,*

B. *S. Bern. et:*

*contentus pār et
cultus deo-
rum,*

et Jovis

9 Cui Aurelianus dixit: Cessa iam ab insania tua;
ne pejora tu patiaris, quam illi: quorum penas et
tormenta nec non et indignam mortem pro gloria tibi
computasti. Ideo enim iussu te commemorare martyrum illorum, ut quasi poenis perterrita exhiberes-
res seipsum vestigia eorum. Tu vero quasi rebellis et insana
sponte perire festinas, sed et ego dignam tibi
penam recompensabo pro meritis, illi enim subito
et sine mora passi sunt, tu vero qua causa perdictionis eorum et occasio totius mali extitisti, mala
mortis mortieris, nisi citius revertaris ad culturam
deorum nostrorum. Tunc S. Balbina, Christi virgo
devota, Spiritu sancto repleta, dixit: Quare miser-
erime omnium hominum, eogis fideles Christianos a
cultura veri Dei recedere, et ea que nihil sunt colere.
Aurelianus dixit: Ea que colerunt patres
nostris et nos colere debemus, non ea que noviter
a vobis inventa sunt. S. Balbina respondit: Patres
tui erraverunt, et idola atque simulacra gentium
adoraverunt, et ideo male dispergernunt. Sed et tu
misericordia inique tyranno, ceteris peribis a facie ter-
re, qui cogis homines Creatorem suum deserere et
idola iusta ac surda adorare. Aurelianus dixit:
Quis est Creator alius nisi deus Iovis quem edidimus
nos Romani et adoramus? Respondit B. Balbi-
na et dixit: Deus tuus Iovis formator et adulor
fuit pessimus. Hunc tu qua ratione Deum decas ignoror.
Deus enim justa ratione factus est, vera est,
et ab omni pollutione innocens et mundus dicendus
est atque credendus: quem quicunque dignus coher-
rit salvator, qui vero indigne et negligenter, par-
tem cum eo non habebit. Tu vero qui penitus adver-
saris ei, et edentes eum occidis et ponis, quomodo
facies ejus subsistere? Ipse nempe Rex et Deus om-
nium Christus, cum venerit ad judicandum vivos
et mortuos et omnia seculum per ignem, tunc certe
nisi solam terram sed etiam celum commoverebit,
ut delect impios et seeleratos de terra viventium:
enjus adventus sicut fulgor erit terribilis, et ut tem-
pestas curvis ejus, sicut dicit Propheta in Psalmo,
Ignis in conspectu ejus exardescet et in circuitu
ejus tempes tenuis validia: et in alio loco de eodem igne

Martii T. III.

judiciali idem Propheta testatur, dicens: Ignis ante ipsum praecedet et inflammabit in circuitu ini-
mico eos ejus. Et si vis audire de te ipso et tui consimili-
bus, idem Propheta aperte manifestat dicens: Pe-
rent peccatores a facie Dei coeli, et sicut fluit oera
a facie ignis, ita peribunt peccatores a facie Dei
coeli. Item si vis audire de justis et sanctis hominibus
et beatis Martyribus, quos inique et sine causa
punis, atque punire disponis, Propheta dicit in eodem psalmo de eis: Justi exultent et exultent in
conspectu Dei et delectentur in letitia iniqui et ini-
qui in aeternum punientur et semen impiorum peri-
bit. Et merito: nam diabolus ita obsecavit corda
eorum et vestra, ut non cognoscatis Creatorem et
Salvatorem vestrum: quem si cognosceretis et cre-
deretis, libenti animo et devotissimo studio colere-
tis et adoraretis eum: deos vero, qui in manu factis
idolis et simulaclis habitant, contemneretis et res-
piceretis penitus atque contereretis.

10 Dicit ei impiissimus Aurelianus: Unde tibi
tanta verborum eloquentia aut quis docuit te haec
omnia? S. Balbina respondit: Christus filius Dei et
Spiritus oris ejus: sic enim scriptum est de eo in

*dicta a
Christo et
spiritu sancto,
E*

Evangelio ejus, quod doenerit discipulos suis, dicens, Cum statutis, ante Reges et Praesides, nolite
premeditari, qualiter respondeatis, aut quid dicatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non vos estis qui loquimini: sed spiritus Patris
vestri, qui loquitur in vobis. Dicit ei impiissimus
Aurelianus tyrannus: Ergo si Spiritus sanctus est,
qui loquitur ex te, faciam te scortari, ut fugiat a te
Spiritus sanctus. S. Balbina respondit: Ego credo
et spero uno pro certo scio, quia Spiritus sanctus
non separabitur a me propter ullam carnis passio-
nem: nempe cor meum ita confixum est timori ejus
et amori, ut nulla pollutione possit maculari. Quin
potius a te et tui similibus fugiet, imo nullam com-
municationem habebit Spiritus sanctus, juxta quod
in libro Sapientiae scriptum est, Spiritus sanctus effugiet secundum, et non inhabitavit in corpore sub-
ditu peccatis. Sed quid ego diutius ad te depono
sacramenta verborum, quae non proderunt tibi audi-
ta, nisi forte ut eo magis torquearis, quanto regi-
num Christi, quod persequeris, crescere viles, sentis et audis. Dicit ei Aurelianus: Desine iam a su-
perfluitate verborum tuorum, et adora deum Diana-
num, quae tuum eloquentiam sua conficit sapientiam,
ut ad sanitatem sensus tui possis pervenire, alio-
quin faciam te interfici quia deedes est mihi diu-
tus cum tenera puerilla verbosari. Respondit ei
B. Balbina, Aurelianus tyranno, tu desine stulta con-
tra Creatorem tuum garrare: cessa vel adhuc tandem
post multorum Christianorum locorum ab errore tuo,
epedens in dominum Iesum Christum, et confitere
ernum tua, si forte possis salvare. Quod si non fe-
ceris, sento pro certo quia prope est interitus tuus,
ut in aeternum percos propter sanguinem multorum
Martyrum, ipse innoxenter effudisti: mo autem
pro certo sensis, propter multitudinem tormentorum
tuorum a Christi fide nullatenus recessuram.

11 Tunc indignatus Aurelianus post multa genera-
torum alique pecuniarum dedit adversus eam
sententiam mortis, dicens, Interficiatur Balbina
eloquens, ne seducte populum Romanum post erro-
rem suum, et seducte Theodora multum, si forte
consentiat nobis et vivat, Interfecta itaque B. Bal-
bina, producta est Theodora de custodia, et exhibita
est ante conspectum Aureliani tyranni. Qui dixit im-
pius tyrannus: Ubi sunt thesauri fratris tui Her-
metis. Praefectus ostende eos, et sacrificia, ne forte
post variis tormentis interficiaris, sicut Balbina. Res-
pondit S. Theodora et dixit: Thesauros, quos has-
bimus ego et frater meus, pauperibus et peregrini-

torqua nulla

tormenta e

*martyrio co-
rodata esse*

*dein S. Theo-
dora,*

413 nis

A nis pro Christi amore dispendimus, ego vero nihil jam residuum habens præter corpus, quod cernis, etiam illud pro nomine ejus libentissime impendo: verumtamen dico tibi, Aurelane tyranne, quod si corpus meum membratim disceperijubeas, numquam sacrificabo idolis tuis. Indignatus itaque Aurelanus, jussit et illam flagellis cæsan gladio interfici sub die Kalend. April. cuius corpus sepultum est a Christianis juxta fratrem suum Hermen, Præfectum urbis Romæ, gloriosum Martyrem ac nobilem, via Salaria non longe ab urbe Romæ in prædio ejusdem. Corpus vero B. Balbinæ Virginis et Martyris sepultum est a fidelibus et religiosis viris juxta patrem

sum et matrem via Appia in cœmetrio Praetextati, ad laudem et gloriam domini nostri Jesu Christi, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

12 *Coluntur S. Theodora Martyr i. Aprilis, S. Hermes xxviii Augusti: prioris sepultura describitur eisdem verbis, quibus hic indicata est. Aliqua Acta MSS. S. Hermetis habemus ex Passionali, Bodecensi in quibus uxor ejus dicitur Exuperia, ut hic uxor S. Quirini. Est alia S. Exuperia uxor S. Olympii in gestis S. Stephani Pape 2 Augusti: qui coniuges martyrio affecti, cotinuerunt xxvi Iuli, præter quam non reperiimus hanc tamen Exuperiam ullis Graecis vel Latinis Ecclesiæ Fustis adscriptam.*

*Exuperia
mater S.
Bultræ.*

*VIDE SYNAXA-
RIUM TOM I
MART. PAG 874*

*inventio reli-
quiarum
10 Septemb.
E*

C. H.

DE S. ACACIO EPISC. CONFESSORE MELITENÆ IN ARMENIA MINORE.

SEC. III
XXXI MART.

Melitene, sive Melitine, urbs Armenie minoris primaria, varios habuit, usque illustrès Sanctos: ex his editur x Januarii S. Dalmatianus, ibidem sub finem sexti seculi Episcopus: ad cuius Itam varia duxerit urbis institu adlatur. Altus est S. Polyeuctus celebris Martyr, ibidem sub Valeriana et Gatheno Imperatoribus passus. Hisce senior est S. Acacius, ibidem sub Imperatore Decio Episcopus, et gloriosus Confessor, quem Graci virtus dictibus celebrant, ac potissimum XXXI Martii, ad quem diem ipse versicolor fumum maxima in veneratione fuisse indicat apud Graecos.

Πρώτη Ἀραξίῳ βιώτου πέρας εἰς τριακοστήν
Trigesima prima Acacius finem adeptus est vita.
Hos versus eidem accinnunt Graeci in suis Menoris.
Ἀραξίῳ θύετων τῷ γῆς Ἀγγέλῳ
Χώραν ἐπομάζουσαν Ἀγγέλαι τόπου.
Morienti Acacio, qui fuit terra Angelus,
Polum incolentes Angeli locum parant.

2 Elagium sequens habetur in Menoris excusis et apud Maximum Cytherorum Episcopum. Cum temporibus Decii Imperatoris Acacius in fide Christiana hominibus importienda strenue laboraret, comprehensus est, et ad Marcianum Consulem delictus; rogatusque de iis, que doceret, exposuit totam de nostra in Deum fide doctrinam, Paganorumque nugas et commenta refutavit. Quare et tormenta pertulit et in carcere traditus fuit. Sed cum Marciano videlicet referri debere de hoc viro sancto ad Imperatorem Decimum, ad eum summae questionis habitio capita prescrispsit. Tunc jussu Beeii de carcere emissus, stigmata ob Christi confessionem in corpore suo accepta circumferens, multos ad Christi fidem convertit, et miraculorum docte inique gloria clarus, in pace conquievit. Eadem, sed aliquanto latius, leguntur XXIX Martii in Menelogio Basili Imperatoris jussu seculo Christi decimo conscripto. Similiter repertus ad XXXI Martii in bibliotheca Androsiana in Menoris MSS. quorum aliud signato sunt numero 378 et littera N, alia numero 448 et littera O, et us consuntur Menos, que Diogene apud Chisletum nostrum adseruntur. Eodem die celebrant Copti et Orientales Certamen S. Acacii Episcopi Melitensis, quem hunc esse arbitrantur.

3 Alter dies S. Acacio dicatus, est XVII Aprilis, ad quem in Menoris MSS. Taurinensis Divers Sabauitie ista reperta descriptissimus. Μάρτιον τὸν ἑπτατρίτην Ἀραξίῳ Ἀργετιοχότον Μελιτεῖον στρῶν Θευραπούρου. Memoria sancti Patris nostri Acacii, Archiepiscopi Melitensis; cognomento Thununturgi. Quo etiam die in parvo Graecarum Menologio a Genebrando Latine redditu, istu leguntur: Synesius Persa Episcopus et Acacius Melitensis Episcopus. Quo etiam ad dictum diem leguntur in Anthologio novo Gre-

corum, sed in elogio adjuncto Acta solius Simeonis celebrentur. Horum Graecorum exemplo memoratur idem Acacius Melitensis Episcopus a Molono in auctorario usuardi et a Ferrario in Catalogo generali.

4 Tertius dies celebris inventione reliquiarum S. Acacii Episcopi Melitensis est xv Septembre in Menoris excusis et apud Maximum Cytherorum, item in Menologio Cardinalis Sirelli: quo die in Menoris addantur hi versus.

Τιμῶντες ἡμεῖς εὐρεσιν οὐτῶν λειψάνου

Εὔροιμεν, Ἀλάτε, τὴν κακῶν λύσιν.

Inventionem nos volentes corporis,

Fineū invenire fac malorum, Acacie.

5. *Hac Graeci de S. Acacio Episcopo Melitensis, seu an omnia nisi eidem tribuenda sint, non aq[ue] li-
quet. Est S. Euthymius Abbas natu Melitensis et edu-
catus: in cuius Vita a nobis xx Junii edita sub no-
mine Cyrillo de aho Acacio ista habentur num. 6. Pro-
cedente tempore, cum iam Euthymius excessisset
ex infantia, litterarum Magistris eum tradit Episco-
pus. Illi autem erant Acacius et Synodus, qui prop-
ter nobilitatem et prudentiam et moderationem clari-
erant in choro Lectorum, et in divinis Scripturis
recte exercitati, et neque externam neglexerant erudi-
tionem; qui post multa propter Christum suscepta
certamina, Melitenensis Ecclesiae administrationi
seorsum et suo tempore ambo proficiuntur: quo-
rum multarum rerum gestarum praclaris narratio-
nibus in hodiernum usque diem iucundissime recrea-
tur civitas Melitenensis, ut qua: et Ecclesia præfec-
torie et anciuariorum curia vere convenient. Cum dem F*

*Acacius esset Episcopus, exposuit S. Euthymio iam
memoratus Synodus, uti num. 54 prosequitur dicta Vita,
exposuit, inquit, de Cyrillo Alexandrino et Acacio celebris in
Melitenensis, quemadmodum acrem et vehementem
zelum ostenderent pro fide orthodoxa: et quod occi-
menica Synodus esset mox Ephesi congreganda ad-
versus illum impium Nestorium. His ergo sic dictis
a Synodo, animo instatus est Euthymius, eua talia
audivisset de Acacio, ad quem ventisbat eum esset
puer, et a quo fuit institutus in litteris. Ejus deim
zelus in Synodo egregie eluxit, multime in concione spi-
ritu plena coram Patribus habita, in qua brevi affore
pacem retinuerunt, amnes reviviscere, sumere animos,
erigere languentes virrs, est hortatus: unde etiam a
Baronio in Annalibus ad annum 431 ejus sanctitas
valde commendatur. An hic ad diem XVII Aprilis Thau-
maturgus cognominetur, ut senior Acacius, hoc die
Confessor, non audemus resolvere.*

6 Notitum S. Acacii prioris Episcopi jam olim ad Acta dispu-
latos delatum fuisse scimus ex Actis disputationis
ejus cum Marciano, quæ supra in Menoris indicantur,
et latius deducta olim ex Graeco sermone fuerunt trans-
lata, et hic subiungimus ex Joanne Mambricio et qualquier
velutus

cultus sacer-
31 Martii.

Elogium in
Menoris
excusis.

et variis MSS.

cultus 17
Aprilis

A *vetustis codicibus*, videlicet monasteriorum S. Maximini proprie Trevirim, S. Huberti in Arduenna et duabus ultrajectin; quorum aliis est Ecclesie Collegiate S. Salvatoris, aliis ibidem monasterii Carthusianorum: et sacerdos Achatius scribitur. Dicuntur haec facta quarto Kalendas Aprilis: quo die sic inscriptus est *Martyrol. Rabani*. Eodem die *Passio S. Achatii*: quae inde translatam sunt in Bedam excusum; sed Achatius dicitur: et Beda citato a Molano in auctario Usnardi prime editionis, et a Causio in *Martyrolog. Germanie*, et hisce allegatis a Ferrario in *Catalogo generali*, sed perperam Germanie adscribatur. Ex Actis quae Molaus usserunt extare, aliqua in MS. Florario leguntur his verbis: S. Achatii, qui tempore Decii Imperatoris scutum quoddam et refugium erat Antiochenae regionis. MS. *Carthas Ultrajectina* Achacii Episcopi et Confessoris. *Illustris compendium additum antiquam Adoni MS.* Leodiensi monasterii S. Laurentii est ejusmodi: Item S. Achatii, qui tempore Decii Imperatoris scutum quoddam et refugium erat Antiochenae regionis, qui adductus ad Martianum Praesidem maximam altercationem rationabilium verborum cum ipso intantum habuit, ut ipse preses suis objectionibus non valeret sufficere ejus responsionibus: nec iterum suis responsis posset obviare obiectis illius. Itaque virtus mutua verborum contentionis, recipi eum jussit in carcere, et Imperatori cuncta, qui inter se conserverant verba, immotuit, ut ejus mutu, quid de eo agi deberet, decerneretur. Lectis autem omnibus gestis, Decius Imperator altercationem tam celeritate responsionibus admirans, in risum versus est: et Marcianus quidem mox prefectorum Pamphiliae dedit: Achatius vero vehementer admirans estimationi propriæ et legi sue reddidit. *Hoc ad xxix Martii, at pridie Passio S. Achati Mart. inscripta est MS. Kalendario virtuoso S. Mazimini. At xxx Martii in MS. Barberiniano ista habentur: Alibi passio Acacii Martyris. MS. Carmeli Coloniensis: Ipso die B. Acharii Confessoris. At melius in Martyrologio Colonie et Lubecæ anno mcccxc excusa, et apud Gervenum in Auctario Usuardi legitur Episcopi et Confessoris, sed etiam Acharii vero Acacii scribitur.*

ACTA DISPUTATIONIS Ex IV codicibus MSS. et Monbrizio.

Ad Marcianum odductus b *negat se posse inscripare dicta,* c *qui unum verum Deum colat,* d *d* *e* *f* *exponit quonodo filium habeat Deus*

Quatiescumque servorum Dei gloria facta memorantur, illi referimus gratias, qui et patientem tuerunt in poena, et victorem coronat in gloria. b Marcianus itaque Consularis, a Decio Imperatore proiectus, Christiane legis inimicus, quemadmodum Christianum, nomine Acacium adduci jussit, quem scutum quoddam et refugium Antiochiae et religionis audierat, et eo introducto ad se, ait: Deles amare Principes nostros, homo Romanis legibus vivens. Respondit Acacius: Et cui magis cordi est vel a quo sic diligitur Imperator quemadmodum ab hominibus Christians filii primi enim assidua pro eo et iugis fit oratio, d ut prolixum avum in hac luce conficiat, justa populos potestate moderetur, et pacatum maxime imperii sui tempus accipiat. Deinde pro salute militum pro statu e mundi et orbis. Marcianus ait: Haec et ipse collando, sed, ut obsequium tuum plenis Imperator agnoscat, sacrificium illi solve nobiscum. Acacius dixit: Ego Deum meum, qui est verus et magnus, pro salute Regis obtestor: sacrificium vero nec ille exigere, nec nos debemus solvere. Quis enim homini vota persolvat? Marcianus dixit: Responde cui deorum precem fundis, ut ipsi et nos vota solvamus. Acacius dixit: Opto te scire quod proposit, et Deum verum agnoscerere. Marcianus ait: Nomen ejus mihi enuntia. Acacius dixit: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob. Marcianus ait: Deorum

ista sunt nomina? Acacius respondit: Non isti, sed D qui locutus est istis ille est Deus verus, illum timere debemus. Marcianus ait: Quis est iste? Respondit Acacius: Altissimus Adonai, sedens super Cherubim et Seraphim. Marcianus ait: Quid est Seraphim? Respondit Acacius: Altissimi Dei minister, et exaltatus sedis Antistes. Marcianus ait: Quae te / philosophia disputatio vana decepit? Sperne invisibilia: potius deos quos aspicias recognoscere. Respondit Acacius: Qui sunt illi dii, quibus sacrificare me praecipis? Marcianus ait: Apollini servatori nostro, pestilentie et famis depulsori, per quem omnis mundus servatur et regitur. Respondit Acacius: Illi sacrificare me praecipis, qui cum Neptuno aliquando servivit, qui pecora aliena servavit? an Esculapio fulminatus? an adulterio Veneri et portentis ceteris sacrificium impendam? Ergone eos adorabo quos deditgor imitari? quos accuso, quos horreo, quos contemno? quorum facta nunc siquis admittat, severitatem non poterit vestre legis effugere, et modo in aliis colitis quod in aliis vindicatis? Marcianus ait: Christianorum consuetudo est multa in Deos nostros maledicta confingere, propterea te venire mecum ad Junoneum Jovemque principio, ut simul celebrantes dulce convivium, innuminibus quae sunt digna reddamus. Respondit Acacius: Quomodo hic sacrificabo illi, cuius sepulcrum constat esse in Creta? Numquid surrexit a mortuis? Marcianus ait: Aut sacrificia aut morere. Respondit Acacius: Hoc et Dalmatae faciunt latrificandi arte callentes, ubi angustias terrarum et secreta itineris loca obseverint ad norem, venantes singulos transeuntes: et si quisquam viator illuc pedem tulerit, hac pacatione constringitur, ut aut pecuniam relinquat aut vitam. Nemo itaque ibi quid sit rationis interrogat, sed quid possit ille qui cogit. Similis est sententia, qua aut iuxta impleri praecipis, aut minaris existit: nihil formido, nihil timeo. Jus publicum punit scortatorem, adulterum, furem, corruptorem sexus virilis, maleficum et homicidum: horum si reas sum, ante vocem tuam meipsam condemnabo. Jam vero pro hoc quod Deum, qui est verus, colo, ducor ad pœnam: non legis, sed judicis voluntate compellor. Ideo Propheta clamat interminans. Non est qui q exquirat Deum omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt. Ideo purgare te non potes: scriptum est enim, Omnis in quo judicat sic et iudicabitur. Et iterum: ut judicas sic iudicaberis, et ut facis, sic et erit tibi. Marcianus ait: Ego non jussus sum iudicare sed cogere: unde si contempseris, certus esto de pœna. Respondit Acacius: Et mihi præcepit F tum est ne quando Deum meum negem. Si tu servis homini fragili atque carnali, cito ab hoc seculo recessuro, quem mox a veribus suis edendum: quanto magis ego potentissimo Deo debeo obediere, cujus virtute firmata sunt omnia, que constant in seculo, et cujus illud dictum est, Qui me negaverit coram hominibus, et ego denegabo eum coram patre meo qui est in celis, cum venero in gloria et virtute iudicare vivos et mortuos. Marcianus ait: Quod discere semper optabam, repente confessus es, errorem scilicet vestre persuasionis et legis. Habet ergo, ut dicas filium Deus? Respondet Acacius: Habet. Marcianus dixit: Quis est filius Dei? Respondit Acacius: Verbum veritatis et gratiae. Marcianus dixit: Hoe habet nomen? Respondit Acacius: Non de nomine interrogaveras, sed de ipsa filii potestate. Marcianus ait: Nomen explana? Respondit Acacius: Jesus Christus vocatur. Marcianus dixit: Dixi ex qua uxore conceptus est? Acacius respondit: Non hominis more Deus filium ex muliere coitu genuit, sed Adam primum dexteram sua faciente formavit. Nam absit, ut tu majestati divine contactum pueræ mortalis

Genitilium
Deos ut homines
scelosos
abominetur:

negat etiam
ad illici cogi se
nisi inusta
posse:

A mortalis convenisse affirmes : loto primi illius hominis membra composuit, et ubi integrum jam compleverat effigiem, animam et spiritum concessit. Sic et filius Dei Verbum veritatis ex Dei corde processit, et ideo scriptum est : Eructavit cor meum verbum bonum. Marcianus ait : Corporalis ergo Deus est? Acacius dixit : Ipse solus agnoscit, nos vero non agnoscimus invisibilē formam, sed virtutem potentiamque veneramur. Marcianus ait : Si in corpore non est, etiam cordis ignarus est, nam sensus non potest esse sine membris. Acacius respondit : Non in his membris sapientia nascitur, sed a Deo datur : quid ergo pertinet Corpus ad sensum? Marcianus ait : Catafrigas aspice homines religionis antique ad mea sacra conversos, i reliquisse quod fuerant et nobiscum diis vota persolvere et tu similiiter parere festina. Omnes Catholicæ religionis et legis collige Christianos, et cum his religionem nostri Imperatoris imitare. Veniat tecum totus populus qui ex tuo pendet arbitrio. Respondit Acacius : Illi omnes non meo nutu sed Dei præcepto reguntur. Audiunt itaque me, si justo persuadam : si vero persersa et noctitura, contemnunt. Marcianus ait : Om-

B nium in hi trade nomina. Acacius respondit : Nomina eorum celesti libro indita et divinis sunt paginis annotata, quomodo ergo oculi mortales aspiciunt quod mortalis et invisibilis Dei virtus annotavit ? Marcianus ait : Ubi sunt magi, socii artis tuæ, vel doctores hujus artificiosæ fallaciae ? Respondit Acacius : Nos a Dño meritorius omnia et mereorū : sectam vero magicæ artis horremus. Marcianus ait : Ideo magi estis, quia novum nescio religionis genus inducitis. Acacius respondit : Illos destruimus quos vos priuimus.

facitis et a vobis factos ipsi timetis : deſi. erent enim D
dii vobis, si aut artifex saxo, aut saxum non abun-
daret artifici. Timemus vero nos illum, non quem
fabricavimus, sed aquo fabricatis sumus. Qui nos crea-
vit ut Dominus, amavit ut pater, et ab eterno morte
quasi bonus / patronus eripuit. Marcianus ait : Da
nomina, ne poenae ipse siccumbas. Respondit Aca-
cins : Ante tribunal ipse alsisto, et nomen inquiris ?
An sperni quod multos valeas vincere, quem ipse so-
lis in extingua ? Si cordi tili nomina sunt, Acacius
dico, et si proprium nomen meum exploras, vocor
n Agathosangelus / et socii mei Piso Trojanorum
Episcopus et Menander Presbyter. Fuc jam quod
placeat. Marcianus ait : Reciperis in careerem ut
Imperator gesta cognoscet et ex ejus nutu quid de te
agi debeat, decernatur. Lectis itaque omnibus gestis,
Decius Imperator altercationem tam e cerebre res-
pensionis admirans, versus est in risum, et Marciano
quidem mox praefecturam Pamphiliorum dedit, Acacium
vero vehementer admirans, astimatione proprie et
legi sua reddidit. Acta sunt hac a Marciano Consul-
lari sub Imperatore Decio p quarto Kalendas Aprili
q.

a Tres prioris linea desunt in ulroque MSS. Ultrajectino. — b
MS. S. Huberti et Monibritus gloriorum. — c Monibritus religio-
nis. — d Hic prius precium vestri in aliquibus MSS. — e Monibritus
orbis terrarum. — f Ultraject. s Salval propheticus — g Monibritus
facilis bonum. — h Monibritus et MSS. aliq[ue]a cuius virtus
in scripta. — i MS. S. Maximini, reliquie quod fecerant. — k
MS. Ultraject. Carthusianorum Iuvencus — l MS. S. Max-
imiliani pastor — m Idem, viuen — n MS. Ultraject. S. Salvatoris :
Agathangelus et Pistorajanus MS. Carthus. Azangelus et Viso
Trapani. — o MS. S. Maximini, celebris. — p Monibritus terlio ka-
lend. — q Quod postea multos ad fidem Chiesisti converterit et
miraculorum doctrina gloria elarius quiieverit in pace, supra
et Menora diximus.

DE S. THEOPHILO ET SOCIIS,
ITEM SANCTO ATHENÆO, MARTYRIBUS APUD GRÆCOS.

XXXI MART.

Mitrum huic Martiis diem conspicatur ab his Martyribus antiquum MS. Graecum Synaxarion Parisiense collegii Claromontani Societatis Jesu, sed hoc pauca solum de us tradit: Μαρτίου στιχεῖον τῶν ἁγίων μάρτυρων Θεοφίλου καὶ τῶν οὐρανῶν. Eodem mense die XXXI. Certamen sancti Martyris Theophilii et sociorum ejus. Reperimus in bibliotheca Ambrosiana Mediolani aliqua Menza, littera O et numero 148 signata, et alia Parisiis in bibliotheca Cardinalis Mazarini, que celebrant annudem sanetum Martyrem Theophilum cum sociis, et locum,

*tempus, genausque martyrum silent : unde difficultas oritur
dijudicandi, num alia aliqua et maiore forsitan solemnis-
tate collatur : quod facta cum aliis ejusdem nominis Sanc-
tis collatione, quae nequirimus assequi, hic cum cum so-
ciis detinemus.*

2 Adjungitur in dicto codice Ambrosianae bibliothecæ et S. Athenæ, S. Atheneus hisce verbi: Μονῆς τοῦ ἡγεμονοῦ Θεοφίλου καὶ τῶν τὸν αὐτὸν καὶ Αθηναῖον καὶ Βικτωνίου. De hoc in Perside passo seorsim aquimus. S. Antheneum cum aliis hic ponimus, quod omnium palæstra martyrii ignoretur.

G. H.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIC.

**ANESO, FELICE, DIODOLO, PORTO, ABDA, CORNELIA
ET VALERIA.**

VIDE SYNTA-
RIUM TON. I

XXVI MART.
Mc LUTCH
hunc Martyn
etiam illud
quis sit
SACCTE;

Annuum Martyrologium S. Hieronymi in apographo Lucensi et Blumiano hos Martires ita recenset: In Africa Natalis SS. Anesi, Felicis, Diodoli, Porti, Aldas, Cornelius et Valerius, Consentit MS. nostrum retinunt etiam S. Hieronymi, sed ex duobus non omnibus Porti et Abila fit unum Portidam, uti etiam in Martyrologio ejusdem S. Hieronymi Parisiis excuso, ubi etiam S. Diodolus absunt, et reliqui referuntur ad diem xxx Marti. Interim in MS. Richetoviensi, quod saepe cum nostro apographo S. Hieronymi consentit, itabebat, In Africa Anesi, Felicis, Diodoli, Porti, Abila, Cornelius, Valerius, Eadem legitur in MSS. Rhinocri, Labbeano, et Augustano, in hoc tamen Portae, Aptie legitur. In MS. Barberiniano et Trevirensi S. Maximini ordine immu-

into ita habet; In Africa natalis SS. Anesi, Felicis, Diodoli, Corneliae et Valeriae, Porti et Abdæ. In MS. Usuardo, Romir apnd Ferdinandum Ughellum a nobis reperto iste ordo observatur: In Africa SS. Diodoli, Anesi, Felicis, Corneliae, Valeriae, Porti et Abdæ. Quae eadem modo leguntur in Florario MS. et apud Grevemus in Idditioibus ad Usuardum. De his ista habet Notkers: In Africa SS. Anesii, Felicis, Diodoli, Proti, Cornelii et Valeriae cum sociis eorum. In MS. codice Carmeli Coloniensis ista leguntur: In Africa SS. Dredoli, Anesii, Felicis, Porti, Cornelie, Valeria et Abdæ. MS. Lætiense. In Africa natalis SS. Felicis, Anesii, Diodoli, et S. Corneliae Virginis. De hac ita habet MS. Atrebatense: In Antiochia natalis S. Romani monachi, et S. Corneliae Virginis.

An Cornelia
Virgo?

Quay

A. Quæ eadem leguntur in MS. Tornacensi S. Martini, in quo deinde additur: In Africa natalis SS. Felicis, Anesii, Diodoli. Cölitur S. Romanus monachus ix Februario, absque minutiōne S. Cornelie. Item utrum etiam MS. Reginæ Succi vita itos proponit: In Africa natalis SS. Anesii, Felicis cum aliis quinque: et recte: nam universum cum Porto et Alva sunt septem Holstenius in Animadversis ad Martyrolog. Rom. perperam præter Anesium, Felicem et Corneliam volunt alios quinque aditi, cum Cornelie nomen non exprimitur, sed inter quinque anonymous necessario comprehendatur. MS. S. Cyriaci tres profert: In Africa Felicis, Diodoli, Cornelie. MS. purum S. Maximini alios tres suggestit: In Africa Anesii Felicis, Valeriae et aliorum. Casinense MS. Natalis sanctorum Martyrum Diodoli, Anesii, Felicis, Castoris et Dorothei. Item hi duo celebrantur xxviii Marti Tarsi in Cilicia passi. Duos solum commemorat Wandelbertus hoc versu:

Diodolus pridie emicat Anesiusque Beati.

Eosdem duos enumerat Usuardus: In Africa SS. Diodoli, et Anesi. MS. Pragense additum cum aliis quinque, quorum nomina deinceps indicantur Felicis, Cornelie, Valeria, Portæ, Abdæ. Aliorum nomina mule exprimuntur in nonnullis MSS. ita Aquitanense: Deensi, Felicis, Diodoli, Abdonis. Leodiense S. Lambertii: In Africa natalis SS. Anesi, Felicis, Cornelie, Diobolis. Ado Monasterio S. Laurentii: Item Diodoh, Anesi, Felicis, Cornelii Martyrum. Petrus de Natalibus eisdem lib. ii num. 105 ita refert: Diodolus, Anesius, Felix, Cornelie et Valeria Portus et Abdas passi sunt u Kalend. Aprilis. Maurolycus enim passim describit sed hic Porcium et Abdiam formavit, at Felicius Portium et Aldiam.

2. Bellinus loco Diodoli scripsit Theodolum: utrumque conjunxit Galerinius et Dionysium addidit. In Africa, inquit, sanctorum Martyrum Anesi, Diodoli, Cor-

nelli, Abdæ, Theoduli Dionysii et aliorum. In Notis citat Bedam et Usuardum, sed inde solum habuit Diodolum et Anesium. Fatetur ergo socios alios se adjunxisse quorum nomina accepit a codice manuscripto et a Victore item. Est hic Victor Uticensis passim ab eo allegatus, dum de Martyribus Africis agit, quasi essent in persecutione Vandalaica passi. Verum ante illud tempus fuit Martyrologia S. Hieronymi exaratum: ad quod obseruat Franciscus Maria Florentinus, Galesianum usum fratre codice MS. non bona fidei. Omittimus ergo Dionysium et Theodulum ut diversum a Diodolo. In hodierno Martyrologio Romano ista leguntur: In Africa sanctorum Martyrum Theoduli, Anesii, Felicis, Cornelie et sociorum. Id est in Notis Baronii: Usuardus mendose legit Diodolum. Beda agit tantum de Anesio: de his etiam Wandelbertus: a stipulanturque vetera manuscripta: utique non Galesianum sed Usuardo scribenti Diodolum: uti etiam MS. S. Cyrni toties a Baronio laudatum. Certe Theodulus ut alius a Diodolo intrusus est a Galesiano, arrepta forsan occasione uberrandi, quod loco Diodoli apud Usuardum repertum, in Martyrologio Bellini esset scriptum Theodoli. Denique alia est verborum notio cum dñe sit Latinus fraus, dulus, at ðððð; servus.

3. Robanus ut hunc diem ista habet: u Kalendas, E et vii Virgines. In Africa, natale Anisi et depositio Ambroxi Episcopi et Natale vii Virginum quorum nomina Deus scit. Quæ inde ad Bedam excusum translata sunt: in quibus uidetur depositio Ambrosii perperam inserta, ac natale vii Virginum, ac certe vii Martyrum, ex quibus aliquæ Virgines habentur. S. Corneliam ob aliquas ejus reliquias in Brabantiam Arvernum translatas ita refert Saussatus: Apud Maclovium S. Cornelie Virginis, que hodie in Africa coronata, sacrorum pignorum devota distractione, natalem illic consecuta est celebrem.

S. Corneliz
reliquæ
Mieloma.

DE S. MENARDO MARTYRE APUD GRÆCOS.

a. a.

XXXI MART.

P. ræclarum MS. Synaxarum Græcum, quod pertinet ad collegium Claromontanum Societas Jesu Parisiis, ad hunc ultimum diem Martini inter alios Sanctos exhibet S. Menandrum: quem cumdem S. Menandrum Martyrem refert alius antiquum MS. Græcum, quod ipsi in monasterio Cryptæ Ferratæ in territorio Romano descriptissimum. Circumspeximus num forte alius diebus hic Sanctus colereetur, et reperimus in eodem Synaxario et aliis Menoris ad xix Maii Menandrum adjunctum S. Patricio Episcopo

Prusa et aliis Suriis qui in Menologio Suri et Martyr. Rom. coluntur xviii Aprilis. Verum cum S. Menander hic absque sociis refertur, potius diversum arbitramur; multo minus eundem in Fastis Latinis referrit, qualem dedimus xxii Februario Afrum Martyrem cum xii sociis suis nominibus expressis et aliis anonymous xxv. Alium Menandrum inter Martyres Romanos exhibent antiqua Martyrologio ad Kalendas Augusti, de quo ad illum diem plura fieri posse quærere.

DE S. BENJAMINO DIACONO MARTYRE IN PERSIDE.

g. h.

SECCLO V.
XXXI MART.

Elogium ex
Menol. Basili.
Imp.

Celebris est S. Benjamini una et Abdæ Episcopi memoria apud Græcos: quos hoc die solos nobis proponit Basilius Porphyrogenitus Imperator in Menologio jussu suo collecto et vulgato, et hoc habet elogium: Memoria sanctorum Martyrum Abdæ Episcopi et Benjamini Diaconi. Theodosio junore imperante, florebat Abdæ in Perside: qui postquam templum igni dedicatum evertit, comprehensus est, et ad Regem adductus. Hic primo quidem magna cum lenitate eum adhortatus est, ut templum reædificaret. Quod cum is fieri non posse dixisset, missum mandato omnes Christianorum ecclesias Rex destruxit: et hac occasione initium datum est persecutio-

nis contra Christianos: in qua rubor omne fidelium varijs tormentis ablatum est. Prae reliquis primis sacratissimis Abdæ gladio interemptus est: deinde per annos integros tristitia, multi gloriosos se Martyres declarant: ex his erant variæ valeridivites, qui post varia tormenta capite plexi sunt. Tunc etiam Benjamin Diaconus suscepit viginti acutas arundines inter ungues infixas, aliani per membrum tale immissam, et virginem crassam ac nodosam per inanimatem intrusam: atque ita hecatum spiritum suum exhalavit. Eadem aliquanto magis dilatata leviguntur in MS. Graeco Synaxario Parisiensi collegi Claromontani et apud alios Græcos Societas Jesu: multo fusiora in variis Menitis editis et

et in Martyrologio Rem.

A et manu exoratus. In Menologio Graeco Cardinalis hoc panca leguntur: Eodem die SS. Abdæ Episcopi et Benjamin Diaconi et sociorum, qui apud Persidem martyrii coronam acceperunt. In Martyrologio Romano ista leguntur: In Perside S. Benjamin Diaconi, qui eum verbum Dei non desisteret predicare, sub Isdegerde Rege unguibus acutis confixus, et spinosa sude per alvina transmissa, martyrium consummavit. Ad quem locum annotat ista Baroniuss. Graeci de eodem hac die in Menologio, celebrantque simul natalem Sancti Abdæ Episcopi et sociorum Persarum: Fervorū Abdæ sive Audas cum variis sociis in dicto Martyrologio celebratur xvi Maii.

B Persecutionem in Christianos in Perside deservisse Theodosius IX et Constantius in Coss. Scribit Marcellinus in Chronico. Is erat annus Christi ccccxx. Theodorus mox proserendus asserit concitatam per ideum tempus, qua Theodosius Patriarcha successit Alexander Antiochior, quod vii Januarii, in Vila S. Attici Patriarcha Constantiopolitanus, factum fuisse indicato anno cccxx ostendimus. In vita S. Euthymii Abbatis, xx Januarii o nobis elucidata, cap. 4 dicitur ea persecutio adversus Christianos a Magis mota sub finem Regis Isdegerdis, scilicet cum is semper moribus languet, et fuit post eum mortem a Varadune filio atrociter propagata: quem ideo persecutum auctorem scripserunt Socrates lib. 7 cap. 18, et Nicephorus lib. 14 cap. 19, et sub ea S. Benjaminum passum fuisse arbitramur. De eo sequentia habet Theodoretus libro 5 Histor. Ecclesiast. cap. 38.

C Benjaminus quoque Diaconum Rex in vincula conseruaverat: haenamque elapsu Romanorum legatus, qui

aliis de caussis venerat, cum de Diacono cognovisset, liberationem ejus a Rege petiit. Rex a Benjamin promitti jussit, nulli Magorum se doctrinam Christianam expositorum. Et legatus quidein jussis obsecutum Benjamin recipit. At Benjamin Legati suasionibus auditis. Fieri, inquit, non potest, ut lumen quod accepit, non impertiam. Quanto enim supplicio dignum sit talentum abscondere, sacrorum Evangeliorum historia docet. Sed horum omnium tunc ignarus Rex, vinculis solvi Diaconum imperat. Ille vero quod antea solebat facere persistit, in tenebris ignorante detentos eripiens, et ad intelligentie lucem adducens. Anno transacto, cum indicata Regi fuissent quæ agebat, sisti jussu abnegare præcepit, quem adorabat. Et ille Regem percutens, quoniam supplicio dignum ducat eum, qui deserto ipsius regno, alternum anteponat, cum is morte respondisset extremoque supplicio; tum vir sapientissimus, Qua ergo poena, inquit, non merito plectatur is, qui factorem et creatorem deserens, atque unum ex servis Deum statuens, cultum, qui illi debetur, huic exhibeat? Tali oratione Rex offensus, viginti arundines praecatas manuum ejus pedumque unguibus infigi jussit. Et quia pro ludo cruciatum hanc habere illum videbat, aliam rursus acutam arundinem vendens infixit, quæ intentidem retracta vel impulsa dolores inefrabiles incutiebat. Post hoc supplicium impunis et immunitus erasum stipitem cum licentibus ramis per inam sedem adigi jussit: atque ita generosus athleta spiritum exhalavit. Hac Theodoretus, qui ex eiuspotissimum descriptu habet Nicephorus lib. 14 Hist. Eccl. cap. 20.

*S. Benjamin
e carcere
liberatus.*

*fides Christi
prædicat:*

*Regi facit
sui da reglo-
num;*

*punctum
uerbis immo-
ratur.*

F

*Reliquiae
inventæ,*

*cum vene-
ratione depo-
ste,*

*Tempus
motu perse-
cutionis.*

*Acta martyris
ex Theodoreto.*

G. H.

DE SANCTO RENOVATO EPISCOPO EMERITENSI IN HISPANIA.

*CIRCA AN.
DCXXIII
XXVI MART.*

*Vita scripta
a Paulo
Diaco-
mo
Emeritensi :*

E merita, vulgo Merida, civitas Hispanie ad Anam fluvium, ultim tempore Romanorum et Gothorum celebris ac splenditissima fuit, ac Sede Episcopali exornata: de enjus nonnullis virtutis venerabilibus, ne potissimum quoniam Episcopus, virtute mirabiliorum ac sanctitate intrat eminentibus, librum edidit Paulus Diaconus Emeritensis, a se inscriptum de vita et miraculis Patrum Emeritensium: quem din desideratum ruravit typus Autuerpusib[us] annu M[CM]XXXVII, exenti Thoma de Vargas ac eruditus notis illustravit. Prostator idem Paulus Diaconus, se narrare quæ audierat ab eo, quem e corpore mirabiliter egressum, et ad aetherea regna pervenisse non dubitat. Concludit autem librum cum ipsis gestis S. Renovati Episcopi et mirabilis ad sepulcrum hujus et ultimum Episcoporum patratis: nec rufetur auctor din post hunc Episcopum floruisse.

Cultus iacer:

C Desunt antiquum Martyrologium, quæ de hisce Sanctis agant, quocum vices supplet dixit Paulus Diaconus. Fuisse tamen S. Renovati diem festum in Ecclesia Palentina hoc xxxi Martii testatur Hieronymus Romanus de la Higuera in Martyrologio Hispanico neodus vulgatus, sed relata in Martyrologio Hispanico Joannis Tomai Salazar, qui eum hoc elogio exornat: Prudie Kalend. Aprilis. Emerite Augustae in Vettonia Natalis S. Renovati, ipsius urbis Episcopi, cuius illustris in omnium virtutum generibus opera, enjus inelyta in commissi Pastoralis officiis operibus et honoribus acta, et in hoc seculo sanctitatis titulos compararunt, et in illo aeterno glorificatio numerus promoverunt. Numdem inter Sanctos Pontifices et Confessores Hispaniar refert Joannes Marietta lib. 3 Historia Ecclesiastica Sanctorum Hispaniar cap. 42, et Elogium ex Paulo Diacono tradit, eumque sibi titulo Sancti exornant. Idem prestat Barnabas Morenus

de Vargas lib. 3 Historia Emeritensis cap. 13 et sequentibus. Eundem laudat Ambrosius Morales lib. 12. Chronicus Generalis Hispanie cap. 22. Franciscus de Padilla centurius 7 Historie Ecclesiastice Hispanie cap. 17, et plures alii.

3 Tamnam Salazar Vitam S. Renovati habet et Paulo Diacono et post ista verba, superni regni aula... introire meruit, hoc tamquam ejusdem Pauli verba adjungit: Pridie Kalendas Aprilis anno Domini DCXXXVII, regnante in Hispania Suntila Gothorum Rege, Pontificatus maximum obtinente Honorio. Eundem vultus illius annum assignat Morenus, citata Paulo Diacono. Verum ea ab aliis intrusa melius desunt in editione Autuerpusi: quantis non dificilem ruru forsitan dicto auto vita sanctum fuisse.

4 Ambrosius Morales lib. 10 cap. 10, inventionem reliquiarum in templo S. Eulalia tradit contumisse tempore Regum Catholicorum Ferdinandi et Isabelle: quando in aliqua concavitate parietis prope maius alture reporta sunt cista, in qua erant capita et ossa duodecim aut quatuordecim Sanctorum: ac dignatus est Dominus Deus monstrare eas esse reliquias Sanctorum, tum propter suavissimum odorum, qui ex illa cista pronanans replevit totam ecclesiam et omnes presentes exilaravit, et ad laudes Dei dicendas excitavit, tum propter miracula mox ibi pratata, dum aliqui cœci visum, et satis multi regri sanitatem recuperarunt. Deposite igitur sunt omnes haec reliquiae cum magna veneratione in arca deaurata in istum finem confecta, que in sacello maiore postmodum est collocata. Hac Morales. Morenus lib. 3 cap. 13 censet esse reliquias Sanctorum Martyrum Germani, Julie, Lucretiæ, Victoris, Steatii et Antinogenis, quorum memorem Martyrologio Romano est inserta, tum quinque Archiepiscoporum

S. Pauli

A S. Pauli, S. Fidelis, S. Mansone, S. Innocentii et S. Renovati, quorum Acta Paulus Diaconus illustratum aliorum trum : additque Moreaus hoc tam certum, tam verum, et tam bona traditionis esse, ut non licet sit de eo dubium moveri.

5 Translate autem sunt sacrae reliquiae ad latum Evangelii juxta dictum altare : ibique predicta area imposita est duabus columellis lapideis, regula ferrea inter se devinetis. Crescente deinde populari veneracione, extuctum est eodem in loco publicis privatisque eleemosynis tabernaculum sive reliquiarium inauratum, et per varia loculamenta distinctum, quibus singulis sericea vela et vitrea capsulae aptatae sunt : et omnes majori una valva clauduntur, tribus seris firmanda, quarum claves penes Vicarium istius Ecclesie Curatum, Gubernatorem et Rectorem pro tempore existentes servantur : intra vitreas autem, quas diximus, capsulas spectantur seorsim calvariae ossaque majora, et magis integra : cetera vero intra aream sunt, quae summa in parte reliquiarii locata, suas etiam ipsa tres claves habet.

6 Facta est porro Translatio ista cum maxima solennitate, sacris operante et pompam processionali sequente D. Francisco de Navarra, Pacis-augusta Episcopo, ad hoc invitato per Magistratus,

B et assistente Gubernatore D. Gastone de Peralta, Marchione de Falces, anno MDCCLVI : ejusque annua memoria recolitur ipsa, quo facta est die, quarta scilicet Dominica Quadragesima : quando Reliquiarium aperitur, et quatuor locelli vitrei processionaliiter circumferendi per templum educuntur. Ostenduntur etiam eadem reliquiae revelatae in festis SS. Eulalie, Servandi et Germani; itemque in festo Corporis Christi, ad exitandam supplicantium devotionem, deportantur a Presbyteris sacerdotaliter vestris.

7 Denique meo rogatu et consentiente Magistratu, ipsam maiorem aream novissime aperuit Licentiatus Don Didacus de Albear Cerecelo, Religiosus Ordinis S. Jacobi, et Provisor hujus civitatis, Vicarius et Curatus dictae ecclesie. Ego vero ad illam insciendum ascendens, vidi plena ossibus et calvaris : quarum una integra erat, cetera in multis diffracte partes, et his permixta ossicula minora, velut puerorum aut puellarum, candida omnia et velo opera sericeo, ac suavem odorem redolentia : qui odor etiam ad omnes circumstantes pervenit, permanisque diu post clausam aream in manibus Provisoris et Clericorum, qui sacra pignora contrectarant. Adeant cum haec fierent anno MDCCCLXIIII, die xxiv Martii, D. Andreas Criado de Castella, Eques Ordinis S. Jacobi, Gubernator urbis; et D. Alfonso Messias de Prado, Eques ejusdem Ordinis, atque D. Ferdinandus de Toledo et Zapata, Rectores et Commissarii a civitate ad hunc actum deputati, aliquipue Equites ac viri nobiles. Deinde confectae sunt claves novae : quarum una Provisor data est tamquam Curato ecclesie, secunda Gubernatori, tertia mihi tamquam Rectori ad hunc finem designato. *Huc Manens.*

VITA

Auctore Paulo, Diacono Emeritensi.

Fuerunt plerique idonei viri ante non satis plurimos annos elementia divina in provincia Lusitanie, qui a mente ferunt gestum Salvatoris nostri miraculum : dum in monasterio, cui Cauliana vocabulum est, quod Emerita urbe haud procul situm ferme milibus octo distat, Reverendissimus vir pie memoriis Renovatus Abbas praesesset, post quae etiam Emeritensi urbi Pontifex extitit mirificus, atque sagaci solitudine, utpote vir perspicax, et nimium

acris ingenii, multumque in omni disciplina ac timore Domini strenuissimus. [Hic dñm] cunctos illuc commorantes monachos sedulo per bonam conversationem, et sancti operis exempla ad supernam patriam provocaret, cunctusque grec pastorem praeuentem arctis semitis calibusque prosequerentur cœlicis. Iupus vorax unam ei toto adnixi conatus est ore mordaci laniare ovinam. Ita domaxat, ut omni cœtu sanctæ congregationis in Domini laudibus persistente, atque regulari tranite in timore Domini dilecente ; quidam monachus ab eorum discrepans sanctissimis moribus, gastrimargio et ebrietati inextimabiliter incumbens, e ei semetipsum contradicit : deinde ad maiorem declinans d contemptum, furari, quæcumque potuisse reperi, cepit. Quem dñm prædictus vir saepius blande moneret, nec facile coercere valeret, iterum iterumque verborum objurgare increpationibus studuit : sed eum nec sic ab illebrosa edacitatis delectatione, atque furti rapacitatis que intentione cassavit. Hunc ergo flagris verberare, parcimonis alicere, ergastulisque tradi præcepit : sed ille nihilominus in pristinis perdurans præculis, non solum a flagitiis minime cessabat ; sed diebus quotidiani semetipsum polluens, autris Averni tarpareis mancipare magis magisque festinabat.

2 Cumque eum videret tantopere pessime intentionis pergere viam, ut nec tot vicibus increpatu, nec toties verberatus, emundari voluisset ; tactus dolore cordis intrinsecus, dimisi eum abre secundum desideria cordis ejus, ac præcepit his, qui præerant promptuaris monasteru, ut quæcumque hora vellet ingredi, quæcumque in cellariis optimis, quæcumque dulcia reperiret, eum usque ad vomitum nullus edere aut bibere prohiberet : etiam, si aliquid asportare et abscondere ex more vellet, liberam potestatem haberet : ut plenis dignosceretur, postquam gulæ aut ventri satisficiasset, quidnam postmodum esset acturus. Ille vero juxta præceptum claustra reserata aperiens, opulentissimi (ut tertur) monasteri cellaria opima clau penetravit, obitus enim custodibus tamem circumquaque callida dissimulatione cernentibus, ignorantie illo, ac præstolantibus quidnam ageret. Quæcumque [autem] dulcia et suavia esu potuque reperisset, eousque passim vorabat bibebatque, quæcumque mente perlita vix ambulare valebat ; prothec ferula diversa furtim surripiens, etiam vascula vinaria, que usitato nomine c guillones, aut f flaseones appellant, auferebat, et in horto contiguo monasterii inter arbusta frondosa aut arundineta condensa in loco abilitissimo occultabat. Tum deinde cibo jam nonne crapulatus, temulentaque poculorum satiatus, sibi met acubitum sternebat, et apponens, quem furaverat quamvis jam non delectaretur et nimium onustu ventre ructaret, tamen adhuc edere et bibere enpletat : sed dñm gravato perquam alvo glingeret potius quam manducaret, illico occurrente semnio obdormiebat ; tum deinde venientes canes quæcumque portaverat, comedebant. Custodes itaque e regione intuentes, vascula quæ detulerat, dormiente illo, ad cellaria revocabant. Dumque haec multa per temporum spatia peragerentur, et nullus eum aliquipue jam emundari crederet, hoc exemplo Pastor et Salvator bonus de ore leonis eum abstractus. Acciuit namque ut die qualam, more solito, primo diluculo de cellario tumultus exiret ; quem ut viderunt ebrimi pueri parvuli (qui sub paedagogorum disciplina in scholis litteris studebant) hac protinus voce exclamaverunt : Considera judicium terrible Domini, considera tremendi examinis metuendam sententiam ; considera formidandam atque horrendam ejus judicij ultricem everitatem ; considera etiam annos aetatis tuae, et sic tandem mores commuta in melius, et vel uno die ante mortem tuam

corrigere

juxta altare
in ornato
Belgicatur.

Festum transla-
tionis Dom.
4 Quadrig.

Postrema
insuetu anno
1032.

Abbas Caulia-
nus.

D
sednta mo-
nachis regis

n onachum
nata et furto
deductum,

c
d

tum severe
monet :

sed nec flagris
emundat :

E
relinqit
cum sua
liberat :

ingrediendi
promptuaria.

vorandi,
porandi,

e
f

aufereendi,

d'rimendi.

g

Cu a' per
pueros incul-
cari judicium
Det,

A corrigere vitam tuam : quia nubis infantibus, que tagis non licet agere, quanto magis tibi, qui jam aetate plenus esse corneris.

3 Cumque hoc audiret, pudore nimio cooperitus erubuit, statimque compunctus est, et ejulata magnogno flens eum lacrymis elevans oculos suis ad cœlum, dixit. Domine Iesu Christe, Salvator animarum, qui non vis mortem peccatoris, sed ut revertatur ab iniuritate, et vivat; te precor, ut corrigas me, et auferas istud ignominiosum opprobrium de facie mea; aut certe, si tibi placet, juu' tolle me de hac miseribili vita, ut amplus impropterum faciem mea non audiatur. Quem statim Divina pietas exaudiens non distulit; sed de praesenti in eodem loco dolore persecutiens, vi fruhim astrare fecit. Nimurum dexteræ Excelsi immutatio intantum emu' commutavit in melius, ut abhorreens omnes carnales delicias, flagrantib' animo penitentia remedium mox appeteret. Corpori, videlicet Cruxisque Domini Scieramentum desideraret. Sed dum aucto. tu' admis Pater putaret eum plurimis aut impudente mente ul flagitare, penitentiam plenariam dare distulit, sed tantumdem ei viaticam gratiam impetravit, ac tridu' diebus totidemque noctilias lacrymis et confessione misericordia satisfecit. Tertio posthac die denigratus e corpore, et valescens cunctis Fratribus, sic ait: Cognoscite, quod omnia deficta mili' dumsa sunt, et ecce præ foribus sanctissimi Apostoli Petri et Pauli, nomen et beatissimum Laurentii Archidiaconis et Martyr, cum immorib' orbi candidorum me expectant, cum quibus ad Dominum pergere debeam; et huc dicens migravit e corpore. Post quadraginta vero aut eo amplius annos memorabilis annis Anis nimirum ex crescens ripaque alvei sui supergrandens, fluenti liquoris late aspersit, et rimus cedum per villas vienes littori suo multas fecit; similiter et Caulmanensis monasteri cellas evertit: quas dum monachi restaurares voluerint; contigit, ut dum fundamenta construant in cella, qui supradictus jacebat, ipsius sequlerum aperitur. Sed mox inde nectareus odor erupit: ipse vero integer et incorruptus reportus est, nec hora eadem fuisse humatus, ut nec vestimenta ejus, nec capilli ex alt' qua parte cernerentur fuisse corrupti.

4 Post dissessum namque supradicti sanctissimi ac generalibus Massone Episcopi subrogator vir summae humilitatis ac simplicitatis. Innocentius nomine, cuius meritum monitis indicavit vocabulum, innocens utique et simplex, neminem iudeans, ne neminem condemnans, nemini nocens, innocens semper, et prius cunctis sua vita temporibus existit. Qui et eodem tempore, quo ordinatus est (in facto) in ordine Diaconorum ultimus halebat. Tante deinceps sanctitatibus, tanta coniunctionis fusse perhibetur, ut quodies pluvia debeat, et nesci' nimio terra longa siccitate exaridet, collecti in unum rives loci illius cum codice per basilicas Sanctorum precibus Dominum exorantes pergebant; repente vero, quotiescumq' eum eo procedebant, pluvia cœlitus lugubria trahuebatur, que plenissime terram salutare potuisset. Unde non dubium erat, quod ejus lacrymai ex tam humili simplicieta' mente edite, apud omnipotentem Dominum, non solum lacr. verum etiam potiora insolidinare potuissent.

5 Quo etiam defuncto, Renovatus Sacerdotij enimen cunctis virtutibus deoratus non immortu' preuenit; vir deinceps natione Gothus, generoso stemmate procreatus, familiæ splendore conspensus, erat

enim procerns corpore, forma perspicuis, statuta decors, obvnu' gratus, venusto vultu', decora facie, nimirum admirabilis aspectu': sed quamvis extremitus habitus sui gloria esset decoratus, introrsus puerior habebatur. Numen sancti Spiritus Illustratus. Multis nimirum artim disciplinis existebat eruditus, multisque virtutum varis generibus: erat eum egregius in omnibus operibus suis, aquissimus, justissimus, nimirum acris ingenii, et in omnibus disciplinis ecclesiasticis vehementer instrutus, atque in divinis volumibus perquam exercitatus. Hic dum multis virtutibus ornaret, sacra doctrina nonnullos discipulos erudiens, sanctissimoque exemplo vita sue instituens, prudentia vndebeat, sanctitate, patientia, mansuetudine, misericordia, plurimos tales, qualis extitit, lumine jnslitiae sequendique dogmati prædicatione efficit; enjus doctrina hanc tenet rurit ac refulget Ecclesia, ut sol et luna. Item, cum per plurimos annos irreprochabiliter rexisset Ecclesiæ, Angelis cœlitus [annuum] copulatus, omnibusque celestibus partium supernarum legionibus conjuncturus, mirabiliter artibus resolutus e corpore egrediens, superni regni aulan emu' Christo semper mansurus, et sine fine regnatus, intrae' meruit q.

6 Horum igitur supradictorum Sanctorum corpora in una eademque cellula band' procul ab altari sanctissimæ Virginis h' Eulalie honorifice tumulatae quiescent: ad quorum deinceps veneranda sepulera tantum Christus quotidie confert copiose caritatis gratiam, ut quocunque fuerit quisquam ægritudine convexatus, quacunque fuerit etiam languore afflitus, statim ut divinum Numen illic tuto corde deposecerit, omnes a se morbos discussos omnesque malas pulsas divinitus sentiens, hilaris satisque ad eipitam per Dei gratiam perveniat sanitatem. Quantitatatem scilicet miraculorum obtutumque simul Christi nihilum, impeditus, ut potuit, sermo enarravit: qui quoniamque ex labore nimis peritis imperite dispercat, emissâ pompa verborum humiliiter sententes credentesque nobilitat, et quoddam emolummentum bona mercede legentibus audientibusque accuniat. Ego autem humiliissimus omnium a fastidiosis lecturibus precor, ut legant præs' hujus codicis opuscula, et postea despiciant; ne videantur non ex judicio, sed ex odio presuntere et ignorata damnare. Illud tamen manifestissime cognoscant, me amore Christi et dilectione sanctissima Eulalie impulsum, ut scriberem, manifesta rebuisse vera proculdubio veraciter exposuisse. Uni in Trinitate Domino semper manenti, regnauitque perenniter gloria, honor, fortitudo, gratiarum natio, virtus, potestas, et beneficium inu' et semper et in secula seculorum Amen.

a. Exsumus erat clementer, quod correcimus. — b Thomas de Herivel in Alphab. Augustiniano tom. I pag. 154 recentet in Ordine Cambrianum monasterium, ex quo protul' S. Renovatus Archiepiscopus Eboracensis. De qua uig' tom. 2 pag. 327, notidie inter Augustinianos monachos recensere a Ludouico de Angelis et Conclu' Languedoc, et sequitur Philippus Elvius in Euangelio Augustiniano pag. 601. Morem supra etiam Ordini Benedictini universal' Cambrianum monasterium et S. Renovatum. Fuerunt sub aliis regulae tunc plures monasteria, ut alio sepius dictum arque ubi iam dictorum indubium ubi antiquus scriptoribus attulit. — c In exsilio erat semetipsum contra dedit. — d Ludouic' Intendens — e Gindlo, Gallo, Bellu' in glossario Cambrionensi MS. vas neile. Consule Odonatianum Ronbergi ad Vitam Patrum. — f Elvius videt in Acta S. Benedicti Abb. Aduana 12 Februario, anno 28, foli' 1, ubi dico' dico' maturus, legamus, eis signamus aut extremum eis conservando adueni. — g Illi subcepimus Tomatum Salutem et annum obitus, supra dictum. — h Cultus hoc, S. Eulalia in Decembrio, de ea quavis ad Viam S. Eulalia 14. glosa et Martyris Harringtonia 12 Februario.

D excellens
renuatae
corporis,

eruditio
et virtutibus,

ac similes post
re celiq' quae
discipulos,

ad Christum
migrat:

E g

h sezelutur prope
obit' S. Eula-
lia cum aliis
Episcopis.

ag miraculis
litteris.

F

*et mortu' et
conpanctus.*

*Hic tandem
conpanctus,*

cupit et rati-

*pentimenti
petiti*

mortu' :

*post 15 annos
cum vestibus
incorruptus
reperiuit.*

*Post Munio-
nari crevit
Eulalia S.
Innocentius.*

*plus ait pre-
cibus et apre-
trab.*

*Iust. S. Revo-
ratus.*

DE SANCTO MAURICILIO ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI.

G. H.

CIBCA AN.
DCCLX
XXII MART.

Calus sacer:

Josephus Ripamontius cum parte prima Historiarum Ecclesiae Mediolanensis libro vnu late res gestas et obtum S. Joannis Boni, Archiepiscopi Mediolanensis, deduxisset, hanc ponea sub finem dicti libri de tribus successoribus tradit: Sequitur Bonum Antoninus Fontana, hunc deinde Mauricillus, Maurilius Ampelius, omnes xvi brevis Episcopi, nec alia re noti, praeterquam fama sanctitatis et vigilantiae. Habent dicti Archiepiscopi suum opus Insulæ venerationem, Joannes Bonus die x Januarii, Antoninus xxxi Octobris, Ampelius viii Julii, et Mauricillus xxxi Martii: quo dicitur S. Mauricilius Episcopus Mediolanensis et Confessor proponitur in Kalendario Missalis Ambrosianæ, anno MDLX excusi. Deest interum in Martyrologio Petri Galvani, qui Protonotarius Apostolicus pro Illustrissimo Archiepiscopo subscriptus Tabulae Archiepiscoporum ex decreto Concilii provincialis quarti Edita anno MDLXXXIV, in qua ista leguntur: S. Mauricilius maximarum virtutum nomine illustris, a Clero summa consensione Archiepiscopus electus, et a Pontifice confirmatus sedet menses quatuor magna cum testificatione sanctitatis suæ. Obiit in Domino prius Kalendas Aprilis, sepultus in ecclesia S. Satyri. Sunt eadem excusa inter Acta Syndicata S. Cirioli Borromaei parte 2 pag. 840; et similiter referuntur a Joanne de Deis, et Francisco Besutio

de Archiepiscopis Mediolanensibus, item a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italie, qui eundem retulit etiam in Catalogo generali.

Sed Circa tempus Sedis nihil certi statui potest quia de S. Joanne Boni rationem temporis accurvatam nuri non posse diximus die x Januarii: hujus Successor S. Antoninus consecratus est in festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ, ac sedet tres quatuor annos, ita varnunt auctores: eum subrogatus S. Mauricilius traditur eum confirmationem obtinuisse ubi Adeodato Papu ant hujus successore Domino. At Bessutus statut sedisse inuicem et mortuum esse anno MDLXVII, quando præxerit Ecclesiæ S. Vitalianus Popu, quod nobis non improbat: quia diximus videtur S. Joannem Bonum circa annum MDLX e vivis decessisse.

Corpus S. Mauricili, etiamum adservari in templo S. Satyri frater S. Ambrosii tradit Paulus Morigius in Sanctuarium Mediolanensi pag. 54 et sequentibus, et istu verba ex bibliotheca Vaticana allegat: Aspertus creatus Archiepiscopus ecclesiam in honorem S. Satyri fratris Divi Ambrosii extruxit, et in ea collocauit corpus S. Mauricili Archiepiscopi. Ripamontius lib. 9 pag. 600 usserit Anspernum Archiepiscopum posuisse tempora, que manent alhuc, Divo Satyro ac Divo Silvestro. Creatus Aspertus sive Ansperius traditur anno DCCLXX, atque annos xxi sedisse.

tempus Sedis ■

corpus in
ecclesia
S. Satyri,
E

R

elegium :

DE S. GUIDONE ABBATE POMPOSIANO ORDINIS S. BENEDICTI, SPIRÆ IN GERMANIA.

G. H.

Commentarius prævious.

S§ I. Pomposa monasterium amatum a B. Petro Damiano Guidonis Sanctitus. Vitæ variæ scriptæ.

densis illius discipulus in Vita ejus, a nobis ad xxiii Februarii elucidata, explicat num. 18 his verbis:

G2 Cum ejus opinio jam latius effusa crebresceret, Wido venerabilis Abbas Pomposianus, vir sanctissimus, suos legatos ad hujus Abbatem dirigens, postulavit, quatenus caritate Fratrum eum ad suum monasterium destinaret, secumque aliquamdiu remorari permetteret, quo poscentibus Fratribus verbi sacri erogare pabulum debuisse: eju-que pia petitio F caritate, quam postulat, Deo disponente, minime frustratur. Illic enim dirigitur, ubi caterva Fratrum centenarium numerum ferebatur implere. Conque ibidem fere biennio retentus, non parvum fructum ex iacto verbi semine fideliis operator Domino tulisset, acceptio Abbatis sui mandato, subnexo etiam obedientia verbo, quatenus ad se redire debuisse, licet pluribus obstrictis precibus, teneri ultra nequa quam valuit.... Peracto igitur cum suis confratribus permissi temporis spatio, iterum ejusdem rei gratia, ob quam Pomposianum ierat, ad S. Vincentii monasterium peregre jubetur. *Hæc ibi. Missus Pomposianus B. Petrus Damianus videtur circa annum MXXX, et superstes fuisse post abitum S. Guidonis annis sex et riginis, mortuus anno MXXXII. Quo is affectu prosecutus fuerit monachus Pomposianus, docet lib. 6 epistolarum, ep. 6, quam que bruis est et nervosa, tubet apponere, ita ergo scribit.*

3 Religiosissimis et Sanctis viris omnibus, qui Pomposia Deo deserviunt, Petrus devotissimum servitutis obsequium. Dilectissimi Patres et Domini, qualiter cor meum vestre caritatis incendio servetur, tu, quibus circa Pomposias monasterium agoris facibus

advocat
B. Petrum
Damianum
qui 160
monachos
in conto do-
cuit,

AN. MMXXVI
XXXI MART.

Prope Padum
de Volane

Pomposia monasterii

Abbas S.
Guido

Ecclesiæ
dedicat an.
1026

*T*inter ostia Padi fluminis duo eminent, atque a Polybico lib. 2 solum memorantur: quorum aliud Padu uomen obtinet, dum fluvius, panis ab Adriâ urbe milibus passuum decurrens, in mare Adriatum effunditur. At supra urbem Ferrariam alterum Padu brachium semovetur, ac Padu de Volane dicitur, qui postquam Ferrariorum ullus, postmodum per ostium Volane, quod Polybius Olane dixit, in idem mare debilitur. Ad dextrum latus Padu de Volane est Pomposa. Benedictini Ordinis coenobiorum, duabus circiter millibus passuum a dicto Padu de Volane, et sex a mari distans, olim, teste Constantino Cajetano, celebrissimum, nunc temporum injuris inglorium, subest Patribus coenobiorum S. Benedicti Ferrarensis. aut certe ut Leander in Rouanula scribit: jure Commendationis habetur. Hæc tota circumarea dito maritima pertinet ad Ducatum Ferrarensem, quoniam sub Archiepiscopi Ravennatis dæces fuerit comprehensa. In hoc monasterio Pomposiane sculo Christi decimo vitam monasticam est auspicatus S. Guido, cum ante ab altero Padu latere triennio apud Martium eremita fasset exercitatus. Abbas postmodum præfuit per annos octo et quadraginta, mortuus anno MXLVI: hic crescente monachorum numero, ut Acta infra habent novum construxit monasterium, et anno MXXXI celebravat dedicationem Ecclesie S. Marci ritu observavit Cajetaurus. Ad hoc monasterium B. Petrus Damianus a S. Guidone vocatus biennio in eo docuit: ut S. Joannes Lau-

Martii T. III.

114 inardescat

cum magna
reverentia
ad illos ser-
tum,

A iñardescat, nolo scribere, ne fortasse videar adulatio[n]ibus deseruire. Cuius rei testis est ipsa conscientia; illis etiam non est proorsus occultum, qui mecum possunt frequenter halere colloquium. Vos etiam, dilectissimi, licet corporis habitatione semotum, noble me extraneum esse decernere: nolite me etiam amicum quenlibet vel qualencumque se cùm depudare: sed et nos et totum nostrum conventum, quasi proprii vestri juris possessionem esse indubitanter agnoscite, et quidquid vobis placuerit, tamquam vestris subjectis atque domestici, absque illa cunctatione jube. Unde vos, dilectissimi, lacrymabilis obsecro, et ad sancta vestigia vestra me prostratus advolvo, ut pro me servo vestro semper orare dignemini: et praecepit eum mortuus fureo, quidquid de vestre congregationis monacho facitis, hoc etiam de me misero facere studeatis. Rogo autem, Domini mei, parvulam benedictionem de manu servi vestri benigne suscipe, et non quid, sed a quo; non quantum, sed ex quanto proferatur, attendite.

4 Idem Petrus Damiani opusculum xxi de Perfectione monachorum, in quatuor et viginti capitulo distinctum inscripsit Dominus O..... venerabili Abbatu Pomposiano et sancto Conventui. An Guidoni legendum, dubitamus. Certe opusculum sextum inscripsit Henrico Archepiscopo Ravennati, a Leone ix Pontifice Romano, anno mii inagurato, ac Kalendas Januarii anni mii xx in funere: in cuius opusculo cap. 29 illustre testimonium perhibet de sanctitate ac veneracione S. Guidonis. Nostra quippe iusta, tuquis, beati viri, videlicet Remualdi Camerinensis, Amiens Ramibonensis, Guido Pomposianus, Firmanus Firmensis, et quoniam plures alii sanctae conversationis studio floruerunt: super quoniam videlicet veneranda cadavera ex Sacerdotali concilio auctoritate sacra sunt altaria erecta, ubi minirum divina mysteria miraculis exigentibus offeruntur. Idem Petrus Damiani in Vita S. Romualdi, a nobis ad vii Februario edita assertum, 105 post quinquecentum a Sancti obitu datam monachis ab Apostolica Sede licentiam, ut supra venerabile corpus ejus altare construerent. Baronius ad au. 993 num. 8 ob allegata Petri Damiani verba tradit, concedens licentiam ex Synodali decreto, ut supra corpus defunctorum erigeretur altare, hoc ipsum fuisse inter Sanctos annimerare, ut anniversaria memoria de his agi posset. Egimus ix Martin de S. Firmiano seu Firmiano, ubi huic locum eractus explicavimus.

5 Acta S. Guidonis Abbatis tripliem ex variis codicibus MSS. narrata sumus: prima descripsit Joannes Gauausius noster ex Passionali perpetuato in Boileensi cembio Canonicarum Regularium diocesis Paderbornensis in Westphalia adserato. In eis hujus monachus Pomposianus et forsitan ejus discipulus fuit, qui num. xi ista habet: Quoniam de vivente nobiscum adhuc loquitur, que vivens egerit, prius est ut dicamus. Et num. 12. Haec minima sunt ad comparationem eorum, qua tantum audita conperimus. Atque Vitam habuit Laurentius Surinus, et ut presutus, ex vastu exemplari MS. ab ejus quodam aquali, ut apparet, scriptam sed et stylum mutavit et contraxit. Eamdem nobis cum priuato stylo olim salmisit Joannes Coriolay, tunc collegi Societatis nostre Rector Spac. Sed utique tan Suriana, quam nostra est imperfecta, cum multa qua in vita egi desint, cum ejus obitu, ac corporis translationibus. Tertia Vita seu potius compendium est, quid a MS. codice monasterii Pomposiani descripsit et a Constantino Cojetuno cum suis Animadversionibus ad Cardinalem Baronium missum, repertus Romae in biblioteca Vallicelliana Patrum Congregationis Oratori in codice. O inter Vitas Sanctorum a Gallonia collectas. Huic compendio siuale est, quid cultoribus verbis libro quinto historie Raveanatum inuse-

runt Hieronymus Rubens additque sub finem hoc a tempore obitus ejus circumlatum elegiū. Norma, decus morum, Doctor Pomposianorum Guido beatissimus.

6 Alia ita compendia sunt in Breviaris Ecclesie Spirensis: ex his aliquando habemus jussu Mathiae Romungi Spirensis Episcopi correctum, et anno mcccxxviii, quo is e vita discessit, sub Ludovico Helmutadio successore editum: alud etiam habemus anno MDIX Venetus excusum, cum dedicatum biennio ante esset Philippo Rosenbergi Episcopo Spirensi, quod itidem recusum habemus Colonia cum facultate Eberhardi Episcopi signata anno MDXC. In his ultimis aliquae magis particularia proferuntur de corpore S. Guidonis Spiram translato. Inferunt et varia de S. Guidone encomio Gaspar Bruschus, Guilielmus Eisengrenius, et Joannes Pistorius in suis de Episcopis et rebus Spirensibus commentariis. Adjunxit Eisengrenius Vitam ejus Sapphico carnaue descriptam et xxxiv strophi deducunt a Theodoricu de Dietz Ludimoderatore collegii S. Guidonis Spac anno MCLXIX. Corolus Sigonius de Regno Italie ad annum Christi mclvi sanctitatem Guidonis his verbis celebrat: Guido Pomposis Abbas, sanctitate per ea tempora clarus, cum acutus ab Henrico Imperatore, obviam illi venisset in opido S. Dominini mortem oppetiit, atque a sepultura sua miracula plurima edidit, ex quo corpus ejus Parmam delatum, summo in honore haberi est coptum. Haec Sigonius, que accuratus in ipsis Actis habentur. Hermannus Contractus, qui tunc floreat, ad annum mclvii ista tradit. Imperator, coptō redendi itinere, Mantua Paschale festum in gravissima decumbens aegritudine commoratur: postea convalescens corpus B. Widonis Pomposas monasterii Abbatis, in magna sanctitate ante non annum integrum defuneti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmensi, ubi sepultum fuit, civitate ad urbem Spiram transferendum, magno secum cum honore de Italia rediens levexit,.... et corpus praesati Abbatis in incepta quadam extra murea basilica tumulari fecit.

et in Breviariis Spirensibus.

Vita carmine scripta.

Elogium Sigonii,

et Hermanni Contracti.

§ II. Cultus sacer variis diebus. Ecclesia S. Guidoni dicata.

Quo die S. Guido e vita mortali ad immortalem discesserit, inter nouallos auctores controvertitur: nam scilicet id contigerit pridie an postridie Kal. Aprilis. In Actis antiquis auctore monacho Pomposiano, et forsan ejus discipula, dicitur obiisse anno ab Incarnatione Domini mclvi, pridie Kalendas Aprilis: que eadem sequuntur in antiquis Breviariis Ecclesiarum Spirensis, vel ideo accuratus a nobis recensiti, et sequuntur Surinus, ejusque compendiatores Harris, Lippelous, Rosweulus aliisque item Thitemans lib. 3 de variis illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 317, et in Historia Hirsaungiensi ad dictum annum mclvi. Ei adherent Wion, Doryminus, Menardus, Buerlinus in suis manuastris Martyrologiis, item supra menuvatus Eisengrenius, Malonus in prima editione additionum ad Usuardum, Canisius non translatio in Martyrologio Germanico. Ad quem etiam diem de cogitat Ferrarius in Catalogo generali, sed perperam arbitratus agi festum translationis corporis in urbem Spirensim.

Cultus sacer
die 31 Martii
ejus natali,

8 Alii secundum diem Aprilis, seu postridie Kalendas Aprilis, aut in Nonas Aprilis natalem ejus statuunt: ita cum tertia Vita facit Hieronymus Rubens, et testatur Hieronymus de Fabri, in sacris membris antique Ravennae pag. 343 natalem ejus in Abbatis Pomposiana Ravennensi S. Severi celebatur secunda de Aprilis, ad quinam compendium vita edidit Ferrarius in Catalogo generali. Quid si dicatur Burgo S. Domum obiisse xxxi Martii ejusque corpus Parmoni translatum post circuum illuminatum, ibidem depositum fuisse die secunda Aprilis, atque diem depositionis, ut saepe alias, pro die

2 Aprilis
aliquibus
natali,

an ob corpus
Parmoni depo-
stum?

abitus

obsequia
offerit:

petit a morte
rūa eorum
preces.

manus militit:

inscribat illis
librum de
Perfectione
monachorum

B

testatur S.
Guidoniu
non dū port
obitum legit
ne. S. uictis
uadscriptum

Vita datur
ex MS. Bo-
censt

nuctore mo-
nacho Pompo-
niano corvo:

alia ex MS
Surinus;

compendia
extior in MS
Pomposiano.

A obitus et natali habitum esse? Petrus Riccordatus in *Historia monastica Italicae edita diario 5 pag. 558* tradit eum ad meliorem vitam transiisse quarta die Aprilis, anno **XLVII**: ubi mule expressit diem iv Nonas Aprilis, et annam translationis Spiram sumpsit tribuitque anno mortis.

¶ *Diem translationis corporis in urbem Spirensem assignavit Breviaria Spirensis iv Nonas Maii: et in ecclesia Spirensi a primis Vesperris facta solum commemoratione de Inventione S. Crucis (tam in Breviariis quam Missalibus, quale aliquod habemus in pergameno olim scriptum) ista legitur Oratio: Dens Martyrum palma, corona Confessorum, exaudi nos in B. Guidonis, dilecti tui Sacerdotis et Abbatis, festivitate letantes, ejusque precibus placatus et meritis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum etc. Memoria hujus celebritatis apud Spirenses inscripta est Martyrologio Coloniae et Lubecae, anno MCCCCX excuso, item Anctario Grevrem ad Usnandum, MS. Florario Sanctorum, MS. Indicato Sanctorum Ordinis S. Benedicti, et MS. Martyrol. Brugensi Guilielmiturum, et alio collectioni MS. quam apud nos adservamus. Trithemius supra citatus asserit festum ejus celebrari quarto Kalendas Maii, quando corpus ejus de Italia fuit ad civitatem Spirensem translatum per Henricum Imperatorem, ubi in ecclesia Collegiata sub ejus honore fabricata quiescit. Verum mendum subest et quarto Kalendas Maii, pro quarto Nonas Maii scriptum fuit. Interim H'ton, Menurdus, Durgamus, Bucelonus, Ferrarius aliisque sequuntur Trithemium, errorem eundem in Chronico Hirsangensi ad unum **XLVI** repetentem, ubi alio modo vocat S. Guidonem Abbatem Bobiensis monasterii, quid ad Trebium fluvium a S. Columbanio extrectum ad Duratum Mediolanensem spectat. Utrumque errorum Trithemi descripti Eisengrenius.*

10 *Dicitur translatione in Breviariis Spirensibus ista leguntur: Henricus Imperator fecit sacras exuvias Spiram transferri in ecclesiam Collegiatam, que tunc a Patrono suo primo, Divo Joanne Apostolo et Evangelista nomen habuit, nunc vero ob sacratissimarum praesentium reliquiarum S. Guidonis appellationem obtinuit: ut quemadmodum Conradi Imperator, ejus nominis secundus, pro fundamento jaciendo in primi lapidis collocatione felix eidem ecclesiae dedit initium; ita per filium ejus Henricum tertium a venerandis hujusmodi reliquiis, manu sua praesentatis, non indignum suneret post tantam immitationem cognomentum. Haec ibi. Observant Eisengrenius et Pistorius, in beatissimi hujus viri magnifico Mansoleo, in marmore polito et levato, haec verba legi: Ille requiescit corvus S. Guidonis ABBATIS. Religiosam quoque sacratissimi corporis unctionem in templo S. Guidonis Spirae hisce litteris deprehendi. HENRICVS III ROMANORVM IMPERATOR, CONRADI IMPERATORIS FILIUS, CORPES S. GUIDONIS IN HANC EUM TRANSTULIT ANNO **XLVII**.*

perperam
¶ Aprilis.
¶ Statim ob
corpus Spiram
translatum

quoniam soli Deo sunt cognita, quo teste solo fecit plurima: fugax enim jactantie, virtutum quas per eum Deus operabatur occultator erat. Paucia igitur de illius ortu vel conversione scribentes, nonnulla vero de conversatione ejus et vita; eorum, quae post obitum suum miranda perfecit, Parma et Veronam funeris illius hujus, Spiram quoque tanti thesauri possessione diffissimam, testes invocamus. Ut si fides his non adhibetur, vel pauca seu parva ducentur que scribimus, valida videantur et certa quae tot tabibusque roborantur ex testibus.

CAPUT I.

*Studia S. Guidonis, vita monastica, dignitas
Abbatialis, miracula.*

Igitur Beatissimus Guido in suburbano ortus Ravennæ, ab eadem urbe longe lapide decimo villa Casemarensi, parentibus admodum religiosis nec genero quoque infinitis genitū est. Alberto et Marocia: circa quem, veluti primogenitum, instantum parentum cura propensior erat, quantum dilectio potior. Erudiendus itaque liberalibus traditur studiis: in quibus sapientia cum aetate proficiens, a puero dignum in se Deo studiū habitaculum preparare. Praeveniebat quippe aetas profectum sapientie studiis, et sacra iuventutis virum perfectum jam spirabat in minoribus annis. Adolescens vero non suo appetitū sed parentum studio dum serviret, seculo huic et vestibus pretiosis et cultui deputatus, a parentibus de nunc suscipienda tractatur: quod ab eis dum filio aperitur, his fertur tale dedisse responsū: Duas, inquit, juvenulas, ex quibus est mihi necessario una suscipienda conjugio, propositas video: quarum altera et genere altior, et specie paleolorum, problemata quoque instructior, atque omni simili et morum et vita est honestate praestantior: sed quanto nugsitior merito, tantum quod ad praesens spectat angustior est operibus; quae quoque (quod satis durum videtur et asperum) non viri legilis se subdendam promittit, sed virum qui in jus transeat uxoris requirit; quodque gravius apparat et arctius, nisi spernat ea que possidet, nulli suos promittit amplexus. Altera vero longe inferior est prosopus et forma, sed affluenter praesentium copia, que me renitentem quoque jam suis blanditiis illicit, et inverecundis amplexibus atque impudicis innecit. Ex his quam potius eligam tuo, pater, committo judicio. Quid hoc problemate providus juvenis intelligi viderit, satis. Lector, intelligis: spiritualem videlicet et seculariem vitam, inter quas certum est esse tantam diversitatem, quanta inter propositas sponsas appareat varietas.

3 Cumque superiorē illam et praestantiorem eligere filio pater praecepisset, illico quasi ex jussione patris, quod dudum ex Evangelico mandato facere statuerat, distractis vestibus pretiosis quibus indui soletat, pretioque carum pauperibus dato, paornos ac nudus clam nocte Ravennam egressus, Romanū rudit peregrinus tendit: itaque Clericū suscepto, Hierosolymam pergere animo fervente cogitabat; illic, si Christus quem quereret annueret, Domino militaturus dum viveret. Satisfecisset quoque votis, nisi quid aliud de eo Deo utilius provideat, ab hac illius intentione per revelationem hujusmodi revocasset. Admonetur denique in somniis Ravennam redire, atque ibi in vicino sub eiusdem Martini eremite disciplina vivere ac Domino deseruire. Erat autem Martinus ille vir summae continentiae, et adeo in moribus vite probabilis, ut merito cunctis, ad quos ejus medita vel fama pervenerat, venerabilis haberetur et sanctus. Habitabat autem in insula, quae interfluo Pado Pomposiam a se divisam ab

*Apice piren-
tius educatus
in studiis*

*otque invitatus
ad nuptias*

*abnunt proble-
mate objectio.*

*Roma fit
Clericus*

*relicto itinera
Hierosolym-
tano,*

*cohabitat
Martinus
eremita,*

Aquilone

VITA

Auctore monacho Pomposiano corevo.

Ex MS. Bodeensi.

PROLOGUS.

Beati Guidonis, viri per omnia egregii, vitam scripturi, lectorem operis hujus monemus, ne inter angustias incomparabilis per omnia viri merita credat comprehensa: sed ex minimis maxima, plurimumque ex paucis con�cipientis, semina intelligentiae nos prebusse legentibus, adhucque magni jecisse fundamina, non perfeeisse structuram; virtutumque illius tantum demonstrasse insignia, non virtutes ipsas designasse per singula recognoscat. Sed ut de eo cuncta non scribimus, ita cuncta non novimus;

*Pauca et
cetera scri-
bili auctor.*

*ANTIMADY,
PAP. 43*

A Aquilone considerat. Ad hunc ut Guido pervenit, quid esset a Deo monitus quidve suo sedisset animo, aperuit. Suscepit mox illum Gratulabundus senex, et an monachus vellet fieri sciscitans, mox illum per omnia cupere, secumque perpetuo velle habitare cognovit: et cum vellet continuo vestem mutare, in crastinum ex consilio Martini differtur. Illas indueas tirunculus Christi graviter ferens, more impatiens moeacchicum habbitum induit mane, prius quam se Martini conspectibus reddidisset. Super quo facto cum Martinus illum argueret leniter, cur tale quid facere voluisse; respondit, se non ulterius cordis sui desiderium ferre quivisse. Mansit autem in predicta insula sub Martini imperio per tres annos beatissimus Guido; et ab eo, quo coepérat, mentis fervore proficiens de virtute in virtutem, continuis successibus ambulabat.

B Pomposiense vero cœnobium, satis tunc pauperium, ad Martini curam tempore illo pertinebat, cui providentia Romani Pontificis illud regendum submiserat: sed Guillelmus Abbas huius ex Martini consilio præsidebat. Ab hoc ergo cœnobialis institutionis rudimenta perdiscere [cupientem] Guidonem Martinus Pomposiam transmisit quem jam

in omnibus officiis exercetur.

C triennio continentioris et actioris eremiteca vita observationibus apud se satis sufficienterque instruxerat. Quem Fratres in cœnobia eruditæ, ex inculto vestitu ac temporali penitus neglectu velut rusticum irridentes, futurum sibi Abbatem illudendo predicabant. Porro Guillelmus Abbas strenuus, volens eum in omnibus erudire, providenti consilio per singula quæque illius cœnobii officia eum per vices temporum ministrare constituit, quatenus postmodum confidentius doceret, quod enixiis diligisset. Sane non post multum temporis idem Martinus, quasi de omnibus eruditum, quæ in cœnobiosis geruntur, ne talentum sibi commissum occuleret sub inedio, apud Ravennam a cœnobia S. Severi Guidonem preposuit, in quo regulariuerit et ipse vixit et subditos vivere docuit. Sed et Guillelmus Abbas solitariae vite amore succensus per idem tempus eremum petuit, relieto cœnicio; Vicariumque Fratribus quos relinquebat, Joannem cognomento Angelum in Abbatem constituit, virum per omnia probatum, et Angelica merito numeratione condignum. Ipso quoque migrante ad Dominum, ipse eius vitam et caussum narrandum suscepimus, hominibus et Deo dilectus Guido, obnintens quanvis et invitius, tamen præcipiente Martino, cui a Guidono resisti rationis non erat, Abbas efficitur;

D patrem et fratrum habuit donum,

E Creatus Pomposia Altus

F et dum cum amo 2

G oratorios e ruma illatos præstat,

H elutis cum amo 2

nomine Martinus, in cellula a cœnobia milliariis octo distante dum degret, defunctus est: cuius funeri dum debitum Fratres exhibuissent officium, revixit qui fuerat defunctus, vocequé anxia Patrem monasterii clamitavit. Sed ad præsens non habuit, quem quærebatur, quoniam longe a monasterio erat, in quo Abbas Guido manebat. Ductus [ergo] ad monasterium, et ab eo, quem vocaverat, interrogatus ubi fuerit, quid viderit, quidve audierit: Loca, inquit, tormentorum in quibus multis mihi notos ac propinquos cognovi: cuncte tremens, quæ videbam attenderem, vir quidam stola amictus candidissima apparuit, me confortans, coronam in capite ferens auream, virgamque leva, favum vero mellis dextera portans, quem mihi comedendum obtulit: porrectum iterum iterumque comedere jussit: basitanter ne timerem admonuit. Sciscitanti vero mihi quis esset, Michaeliem Archangelum se esset respondent. Cognito quis foret, quem porrigebat favum accepit et comedì, et ipso jubante ad corpus, quod reliqueram, ut cernitis, redii. Per

tres autem dies, quibus post modicium in corpore vixit, illius favi quem comedederat dulcedinem in ore persensit: post triduum vero Patris Guidonis benedictione donatus Frater ille, in pace quievit.

E 7 Fuerat autem in eodem monasterio monachus, Bertoldus nomine, qui cum in extremis vitae hujus ageret, morasque in exeundo ex reprehensibili conscientia sustineret; Domini misericordiam Patre Guidone cum Fratribus implorante, in se qui moriebatur reversus est, et quid de seipso vidisset referens, Daemones, inquit, vidi adversum me insinuentes, unius delicti causam (cum nihil in ceteris possent, præsertim cum Christi bonitas omnia piemant et confitent dimisisset) opposentes. Seiseitantibus igitur Fratribus, que qualive esset culpa facioris, pro quæse deputatum inferis, dicere; Incantationem, inquit, quandam, dum adhuc seculo vestibus et moribos deservirem, didiceram, quam tamen nec opere exercui; aliquando vero memoriam verborum ejus in aliquo tenui: solum est mihi hoc erimen objectum: vestris vero oratiomibus, quod ad præsens institut, evasi periculum. Sed ne possit ulterius hoc, quod nec seio vel recolo, delictum opponi; confiteor me et in hoc quoque peccasse, in quo me peccasse non novi: sique Frater in pace quievit.

F 8 Vir quidam, Joannes nomine, Venetiae ortus, dominum patriamque relinquens, Pomposiam venit: susceptus vero ab Abbatore Guidone ac monachus factus, adeo se probabilem exhibuit vita et moribns, ut quanta esset doctrina magistri in gestis clareret discipul. Etenim iste, de quo loquimur, cum litteras omnino nesciret, Deum plus quam se; proximum vero tanquam seipsum diligens, hoc totum implevit, quod lex continent et prophete: abnegans denique se netipsum nihil unquam præposuit Christo; proximum quoque (si fas est fieri vel credi possibile) plus quam se convincetur dilexisse; cum nulli unquam intulerit injuriam, saepius vero illam pertolerit; nec alienus se permiserit gravari obsequio, cum embet ipse foret semper subsidio; ac his sollemnibus subveniendo decesset, quibus adesse non posset. Cujus autem sanctitatis vel meriti fuerit, finis eius probavit: die quippe una dum resideret in claustru in Ordine Fratrum, una quoque cum Abbatore Guidone, Angelus nive candidior, in specie viri se monstrans, dixit ei: Euge serve bone: veni, et intra in gaudium Domini tui. Qui cum a confidentibus cunctis idem quod a se visum et auditum putaret, paululum subsistit: deinde illis tacentibus Patri Guidoni, quid viderit quidve audierit, retulit, dicebas: Quid est, inquit. Pater, quod vir

*monachum
a morte susci-
tatum,*

*deque visitis et
auditis inter-
rogatum,*

*data benedic-
tione pos-
triduum mori
permittit,*

*alium in
agone a dæ-
monibus re-
vestum,*

*præbus
adjuvat:*

*alium admis-
tit,*

*qui caritate
Dei et proximi
fervens*

*erogatur ab
Angelo.*

A vir iste, quem mecum omnes vidistis, locutus est mihi: Euge serve bone et fidelis, veni, intra in gaudium Domini tui? Cui Pater, Relinquare nos, ait, fili, vis? Et iste non post multum tempus carne solutus migravit ad Dominum, suopterius in premio, quod accepit in merito.

a Vita S. Severi Episcopi Ravennatis, dedicata i Februario, et post miraculum ex Hieronymo Rubeo regimus de hoc monasterio S. Severi, inter Ravennam et Clussem sive Hieronymus Fabri pag. 339 et seqq. de alio agit, et nihil dicti monasterii præter terram antiquam extare assertum — b Circa annum 998.

CAPUT II.

Virtutes S. Guidonis, mors, translatio: miracula ante et post obitum.

*Abstineret a
piscibus iter
in hebdomada
præcipit,*

*et delinquentes
punit:*

*omnibus
præditus
virtutibus,*

Abbas igitur Guido, cuius omnis vita a cibis et viis simul continentia continua erat, in altero homines supergrediens, Angelis in altero se comparans, statuerat aliquando, ut in monasterio secunda, quarta, sexta feria Fratres non comedenter pisces: hoc statutum cum ipso Abbatte, Prioris permissu, die quadam transisset, illico factum culpabile pena secuta est: porcorum quippe monasterii grex per silvam diffugiens, per dies quindecim inveniri non potuit, donec Abbatis adventu transgressio correcta est ac culpa correpta. Etenim interdictorum usus abstinentia licitorum deletur, et appetitus carnalis correptione castigatur virgarum: sique peccatum penitentia condonatur, penitentia indulgentia munetur. Quod porci satis demonstrarunt, cum de silva mox, qua fugerant, remearunt.

10 Habebat vir sanctus hoc divinitus providentie donum, ut si provenirent in monasterio adversa, non fortuito casui, sed alicujus delicti causae, et ob hoc Dei judicio deputaret, unde imminens saepe futurum nonnumquam periculum evadefat. Animi vero fortitudo mentisque robur in eo, quoniam maximum fuerit ex eo dignoscitur, quod nullis umquam fractus incommodis, nullisve carnis cessit illecebris. Temperantia quoque tanta in eo erat atque modestia, ut aliquibus non insoleceret successibus, ab omnibus vero, quantum est homini possibile, excessibus temperaret. Frugalitatem vero in eo laudare vel continentiam quis digne possit? Cum tanta fuerit, quantam de veteribus Sanctis plus nullus habuerit, si de cielo vel potu dicitur: cum comedens semper esuriret ac bibens sitiret; et, ut aliter dicatur, comedens non comedet, bibens non biberet. Si de parvo peccato agitur, id semper cavebat, ne de se diceatur, Maledicti qui declinant a mandatis Domini. Supponens denique

Carnem spiritum, spiritum vero divinæ subjiciens virtuti, ex quo Christi militiam professus est non se terrena subdilat voluptati. Quam castus et integer corpore et ab his etiam viis, quibus minor actas implicare solet, [immunis fuerit] manifestum est. Justitiam vero, quæ omnium mater virtutum et causa est, sic in omnibus assecutus est, ut cunctis prædesse, nulli nunquam voluerit obesse. Prudentia autem intantum præditus fuit, ut quandoque nequiviverit ab aliо decipi, nolueritque decipere quemquam. Vir Deo plenus sic vallatus fuit bonarum virtutum studiis, ut veniens princeps mundi hujus sue perfidie in eo non inveniret vestigium.

11 Regebat vir providus monasterium suum, subrogatis per temporum vices, quos subtilis elegerat Abbatibus alius: quorum primus fuit Vitalis: quo decadente, elegit Petrum: post eniū obitum Theobaldus fuit, post Theobaldum constitutus Leo, post hos omnes, qui admirabilis ejusdem etiam nominis, eligitur Guido. Hi suo quique tempore præfuerunt Fratribus et monasterium gubernarunt: habentes Marthæ officium, solliciti circa frequens ministerium. Porro ille, qui optimam partem ele-

gerat, una contentus erat; et banc ne amitteret, inseparabiliter Christi pedibus adhaeret: nunc orando colloquens cum Deo, quæ sua erant Domino referebat: nunc psallendo verbum ex illius ore audiebat. Habitabat in silva longe a monasterio millariis tribus, ut vere de eo dici posset: Et erat enim bestiis silvarum habitatio ejus: et cum omni tempore ab his, qua necessaria sunt corpori abstineret, in diebus tamen duarum Quadragesimarum tanta cibi et potus abstinentia, tanta virgarum cæde ac vigilarum instantia corpus dehile macerabat; ut excepta morte, nihil tormenti amplius posset inferre nolenti persecutor crudelis, quam volenti sibimet inferebat, ipse vere felix vereque Christi fidelis.

12 Gerhardus quidam, genere Longobardus, quartani diu febribus fatigatus, Pomposiam venit, repletum sibi divinitus asserens, quod si liberet aq[ua], qua manus suas Abbas Guido lavisset, illico sanus fieret. Hoc audiens homo mitis et humilis, et dictum exhorruit et factum inhibuit: sed industria ministri ejus, Petri nomine, quod petebat, gereret, et sanitas est. Quoties ejus meritis aqua transierit in vinum, testes sunt monachi, ministrantes ei, sed et laicorum quamplurimi. Gebhardus quoque Archiepiscopus Ravennie, cum ad mensam una cum Abbatte Guidone sederet, cuppsam qua bibebat Abbas ab eo sibi petit porrige: quo renidente, importunitate quadam, quod petebat obtinuit, ac bibens quan esse patet aquam, inventi haustum vinum esse, quam ex puto solo infuderat minister. Post mensam vero arguens ministrum Archiepiscopum, eum non sibi de eodem, quod Abbari, dederit vino optimo; cognovit a ministro vinum optimum sibi, Abbatu vero aquam esse infusam; sed ejus precibus in vinum versam Obstupuit Archiepiscopus, et quod a multis audierat experimento probavit et creditit. Hinc simile quid cum esset, Ravennæ aliquando accidit: sedenti equide illi ad mensam tales quidam Faventinus advenit. Audierat a multis ille, quia vinum Abbas Guido non biberet: supervenient itaque mensa, cuppam Abbatis non sine quadam temeritate præcipuit: hausit vinum, sed aquam minister miscerat. Sic dum, ut dictum est, non tantum bis, sed saepius hoc faciebat miraculum. Ille quoque quod de aqua, qua laverat manus proprias, aegritudines depulerit alienas, sicut supra retulimus, non sene et iterum, sed multoties factum novimus. Sed multa sunt, qua nostram notitiam et memoriam fugiunt. Ex panis quæ scribimus, plura conjicere lectorem supra in prefatione monimus: si quis vero de illius meritis potiora nosse desiderat, Parmam illum dirigimus: ibi docetur ab habitatoribus urbis illius, quanta potuerit ac meruerit vivens, quanta potuerit et contulerit apud eos etiam defunctus de quibus nonnulla nos etiam notamus. Sed quoniam de vivente nobiscum adhuc loquimur, quia vivens egerit prins est, ut dicamus. Parva dicturi sumus et pro meritis tanti viri vel laude insinuatis.

13 Frater, nomine Sergius, custos ecclesie, ascenderat tripedam, ut lampades luminibus accendendis aptaret, ex quibus elipsa manibus una in lapide pavimenti minutatim contracta est. Colligit custos fragmenta et ante altare depositum, pergens ad Abbatem penitentiam acturus pro domino. Venia mox ab Alibate donata, in ecclesiam rediit ac lampadem redintegratam reperit: cuius facti damnum patenter deputatum discipulo, prodigium adserendum videtur magistro. De trahibus ecclesie ceciderat oleo plena lampas alia, quæ nec læsionem pertulit nec oleum effudit. Ejusmodi casum jam tertio lampas perpessa, incolumis tamen in eadem

*ta passim
trau. fructu
integritate.*

*alia expletus
innovante
labitur;*

buc

*concluunt
monitos
Adolesc.
pro se,*

Ex MS.

Prævisor
obitu suonuntius
Imperatoris
occurrensmoritur
Burgus.
Dominus.excus illumi-
natur Parmaet que son-
tibus nro
componitseptem mens-
ibus de eum
corpusquotidianis
chresti et vaca-
bus.sterque
Verona

ac Spire.

A huic usque pendet ecclesia. Verum, ut diximus, minima sunt hæc ad comparationem eorum quantum auditu conperimus; quoniam extra monasterium operatus est viro tam magno condigna.

14 Instabat dies jam, quam summo desiderio sustinebat: cupiebat enim dissolvi et cum Christo esse: vidit in somnis hujusmodi revelationem. Arbor dactyloru in capite ejus pullulans in magnæ proceritatis culmine erigebatur onusta pomis; sed cupientium fructus ejus sumere contactum confugiens: inclinabat se tamen a Guidonis manu, et cibum ex se sumere permittebat: ex cuius etiam fructu et Fratribus sibi subditis porrigebat: quo profecto successorem sili futurum spiritu propheticō prævidebat. Interea lues gravissima monasterium vexabat, quæ de Fratribus circiter triginta ad excessum usque per tuterat. Insuper illis diebus legatio Imperatoris beatum virum cogebat nuntiis illis occurrere, qui ad Italiam veniebant: quoniam istius consilio omnia Imperatoris mandata implenda erant. Invitus, ut fertur, iter illud ingressus est, et, quamvis suspenso sermone, non se tamen amplius a Fratribus, quos Pomposia reliquerat, videndum propheticō dixit spiritu. Profectus igitur Sanctus Dominus venit Parham, inde a Burgum: ubi altera die adventus ejus quo venit illuc, coepit infirmari: die etiam tertia defunctus est.

15 Reducentibus defuncti corpus Fratribus, qui cum eo erant, in primo lapide urbis Parmæ cœcus occurrit: ibi dum paullulum subsisterent funus ferentes, interrogantur a caecu, quid ferant. Abbatis, inquit, Pomposiensis corpus ad propriam referimus. Audierat cœcus ille de viro illo multa et præcipua: nam fama ejus bona Italianam totam repleverat: ideoque cœcus, Domine Deus, att: si homo iste illius meriti est, eugenego adivini; videam oculis meis quod corde juu credidi.

Vidit mox cœcus, clamat pro lumine leuis:

Vero Dei servus, per quem sum lumen adeptus,
Quem præsens video, fueras, sanctissime Guido,
Stupet Fratres funus ferentes Patris, et hæc lacte-
rentur de Domini gratia, tamen timent prodito the-
sauro quem portant. Exaltat cœcus vocem suam et
inhibentibus metachüs aevum totum replet clamori-
bus; et prie magnitudine gamilariorum non se conti-
neus, quoniamque transeantes invitabat ad laudes. Fit populi illico concursus, et personanibus Ecclesi-
iarum signis sine ministerio hominum, civitas uni-
versa terrebatur: et comperto quid esset, se tardita-
tis arcuasat quisque, si non primus adesset. Diripi-
tur corpus et deflentibus nocturnis cives universi
tripudiant. Quis tunc infirmus Parham se contulit,
et sanitatem non restituit? quis claudus occurrit, et
non erectus recurrit? quis cœcus advenit, et videntes
non rediit? Mansit autem corpus ejus apud Parham
mensibus septem, in quibus dies rara pertransit,
que prodigiū minus non senserit: habuit enim max-
imum dies pro quo ageret Domino laudes.

16 Venit tandem Imperator b Henricus, qui jam
diu præstolabatur, et conparentibus monachis au-
ferunt corpus sanctum Parmensis: deinde Impera-
toris jussu Veronam defecit, ubi in ecclesia B. c
Zeno depositum, quod Parmæ contulit etiam Ver-
one conterre non distulit. Nam cum ipsa die sui
adventus, quendam curasset infirmum, die altera
Zeno Sanctus, quod jam a multis diebus non fecerat,
enravit et aliud: scilicet certantibus illis per dies
plurimos, sine medicorum cura negrotos suos sanos
recepit Verona. Jam vero quid Alpes transundo,
quanta Spiran devictus miranda perficerit. Tentacio-
nis narranda permittimus. Nam quoniammodum
multa de eo non scribimus, ita encontra ejus miranda
non vidimus, quæ vel in longinquis fecit regiombus

vel iactantiam fugiens humanis non prodidit rumo-
ribus.

17 Rexit autem Pomposiense cœnobium annis quadraginta octo: obiit autem anno ab Incarnatione Domini millesimo quadragesimo sexto pridie Kalendas Aprilis, suæ religionis multos relinquens haereses: quos vel in cœnobio cui præerat instituit, vel diversis monasteriis in Abbates præcessere constituit, ad laudem Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi: cui cum Patre sanctoque Spiritu manet honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen.

a Burgum S. Dominini, Julia in territorio Parmensi via Claudio, dicitur in Martyrol. Rom. 9 Octobols, quo S. Domininus Martyr et hoc Patronus colitur. — b Iter Henrici Imp. accennate describit Hermannus Contractus ad annum 1046, ac meminist cum papie Synodus celebrasse, inde Mäcentiam venisse, atque ut hinc circa intus Noremberg Parham, postea mense Decembri non longe ab urbe Roma apud Sultriam Synodo interfuit, ac ipsa Natalis Domini die Imperiali benedictione sublimatur. — c Colitur S. Zenus Episcopus. Veronensis et Martyr 12 Aprilis

Præfuit oratio
in mortuus 31
Martian.

E

Prope Raven-
num natus
et educatus:

ALIA VITA

Ex MS. Spirensi.

CAPUT I.

Vita S. Guidonis secularis, eremita, monastica.

Gloriosam S. Guidonis descripturi vitam, primo patris ac matris patriæque ejus inseramus notitiam: deinde optulante illo, ad enjus laudem hoc agimus, virtutum ejus propalenus insignia, stylo quo possumus. Fuit enim huic venerabili viro pater, Albertus nomine, mater a Merocia, patria vero ejus urbs Ravenna: sed natus est in Casamarensi suburbana præfatae civitatis villa, quam a primæva aetate semper animo vitabat et mundanorum rerum studio Ravenne vacabat, quod præsago sine spiritu agi non dubitamus, dum hujus nominis etymologiam consideramus. Hoc namque significabat tunc in persona pueri, quod postea peregit in aetate juvenil. Casamarensim, id est hujus procellos, ac inquieti mundi habitationem animo et corpore respuit, et cœlesti philosophiae, quo Christus est, se totum contulit. Deinde factus adolescens mundano ingenio, ac secularis pompa diverso ornato pollens, dum mundus cum vellet sua cupiditatibus amore per diversa illagia rapere, et avido gutture in sue dignitatis ventrem immergere; omnipotens Dei virtus, per dona Spiritus sanctis menti ejus misericorditer insulsi, et a tanto enim precipito potenter eduxit.

2 Igne igitur Spiritus sancti accensus superno de-
siderio repletus, coepit terrenis negotiis renuntiare, terrena desideria calcare, quicquid carni blanditur
horrere, cœlestis vita dilectioni hærente. Secularem
habitum iuro ardore mutare cupiebat: sed sciens
parentum suorum consensum ad hoc nullo modo in-
clinari posse, hoc apud se absconsum tenebat. Dum itaque parentes vellent ei providere de conjugali tha-
lamo, et ipse auxilis cuperet snum expiere deside-
riuum, hujusmodi enigma compositum, et patri retulit.
Duas, inquit mihi, pater, sponsas exquisivi, quarum
una est potens et nobilissima; altera potentior, ac
nultum ab ea genere et facultate inferior, me nimis
diligit et suis me complexibus iam constringit, to-
tusque labor in ejus amorem, nisi tua consilia judici-
ent, utiliora: illa vero nobilior ac potentissima
est mihi difficilis ac nimis ardua, et nequit acquiri
sine gravis fastidii angustia. Quam ergo vis pater ut
eligan? Tunc elongandens ei pater, inquit: Ago
nunc, fili carissime, nulla pericula vel fastidia seg-
nem reuidant, nulli amores te enervent, vel degener-
ent prodant, nulla dolorum vel dotum magnitudo te
ab illo nobilissime potenti thalamo reflectat. Erige
animum, suscitare ingenium, sume virtutem, operare
salutem, collige sensus, proprium corroborare pectus,

mundana
impudescere;

F

in enigmata
exponit pater
cum dicitur
etiam.

A ut tam præclari connubii thorum attingas, et fortunatus gloriosusque existas. Turpe est enim ut pro parvi temporis exercitio tanta potentiae careas comodo, et tam generosi complexus priveris gaudio.

b 3 His et hujusmodi verbis pater filium monehat, quia carnale conjugium illum affectare credebat. Sed o adoranda virtus Christi! o admiranda immunitatio dextera Excelsi! quæ cum semper et in cunctis mirabilis habeatur, nostris tamen temporibus in isto præcipue veneranda prædicatur. Quamquam enim ob virginitatis singulare aliarumque virtutum privilegium, non æquiparemus eum beato Evangelistæ b Joanni, quem de nuptiis vocatum legimus; tamen hunc tam venerabilem miraque sanctitatis vinum alterum Joannem, si fas est dici, appellare quodammodo possumus. Miro namque modo verba patris animo figure, ejusque hortatu vires in pectori sumens, tanto nimirum devotius, quanto et divinus copit illam degenerem, ut fatebatur, sponsam, cuius complexibus jam stringebatur, verbis factisque exercando respire: et ad præclaras illius generosæ ac potentissimæ nuptias ardentissimo affectu anhelando tendere: id est, mundi gloriam et voluptam, quam degenerem ac misericordiam, caducam et invalidam nemo vero sciens ambigit, teto mentis conatu relinqueret; et se cœlesti sapientia et disciplina, atque exercitio religionis divinae ferventis studio omisfariam conjungere: tantoque testabat ardore pro cœlestis cultus religione, ut nihil sibi extra eam placeret, nihil in hoc mundo præter ipsam ambiret; et secundum genitoris sui hortamenta, cuncta dura mollia, cuncta aspera levia, cuncta adversa videbantur sibi prospera; et reciproca ratione cuncta prospera adversa, cuncta levia aspera, cuncta mollia dura. In tali igitur desiderio, cœlesti docebatur magisterio: accepta enim, ut supra diximus, patris iussione sub cibentia carnalis conjugij, non surda aure auscultat vocem iubentis Domini. Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Sed esto molo. Quid serve Dei agis? quid alumne Spiritus sancti militaris? quas cogitationes mente revolvis? die, quæso, die ubi sacri pectoris tui consilia recondes? quo te convertes? quo concessiones? ubi requiesces? Super altitudinem, inquit, de qua nibi per Prophetam dicitur, Sistollam te in superbiam Sanctorum: quatenus superba cuncta, quibus Deus resistit, ac terrena sic concubando despiciam, et humiliata que ipse exaltat, ac cœlestia anxie appetam; ut cibari merear hereditate electi Jacob, et dilecti pueri Israel, et videre in superna Sion celorum Dominum nobiscum Emmanuel: ut pasci in montibus atque aedibus Ierusalem, et potari merear in rivis ac fontibus I-srael. Quid multa? Hoc tam saeta su' cordis desideria, dum imperfecta esse non patitur, sed comitante Spiritus sancti gratia ita adoratur.

C 4 Quadam igitur nocte, quæ celeberrima Ravenna Christi martyris Apollinaris solennitate habetur, S. Guido exultus pretensis ac pauperibus erogatis vestibus, sordidis quinque ac vltissimis indutus tegumentis, clam parentibus Ravennam exiit, et mundi dominum caputque orbis Romanu abiit. Ubi accepto Clericatus honore, animum induxit properare Hierosolymam, ea intentione ut nunquam remoaret ad propria. Hee eo cogitante, revelatione divina est communitus, ut Ravennam urbem repletebat, seque imperio Martini Eremite subjugaret. Hic autem vir Martinus tam sancte sui religionis et abstinentie, ut magno venerationi haberetur pene omni Italie. Ad quem, secundum quod monitus erat, dum pervenisset, suumque ei desiderium patefecisset; succedit cum sanctus vir cum nimbo affectu, et post exhortationem dulcia verba, dixit ei alacri ut semper erat voltu: Vis, fili carissime, habitum suscipere

monachicum? Cui ille, Hoc, inquit, Pater sancte, D meum semper fuit desiderium. Cœpit autem eumdem venerabilem virum obnoxie deprecari, ut festinaret illum absque mora monachare. Timiebat enim ne a parentibus exquisitus raperetur, et illecebris mundi iterum servire cogeretur. Cujus petitionibus vir sanctus non acquievit, sed inducias usque mane de-
ex ms.

b 5 Accepisti autem inducius in crastinum, quid age retrvas egregium? numquid poterat manere otiosum, et non potius operari aliiquid divinum et prodigiosum? Era Sancte Spiritus, magister mirifice, artifex efficacissime, ostende opus tuum mirabile, artem tuam ineffabilem, magisterium tuum venerabile: virtutem tuam excita, miracula tua clarifica, thesaurum tuum publica. Quid putas? Cucullatus a seculo beatissimus Guido prætentatur mane venerabili Martino: a quo interrogatus cur hoc fecisset, respondit, sui pectoris ardorem se nullo modo ferre potuisse. In quo fervore assiduus persistit, et eidem venerabili viro quoad vixit, totum se in omnibus subdidit, tribus quoque annis eremite cum eo vixit in quadam insula quam Paulus dividit a Pomposia. Pomposianum anteuenit monasterium, ahdicem pauperium, sub ipsius Martini cura tunc temporis erat, cui tamen Dominus Guillelmus regulariter præsidebat: in quo quanto aderat inopia terreni sumptus, tanto abundabat opus divini cultus. Ad quem locum vir Domini Martinus beatissimum direxit Guidonem, ut bene disseret regularis tramitis institutionem, et monasticæ religionis perfectionem. Hanc vero quam plene ac perfecte didicerit, quisquis idem cenobium, cui postea præfuit, vult inviseri, scire poterit. Monachi vero ejusdem cognobii simplicem eum ac squallidam amictum ueste deridebant, futurum tamen sibi Abbatem prædivinabant. Quem Reverendissimus vir Guillelmus per omnia officia monasterii per series temporum constituit, inde vero eum in monasterio S. Severi Præpositum ordinavit, et in omnibus regulariter egit.

a Sirio Martia dicitur. — b Inuit S. Joannem Evangelistam relicta sposa ad Christianum recessisse. Eum nullorum fuisse sensum ostendimus 8 Januarii ad 11 Ian. S. Patiens Episcopi Melensis pag. 470. — c Colitar S. Apollinaris 23 Iulii.

CAPUT II.

Vita S. Guidonis, Abbatis creati. Miracula.

In illo tempore Dominus Guillelmus in crevum secessit, et abum Abbatem Pomposie ordinavit, nomine Joannem, cognomento Angelum, simplicem rectum et abstinentiam mirificum. Eo itaque defunto, et in pace perpetua locato, atque sicut nonnisi, ita beatitudinis Angelorum collega effecto, quamvis multum renitens, et se indignum proclamans, gloriosus vir Domini Guido ordinatus est Pomposie Abbas, præcipiente Domino Martino, cui jam dudum proposuerat obdure, et in cunctis iussionibus parere. Nullo tamen modo colla supponit, donec ab ipso licentiam Abbatiam quandoque dimittendi habuit. Post haec autem pater ejus, cuius supra meminimus, et frater ejus Gerardus nomine, ejus imitantes vestigia, seculum reliquerunt, et subea regulariter multum strenue conversantes, Jesu Christo animas rediderunt. Eo igitur præsidente, et idem monasterium nobiliter regente, multa regula numerique monachorum, cœpit novum, quod permanet, edificare monasteriorum: in quo per eum et sub eo quæ patrata sunt, et patratur miracula, nostri styli enarrare non sufficit copia: sed adminiculante illo, qui ora inuertitur aperta, et labia infantium facit diserta, verbis simplicibus, ut possumus, ex multis pauca propalabimus.

7 Dum igitur coepit operi instaret, Fratribus ali-
quando

a lapide illatos monachos.

A quando supra murum laborantibus crates supra modum gravatae petrarum aggeribus, invidia etiam diaconi, absente Patre Guidone, ruerunt. Ex Fratribus autem, quidam cadentes nihil mali senserunt, quidam vero praefixis lignis manibus innitentes penduli in periculo remanserunt: quo cognito venerabilis Pater cito affuit, et sua illos prece illas depositus. Alia vice supra eundem murum impositum erat vas lignum vino plenum ad opus laborantium, quod casu ad terram prudapsum, nec vinum est effusum, nec vas confractum.

Cum eidem quoque insisterent operi, coperunt gravi victus inopia opprimi: sanctissimo vero Patre omnipotentem Deum in hoc ohmiae exorante et ab eo auxiliu et copiam premitte, quidam die dum nihil eis virtus in crastinum remansisset, coperunt omnes contra eum unirurare, nimisque ei modesti esse. Quos ille patienter ferens tolerabat, et qualiter vel quomodo necessaria emeret cogitabat. Ravennam itaque ad eundem idem ipse dum concitus properat, duas navec non longe a monasterio plena vino ac frumento ei obviam Christus preparat: quibus vir Domini inventis, sommae Trinitati gratias agens hec rediit, et cum benedictione ihesu, qui ex quinque panibus quinque millia hominum satiat, eos die sufficienterque reficiens, ne alterius differenter admunierit. Quis tanti viri non miretur beatitudinem? Quis non ejus veneretur sanctitatem? Vere enim Dominus Iesus memori sue verissimae promissionis, qua ait, Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis; fidem illius coram discentibus aperte remuneravit, et famelicos opportune sativit.

B Mar 6. 23

9 Quodam tempore quidam idiota Frater, nomine Martinus, defunctus est apud quendam ecclesiam infra ipsius insula silvam constitutam, que a prefato comitio plus minus octo milliaribus distat. Adactus autem al monasteriorum, post pericula, ut moris est, defuncti obsequia, post Missarum completa solennia, defunctus revixit, et voce continua sanctum Patrem adesse depositi, qui adveniens diligenter exquirit, humiliterque ac trepide rogat, ut enarrat que vidit. Qui dixit: Loca tormentorum terribilia vidi, et multos ibi meos propinquos et notos cognovi: cumque ea tremens inspicere, apparuit mihi quidam pulcherrimus vir stola candida indutus, ac mirabiliter talaratus, in una manu virgam, in altera quasi favum mellis gestans, quem mihi porrexit atque comedere jussit: quem ego territus dum remi, iterum jubet ut comedam, admonetque ne timeam. Cui ego: Quis es Domine? Scias, inquit, me esse Michaelem Archangelum, atque ad tunum modo dictum solatium. Quod audiens mox pavorem innati in securitatem, totumque illius favi comedii dulcedinem ac suavitatem; quam cum comedisset, jussit me ad corpus redire, triduoque in eo tantum manere. Per triduum ergo, quo supervixit, se illius favi saporem in ore habere dixit: post triduum vero, accepta Patris sanctissimi benedictione, iterum obdormivit in pace.

morte resuscitatus monachus narrat vita,

C

pont triduum iterum morti tuis:

item altus narrat magne mortis via,

accepta benedictione e vita obire

10 Per ideam tempus alter Frater, nomine Bertholdus, cum propinquus morti magnam in excendo ex corpore morum faceret, et angustia sue conscientiae torqueretur; benignitate Dei et beatissimi Patris Guidonis oratione, ad se reversus, et a Fratribus, quid in tanto agone vidisset, interrogatus, respondit: Vnde daemus adversum me saevientes, et unius delicti nulli caussam opponentes. Et Fratres inquirunt, qui mihi? Tunc ille, Unum sollemnemodo, inquit, incantationem in secundo didiceram, quam non operatus sum, et jam etiam memoria exciderat, hanc solam nulli terribiliter opposerunt, sed virtute Christi atque oratione sanctissimi Patris Guidonis

ac vestra superati tristes recesserunt: moxque ut D benedictionem accepit, in pace continuo perpetua quievit.

11 Interea dum præfatum monasterium sanctis studiis et exercitus prænominati Patris succrescens floraret, omnique copia et divitiarum largitate abundaret; monebat ille sanctissimos subjectos dulcibus verbis, et informabat illos virtutum suarum exemplis, divinisque eos hortabatur præceptis, dicens *suis exhortationibus subditos monachos excitat;* Psal. 61, 11 Tit. 3, 3 Apostolo, Ne curam carnis in desiderio facerent; et cum Jeremia, Ne diem hominis concupiscerent. Ille quippe diem hominis concupiscit, cuius animus ad sola carnis oblectamenta inardescit. Ille diem hominis concupiscere probatur, qui cibi potusque ingluviem assidue sectatur. Ille diem hominis concupisit: cuius renes cujusque cor ad luxuriam ac luxuriæ voluptatem, per crapulam et ebrietatem ignescit. His itaque aliisque ejus mirabilibus hortamentis se unusquisque submittet: ut enim cuncti monstrarent, quod admittentibus pii Patris de non apponendo cor divitiis grataanter obtemperant, cum maxima diversorum piscium copia abundantarent, jussu ejus atque communni sponte decreverunt tribus tantum diebus manducare pisces in hebdomada. Præterea quadam nocte Palmariam lampas quedam, ab eminenti loco, trabibus scilicet ecclesie in pavimentum delapsa, mirabile dictu! nec oleum est effusum, nec ipsa confracta: quod jam ter ibidem est patrum, et ipsum vas adhuc permanet sanum.

12 Contigit alignando huic viro venerabili simile quoddam *a Juliani et Basilii. b Heribertus enim Ravennas Archiepiscopus tam grave contra eum exaggerabat odium, ut decretum haberet armatus venire, et Pompuianum destruere cœnobium. Quod ut ad aures viri Dei pervenit, se cum omnibus monachis devotissime contritoque corde in orationem dedit. Nam a parvo usque ad maximum, exutis solitis c stamineis, induiti sunt asperrimis vestibus et ciliiciis, cantantes cum Psalmographo. Dum mihi molesti essent, induabar cibicio. Per tres autem continuos dies et noctes, ita induiti, discalciati, bordeaceo pane solunmodo et aqua contenti, acriter quotidie in Capitulo, sed sponte verberati sunt: nulla sede nec in ecclesia, nec in refectorio, nec alicubi nisi terra, usi sunt, ut veraciter cum Propheta dicere possent. Psal. 34, 13*

Humiliata est in pulvere anima nostra, conglutinata est in terra veter noster. Non immemor autem Dominus sine dulcissimæ promissionis, qua ait per Prophetam. Invoca me in die tribulationis: eripiam te, ut magnifices me. Dum in tali essent constituti tribulatione, tali eos dignatus est considerari visione.

Apparens cuiusdam ex eis beatissima Virgo Maria, candidarum Virginum circumstipata chorea, blando vultu ne timeat hortatur, taliterque ei congratulando illum atlatur: In copta intentione permanet filio, scientes vos in praesentiarum exandiri. Insuper ex hoc recti estate, quia quatinus hoc triduum jejunium sic a vobis celebrabitur, a nullo visibili vel invisibili hoste locus iste superabitur. Evigilans autem dum loquendi sibi tempus reddit, ea cuncta per ordinem Patri Guidoni Fratribusque retulit: quæ vera esse probavit pacis redditus tempus, adhuc vero variarum rerum similis eventus. Sed o antiqua prodigia! o virtutum insignia! o miracula, priorum Patrum gestis per omnia similia! Oratio Basili Julianum apostolam perpetuahiter interfecit. Oratio Guidonis Heribertum, in superbie cornibus malestantem, bene quandoque surrecturum cadere fecit. Oratio Basili perempti Julianum apostolam; Oratio Heribertum humiliat elatum. Ille a d Mercurio peregrinus est corpore; iste a Christo consternatus est mente. Illum straverunt arma Mercurii; istum humiliarunt

F Psal. 43, 23

E Psal. 49, 18

F

a Deirara Virgine confortantur:

adversarius instar Juliani apud alia protractus,

d

A miliarunt arma jejunii. Illum Deitatem blasphemantem materialis gladius perdidit; istum contra virum Dei superbe agentem lacrymarum profusio humilem reddidit. Re etenim vera dum ad monasterium malignitatis animo, ut diximus, venisset, Fataresque ei omnes, licet ejus malitia non ignari, obviam cum timore exissent, et cum honorificissime, ut mos illorum est, in ecclesiam perduxissent, dum humo oraret prostratus, Spiritus sancti gladio repente mactatur. Elevatus enim ab oratione, per-

fusus ora lacrymis, corde autem et vultu affabilis, D sui livoris evomuit malitiam, et perpetuam firmavit amicitiam. Qua de re omnes non modieum latati, gratias Deo egerunt e.

*faciem
firmavit.*

a *Intelligitur Julianus apostata, qui si vitor e Perside redi-
visset, constituerat S. Basilium Magnam interficere, ut scribit
S. Gregorius Nazianzenus oratione 2 in Julianum. — b Heribor-
tus sedit ab anno 1019 ad 1027. — c Surtus, laneis vestibus po-
stis. — d Hic est S. Mercurius miles ac Martyr Casarea in
Cappadocia sub Decio: colitur 25 Novembris. — e Desunt re-
liqua in MS. codice, supplenda ex priori Vita.*

DE BEATO DANIELE VENETIIS APUD CAMALDULENTES.

ANNO
MCCCCX.
XXII MAR.

*Eb quicq; ex
Bucelinio.*

*Acta ex
historia
Camaldulensi.*

*G. romanus
Venetius
a etiaturam
exercet.*

Concludimus Acta Sanctorum Martii cum elogio B. Danielis, cuius sacrum corpus se anno Christi MDCL, Venetiis eorum veneratum fuisse testatur Gaspar Bucelinus in Menologio Benedictino, et ista de eo adjungit: Venetiis in monasterio S. Mathiae de Murano B. Danielis Conversi. Is Germanus, patria de Ugrischgraz, cum mercaturam aliquamdiu Venetiis exercuisset, mire affectus ad priedictum coenobium, illic denique suscipi rogavit et impetravit. Legavit sua ornaria coenobio, ipse se totum Christo consecrans. Quem spe pecuniarum frustranea, nocte in cella suae nonnullum repente obruunt strangulatique anno Christi millesimo quadringentesimo undecimo. In cuius tumulum dum longo post tempore inferretur Paulus Donatus Patricius Venetus; Danielis corpus repertum est incorruptum, et coelesti rosarum fragrantia redolentissimum, quod usque hodie magno conuersu frequentatur, et cum admiratione spectatur. *Hec Bucelinus, citatis ipsius coenobii monumentis, et historia Camaldulensi, Augustini Fortunii Florentini, qui lib. 3 cap. 3 multo plura, quæ ad venerationem ejus spectant, adduxit, et ipsi corum dictum corpus incorruptum intutus et veneratus.* At scribit nos inter Conversos Fratres admissum, sed datam, ei licentiam, ut Commissio, habitandi in dicto monasterio S. Mathiae Murani. *Hic ergo cum narrasset restorationem templi, anno MCEVLXXXIII factam, ista de B. Daniele adjungit.*

2 Per id tempus Daniel Germanus. Ungrispack oriundus, mercaturam Venetiis exercebat. Is frequenter ad coenobium S. Mathiae Murani navigiolo virtus divertere delectabatur, et quasi patrocinium sacratissimum Domus ac Fratrum suscepserat. Captus vero indies magis ac magis decore domus Dei (sicut fuerat semper eximius Dei cultor, et pauperum miserens, et piorum locorum benevolus) ut in coenobio sibi habilitare licerebatur, ut Commissio, a Priore et monachis facile impetravit. Deinde condito testamento

ultimo Martii anni millesimi trecentesimi nonagesimi secundi, quingentisque aures coenobio legatis, supell ectilem illuc defert, et in inferiori parte clausi tri cubiculum sibi instituit. Sed cum rediisset quādam die (ut fortur) a negotiacione sua, arbitrii sunt quidam latrones, quod secum pecunias multas ad S. Mathiae portasset: quibus se ditari posse existimantes, noctis tempore latenter in ejus cubiculum ingrediuntur, Danielem capiunt, gnlamque laqueo illi frangunt, et onusti preda discedunt. Mane Danielis interitu comperto, Mathiani Fratres, corpus examinare, exequiarum honoribus praemissis, in lapide sepulcro in facie claustrī capituli non sine lacrymis condidere, anno millesimo quadringentesimo undecimo.

3 Accidit autem longo post tempore, defuncto Paulo Donato, nobilissimo Patricio Veneto, sepulcrum aperiri, ut ipsius Pauli cadaver ibi sepeliretur. Ecce autem Danielis corpus intus adest integrum, tanquam vernans rosa, suaviter oleum; et in nulla sui parte corruptum. Quod cum et a congregatione, et a tota Venetia (plurimus enim populus spectaculo interfuit, et subinde numerosior magis multitudo per multos dies confluxit) pro miraculo habitum esset; ad insinuandam Danielis vitae sanctitatem, et quomodo a latronibus, quasi martyrium exceperat; venerabile corpus ad templum multo cum honore deflatum est: erectaque est B. Danieli ara, ubi coruscantibus miraculis sacrum corpus multa religione populorum usque ad novissimum templi amplificationem veneratum fuit. Sed tunc destrueta ara, nunc asservatur venerabile corpus in capsula lignea, et nos quoque, illud sic incorruptum et validum et pie collimus, gratias agentes Deo, qui est mirabilis in Sanctis suis, nihilque ambigimus pro magno munere a nostris Camaldulensis, possideri ibi thesaurum adeo pretiosum. *Hactenus Augustinus Fortunius.*

*habitat in
monasterio
S. Mathiae:*

*latronibus
accisus.
E
sepelitur in
claustrum
Capituli.*

*Corpus
incorruptum
et suaviter
oleum reper-
tur,*

*in area ei
erit et claret
miraculum,*

*lignace capte
mum hisum.*

F

AD ACTA GRÆCA

TOMI TERTII.

Exhibituris reliqua hujus mensis autographa Græca, unicum restat officium, gratitudinis titulo debitum vi, per quem ad huc puelo apparanda plurimum nos adjutos fateamur necesse est. Fuit hic ad Sanctorum xli Martyrum Passionem, vi die Martii datam, in titulo Annotationum Græcorum nominatus nobis Hugo Bollius, Liranæ Carthusie Sacerdos Professus; qui in Brugensi Societatis Jesu gymnasio Rhetorices auditor, quem istic, una cum principiis Græce Linguae hauserat ejusdem penitus perdiscendie amorem, non satis habuit in suero illo secessu fore porro utque excolere, nisi ipsum converteret in sui olim magistri obsequium, ipsique Sanctorum Actis prosequendis intento rependeret fructum discipline acceptæ; idque animo tanto tamque propenso, ac si scientiam illam non gratis traditam accepisset, sed commodatum dumtaxat erederet et a se multiplici cum fauore repeudebam. Itaque rogatus, dum in Zeelhemensi Carthusia prope Diestemium hospes degeret, relegere egrapha non admodum curiose accurateque descripta, interpuunctionumque et accentuum ac spirituum notas vel deficiente supplere vel corrigere perperam designatas, quo nobis, eadem antequam ad hypothetas mitterentur postremum recognituri, minus temporis laborisque esset insumendum; non tantum fecit quod rogabatur, sed etiam quacumque sic scripta erant, ut propter characterum vel exilitatem vel deformitatem, ab hominibus, ultra nadas litteras nihil Græce doctis, legi distincte nequivissent, ea omnia sua ipse manu transcripsit grandi claroque charactere, et in his quendam molis sane maxima, ut sunt S. Nicophori Putriareiae Constantinopolitani ad diem xiii, et S. Basillii Junioris ad xxvi Acta prolixa. Addidit singulis sic à se recensitis commentarium accurateum, de euncis que vel textui Græco ad auctoris mentem restituendo, vel Latinæ versioni ad eandem proprius adducendæ, vel dubiis obscurisque vocabulis illustrandis videbantur posse subservire. Ex his autem ad pauciora et magis observata digna contractis, nec non ex posterioribus observantibus nostris, Annotationes illæ coaluerunt, quas post singula Acta dedimus, daturique sumus deinceps, tuo, Lector, commodo et honori ejus, qui suum hic nomen pro religiosa modestia reticeri maluisset, nisi judicium affectumque suo quondam magistro etiam in hoc subiectum voluisset; cum iste censeret, Carthusiano Ordini per Laurentium Surium tam pœclare de Sanctorum Vitis Latine edendis olim merito etiam deberi, ut quid in Græcis pœstiterit ac porro pœstare velit non ignoraretur: præsertim cum hac quoque ratione ipsis in eo Ordine Superioribus posset constare, quam utiliter noster ille φιλέλλητυ vacuas ab Officio divino horas impenderit Græcie lingue perdiscente: quod tum etiam constabit magis, cum in Aprili Maioque et oliis deinceps mensibus profarentur pulcherrima ac prolixissima Sanctorum variorum Acta, ejus unius opera Latine vel jam nunc redditæ vel deinceps reddenda. Dignus proinde cuius studia, non laboriosa minus quam fastidiosa, sed ad Dei Sanctorumque gloriam plurimum profectura, ipsi modis omnibus relint fore ac promovere.

ANIMADV.
PAP. 42

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΉΤΟΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ

τῶν ἀνακριβέστων ὑπὸ τῶν βαρόδρων ἡγεμονῶν Σαρακήγων ἐν τῇ
μεγίστῃ νάυρᾳ τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Σάβα

ex Codice Membranico MS. Petri Seguierii Cancellarii Francicæ.

PROLOGUS,
*Exclusus quod
peccator et
inductus.*

Aξίον ἔστι τοὺς μηδεπώς τῆς; τὸν ἀμφορημένον
ἴδειον ἔνεισιν; προσαθέραντας, ἀλλὰ ἔτι τοῖς πά-
σοις τὸν νοῦν κερατημένους, συγκόνιον ἀδιάλειπ-
τος σοσεῖν καὶ κριτίος σύνεσχοντας ἐμβά-
τεσσάτου καθεδίναι καὶ υφρόνος ξενιεύειν, τὴς
συνεχύσης; δειλίος ἐλυτήριαν γηρίσασθαι, καὶ μὴ ἐπιδί-
δυνα προπτεῖς ἔστους; λόγων συγγραφῆς, εἰς ἐπίκοον
ἐκκλησίας καὶ μερὶς ὑγρήρως; ὄφιτούσσις ὑπεχώνυσε-
θαι; ὀδυσσότας; μάλιστα τὸν διὰ τοῦ Προφήτου πρός τοὺς
τοιούτους Οἴτου ἐπιτίμους, φύλασσαν. Τῷ δὲ ἀμαρτωλῷ
ιππεῖν θάνατον; Ἄντα τοῦ εὐδημῆς τὸ δικαιωμάτων μου;
καὶ ταῦτα ἔτειν; Εἰ δὲ πρὸς τούτους τούχοις τις αμφίβια συντη-
ραμμένος; καὶ τῆς ἐν λόγοις ποιεῖσθαις ἀμοιραῖς, πόσους
οὖν ὄφλεσι τὸν γελῶντα τῆς Θρασύτας; ἔμικης τῆς
ծνοίσας, καὶ σμφον συγγνώμης ἀπόστας ὑπάρχων ἐστερη-
μένος;

B 2. Ἀλλὰ τί ὅράστω; τούτων μὲν ἀπόντων χρηματικῶν
ἀνάπτλιας; καὶ ἐν ἀδιτοῖς σιντάσιον κρύπτειν καὶ καθείργειν
ἔμαυτον πρεθυμόμενος; ἵεροῦ δὲ Ποιμένος ἐπιτίγματος
κειμένους, καὶ τούτῳ οἰο μάστιγι πνευματικῆ τὴν καρ-
διῶν βαλλόμενος, καὶ τοῖς παρομοίοις τοῦ ιδύων γολεπόν
καὶ διασφράγιον ὄντα φεύγουμενος; Ἀμεινον εὖν καὶ ἴσω-
τελεῖστρον τὸ χρῆμα τῆς ἑπειθίας ἥγουμενος, ἔμαυτὸν
τῇ πατρικῇ κείσθαι εἰδίδομαι, ταῦτα τούτου προσευχαῖς
θερπίσσω τοῖς δυνάμενοις, καὶ τὴν δύναμην τοῦ πνεύματος
χάριν ἐν ανοίξει τοῦ στόματος ἐπισπλόμενης, ὑπόνεμην
καὶ διγύρα πόντησι, ὁ πανώριστος νηστοὶ Ιωακὼν Βα-
σιλεὺς εὐθέσαι τῇ ἡμέρᾳ βρυχηγίᾳ προστάξει, τῆς τῶν
ἀκτηπρίων βαρόδρων εἰς ἐμπέραν καὶ τῶν τοῦ ἀγίου Πα-
τρός ἡρών λαζέρων ἐπιδρομῆς, καὶ τῆς τῶν αὐτοῦ
μαλαριῶν καὶ σινηνίστων Ησαίρου γενεμένης υπὸ σύντονων
ἀνατρέψιων ἐν τοῖς τοῦ ἡμάρτιοις, τῷ χρυσῷ
περαρρέεσσι καὶ σινηρθεῖσι καὶ ἀπό τοῦ αἰκλενούς
βιβλοῖς παραπλεύσια, δυναμίν πολέων εἰς ἀρετὴν
ἀλληλού, καὶ εἰς προθυμίαν ὑμομονῆς διεγείραι καὶ μί-
μηται.

C 3. Τέλος εἶτι αὐτὸς μὲν κτίσιοις; κόρων ἔξαπισχιλιστοφ-
διοκοιστοφ δύσκολεστοφ ὄρδινιν γατὸς τοῦ ἐκεῖ ποιεῖσθαις
ὑκριθεῖστάτην ψηφοφορίαν, αὐτὸς δὲ τῆς κατὰ σάρκα γενεθ-
σιας τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Διοτῆρος ἡμῶν Πατρὸς
Χριστοῦ ἐπιτηνιστοστοῦ ὄγδοοντοφ ὄγδοον, Ἰδυκτιῶνος
πίμπτες' ἱεραρχεύσυτος τῆς τῶν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας
καὶ ἱεραρχίας τοῦ μακαριωτέστον Πατρὸς Ησαΐρερού,
ἥγματιον; δὲ τῆς τούτης μεγίστης λαζάρας τοῦ ὅστου
Πατρὸς ἡρών Βασιλέων, τοῦ σῶδιον τοῦ καὶ Οισφρούος;
καὶ ἔντρομαν τοῦ ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς αποθέσιος ἐνεργοῦντος
μισθοφόρων, μᾶλλον δὲ τοῦ εἰπόντος αὐθιρωτόνου,
ἀργινόντου τε καὶ χειρεκάνου διάρμονος, συνεργοτείθη ἐν τῇ
τῶν Ηαλιστειών χώρᾳ μίγας ἱμφύλιος πόλεμος τῶν Σα-
ρακηνῶν ἡδιον' ἐκ αρχῆς μὲν ἀντελεῖς τὰς ἰσοφρό-
ματας, τῆς ἐριθοστοφ καὶ πυρπονηροῦ φιλοκοινίας πριν βροχὴν
πετά μιρρὸν ἐν αὐτοῖς (λίθοις παλαβίοις καὶ τῆς ἀμφιτοίλας
ὑποσπόνδιοις καὶ ὑποχηρίοις) αὐλανομένης καὶ ἀπλιζομέ-
νης, καὶ οίκον οἰκιστησάσθησ, καὶ συγκενεία συγγέ-
νειαν προστιθεῖσαι, καὶ πατριάρχη πατριάρχην ἐπιθερισθεῖσαι,
καὶ συγκενείαν πολέων καὶ τῆς οἰκουμένης καὶ φόνου

πνίοντας, εἰς τὰς γενικωτάτας παρ' αὐτοῖς φυλάς τὴν
διγενεῖσιν καὶ διγνοντας ἐκούφωσεν, λέγως τοὺς δὲ
τῶν Ἀγαροῦ Ἰσμοῦ ἀπεγόνους καὶ τοὺς ἐκ τοῦ παλαιοῦ
Ἱεροῦ τὸ γένος κατάγοντας.

4. Διχός τοινα στρατόπεδα συσταχάμενοι, ἐν ἀμφοτέ-
τος τοῦ τῆς κακίας εὔρεται ὅμοιας στρατοπεδαρχῶντος
καὶ καθηγημονέοντος, ὅποςας μὲν στάζιας καὶ ἀθε-
μιστίας ἐποίεισαν, ὅποςας δὲ οἱ πριτίδες καὶ πραγμά-
τον ἀρταράς ἡγεάσαντο, πόσας δὲ καὶ κίματεχνίσιας καὶ
ανδροκτασίας οδίους ἔδρασαν, πόσας τε χωρίσ, τοὺς οἰ-
κότορπος ληγαθίσαντες καὶ ταῖς ἐνοτάτη προσένσαντες
καὶ τὰ ἐνοτάτα προσένσαντες φονεύσαντες καὶ πορί πα-
ραδοῦσαν, ἥρκα πατακέλειπαν; οὐτε τῆς ἐμῆς δινά-
μεωνούτε τοῦ παρόντος γειτονῶν καὶ τῆς εὐηρίσκειας;
κατά μέρος διγύρισαν. Διαφόρους γάρ πολυνυθρώπους
πόλεις ἥγριωσσον καὶ γάρ Ἐλευθεροπολιν παντελῶς ἀεί-
άσικην θέρην, πόσαν ἐποφθίσαντες ἀλλὰ καὶ Ἀσκά-
λωνα καὶ Γάζαν καὶ Σορφειαν καὶ εἰέρας πόλεις διειώς
εἰδικόταντο κατὰ διά τε λειψόρους ληταρχίας καὶ συ-
τροφός; ἐφερρίσειν κατατέλοντες, τοὺς παροδύντας γυμ-
νούντος καὶ ἀνειμουας πάντας ἀφηρημένους, πλήρης δὲ καὶ
τρομάτα φορεύντας, ἀπέλουν, χρυσολογούντας ἐπί-
τοῦ θυντος την πείραν διέργυν.

5. Ἡ Ἀφερρηνὸς δὲ ἱερόμενος οἱ τῆς πεντηρίας ἀνάμεστοι,
οὐκ ἀλλήλους μάλλον ἡμένοντο καὶ ποιάς εἰσιπράττοντο
καὶ τὰς οἰκίας ἰειδίκουν απὸ αλλήλουν αδικίας ἢ ἐπερεί-
ας; ἀλλαγής λαπτόντον εἰσιπάλειν εἰ τὸν αὐτὸν μὴ προ-
κόπιον ἐφερντεῖς, καὶ δὲ ἀλλοτρίων χρημάτων καὶ
προγμάτων πλήντον εόστιτρον ἀλλοτρίκειν καὶ περιποιεί-
σθαι εἰσιπάλεις καὶ ἐπεργάζειν. Μη δέ που τις αὐτῶν ἔτυχε
μῆνις πρὸς τινὰς ἡ μάλιστα τῶν Χριστιανῶν κεκτημέ-
νος, ὡς εὐκαιρίσιας ὅραξέμενος, εὐθὺς αὐτὸν τῆς ζωῆς
βίσιον; απολλάττειν καὶ τὰ ὑπόρχοντα αὐτοῦ σφετερί-
ζεσθαι ἀγνωστατο. Ταῦτα οὖν τῆς ὀκοστασίας κρατούσης
καὶ δίκαιη φλογὸς ἀφανιστικῆς πάντα κατανυμούμενα,
πολλοὶ τῶν ἐν σηρήναις καὶ οὐρανοῖς οἰκούστων, παντά τὰ
ἐστιν τὰ σφίντες καὶ δεύτερα τῆς ιδίας θέμενοι σωτηρίας, F
εἰς τὰς πολυνύδρους διὰ τὰς φυγαδευτηρίους κατέβησαν
πόλεις.

6. Λαπτοὶ δέ οἱ τῶν οἰστίων οἰκητορεῖς, καὶ μάλιστα *μεταφράστης*:
της ἀγίας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν πόλεως, τῶν ιδίων
έκστος οἰκεῖσθαις τρόγου καὶ ἐγγειρθεῖσαν, τόφρους
περὶ τὰς πόλεις πόρτες, καὶ τείχη ἀνοικοδομεῖν ἐπιβάντο,
καὶ πύλης ἐφίρεντες, νύντορ τε καὶ μετ' ὑμέρων φύλακες
καὶ σκοπεῖς θύλοι, τὰς οἰρίδας καὶ ἀπρόσποτους ἐφόδους
τῶν λητοτρίων ὑφερπάτων συναγμάτων, φέρει πολλῆ
συνικήσουν καὶ πόρθουν δεῖν τὸν ἐνδεχόμενον. Οὐχ ὑπο-
λέπιπτο γάρ τοις ἱερηροῖς ἀνθροῖς καὶ αὐτηρέρως καὶ
όρεστρόφοις Οιροῖς ἱείνοις (φημὶ δὲ τὴν τοῦ Ιεροῦ
φύλην) εἰς πάσταν τῆς ὀνειρεῖται τὸν περίγκαρον, χωρίσ τοι
τόπος οἰκεῖστος. Ήδη δὲ ηπίδιουν καὶ τῆς ἀγίας ἐπιβά-
ντος πόλεως, καὶ ταῦτα ληστασθαι, καὶ τοὺς οἰκους φω-
στάτους ὄχυρια μα καταστέσσαθαι; δὲ καὶ ποιεῖν ἐπειράθη-
σαν, πανδημηι ταῦτας καταστρεπτεῖσαντες καὶ ὀμοθυμα-
δῶν καθορμάσαντες. Καὶ δὴ ἀν τὸν τῆς προαρίστεως
ἴξετελεσαν, εἰ μὴ Θεῖα τις δύναμις τοῖς τόποις φύ-
λαξι, καίπερ διγύριστοις οὖσιν, εἰς ἀντιπαράταξιν αὐτῶν
προσποντικῶς; συμμαχίσασα, τοὺς μισθούς παραδέξαν-
τησταις καὶ καταστρεψαντες; ἀπέσφρηλη, τῶν σεβασμίου τοπων καὶ τῆς Χριστοῦ Ἀντι-
τίτησεν; μάλιστα φροντίσασα, καὶ τοὺς σύντοθι οἰκουμένων
πιστῶν

CAP. I
*Bellis civili-
tibus Sarace-
norum*

Α πιστῶν ὀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ αὐτοκτητίου προνο-
σαμένη.

*Spoliatur S.
Charitonis
Laura,*

